GENIUS CARMELITANAE REFORMATIONIS IN ANTIQUO ORDINIS COETU INSTITUTAE...

Mathias : de Saint Jean

Digitized by Google

B.VI. 48.

BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
13
5 H
19

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

GENIUS CARMELITANÆ REFORMATIONIS

IN ANTIQVO ORDINIS COETV INSTITVTÆ.

Rhedonis in Regno Galliæ primò ſuſceptæ: nunc verò in omnibus ferè Europæ partibus feliciter propagatæ.

Authore R. admodum P. MATHIA A SANCTO IOANNE, Turoniæ nuper, nunc verò Vaſconiæ Prouinciali.



BVRDIGALÆ,

Apud G. DE LA COVRT, Regis, Illuſtriſſimi & Reuerendiſſimi D. D. Archiepiſcopi Burdigalenſis, ac Vniuerſitatis Typographum. 1666.

Digitized by Google

13.5.H.19

Digitized by Google

VNIVERSIS CARMELITANÆ REFORMATIONIS IN ANTIQVO ORDINIS COETV PROFESSORIBVS.

OPuſculum iſtud vobis offero R. P. ac Fratres amantiſſimi, quia veſtris præcipuè vſibus aptatum eſt & mancipatum. Tabella eſt in qua ſtudui voſmetipſos depingere, non quales natura vos efformauit, ſed quales vocationis diuinæ gratia in antiquo Ordinis Carmelitici Cœtu vos reformauit. Seu potius ſpeculum eſt in quo cuique veſtrum contemplari licet, & conſiderare vultum natiuitatis ſuæ, hoc eſt dignoſcere virtutis characteres quos in profeſſio-

Digitized by Google

nis ſuæ inter Reformatos emiſſæ vel renouatæ primordiis aſſumere debuit & excòlere: vnde conſequenter obſeruare poteſt quibus iam næuis faciem ſuam infectam habeat, quibus maculis fœdatam, vt eas abſtergere valeat, & priſtinum ſibique congenitum decorem recuperare.

Diuini rerum omnium Architecti exemplum hac in re aſſequi contendo, quantùm in me eſt. Is, *vt ſacer Eccleſiaſtici liber perhibet*, poſtquam de terra primum creauit hominē, & ad imaginem ſuam efformauit; iterùm conuertit illum in ipſam, & ſecundum ſe veſtiuit illum virtute: *hoc eſt dotibus exornauit, virtutibus expoliuit, vt earum beneficio ad perfectam, quantùm fieri poteſt, cum primitiuo illo exemplari ſimilitudinem perueniret. Ita originale primitiuum exhibeo, cuius facti eſtis exemplaria, dùm per vocationis profeſſioniſque veſtræ gratiam Religioni ac Reformationi noſtræ nomen dediſtis, menteſque veſtras ad illud conuertere ſtudeo, vt potè cui vos perpetuò conformes eſſe conuenit: virtutum etiam exercitia præbeo quorum ope magis perfectam*

Digitized by Google

cum eo ſimilitudinem indies aſſequi valeatis.

Porrò, officium charitatis hîc exhibere animus eſt, & non Magiſtri partes exequi. Zeli fœtus eſt hoc opus; non elationis animi aut vanæ præſumptionis argumentum. Leges non pono; ſed iam poſitas euidentiùs propono: noua non ingero exercitia; ſed iam tradita & vſitata illuſtro, vt ſingulis pro ſua dignitate ſint amplius cõmendata. Cum enim ſingulari Prouidentiæ Diuinæ beneficio, aſſumpti fuerint Prouinciæ noſtræ Turoniæ Patres, in Miniſtros, & primarios Authores inſtitutæ, iamque propogatæ in omnibus ferè Ordinis noſtri partibus Reformationis, ac proinde gratiæ diuinæ dotibus ad tam ſancti operis inſtaurationem neceſſariis præditi fuerint, vt credere fas eſt; decere videtur vt cuius ſpiritus primitias acceperunt à Deo, eiuſdem ſcintillas & ardores in ſe ſentire & experiri ſatagant vniuerſi, qui eiuſdem ſpiritus facti participes, in Reformationis iſtius exercitationem & conſortium venerunt.

Equidem id iam ſufficienter præſtitum eſſe confido ab iis è noſtris, qui vobis gra-

Digitized by Google

tiæ iſtius, hoc eſt reformatæ Obſeruantiæ ſpiritum impertiti ſunt; ſed quia fortè documentorum quæ in hunc finem tradita ſunt ab eis, naturam ſeu energiam non ſatis bene perceperunt Plerique, aut ad eorum obſeruantiam non ſatis ardenter excitati ſunt & affecti; operæpretium me facturum exiſtimaui ſi hoc opuſculo ea renouarem ac inculcarem, quô animis veſtris altius imprimantur, ac maiori ſtudio executioni demandentur ab vnoquoque.

Reticeo hic motiua particularia quæ me ad Operis iſtius elucubrationem impulerunt, quia commodiori loco ea exponere ſtatuo in capitulo ſpeciali ad hoc infra deſignato, in quo maiori cum attentione legi poterunt & ponderari; vnum dumtaxat attingo, nempe quod cũ, Deo ſic diſponente, videam me euocatum eſſe in Vaſconiam, vt Reformationi ibi iampridem inſtitutæ & auxilio aliquorũ è Patribus Prouinciæ noſtræ Turoniæ, in bono ſtatu conſtitutæ, opitulari valeam & incrementa adhibere; certè non aptiori modo id exequi poſſe arbitratus ſum, quam ſi potiſſima regiminis noſtri capita, quæ veriores

Digitized by Google

etiam Reformationis noſtræ characteres efformant, paucis conſtringerem & traderem pro exemplari cui ſe conformare valeant inſtituti huius ſectatores. Qua etiam in re obſeruandum mihi propono conſilium à Sapientia Diuina nobis hoc tenore traditum in Prouerbiis: Bibe aquam de ciſterna tua & fluenta putei tui: deriuentur fontes tui foras, & in plateis aquas tuas diuide.

Id equidem verbo tenus exequi potuiſſem in locis ad quæ me accedere oportet, officij mihi commiſſi partes exequendi gratia, ſicque Operis iſtius labori parcere; at non ignarus deſiderij quo plerique etiam ex Reformatis aliarum Prouinciarum afficiuntur, & forſan neceſſitatis qua vrgentur habendi præ oculis perfectionis ad quam aſpirare debent objectum clarè & diſtinctè propoſitum, iuxta Reformationis quam profitentur ſpiritum; confidens propterea quod labor iſte non erit inanis in Domino, Statui ea quæ hac de re verbo & exemplo tradita ſunt nobis ab initio, hîc proponere, vt ad publicam & communem vtilitatem cedere valeant: idem aſſeuerans quod de Sapientia ſibi diuinitus in-

fuſa Salomon, quam ſine fictione didici, ſine inuidia communico.

Fateor tamen me hic præcepta tradere ſcientiæ ſublimis & exquiſitæ cuius vix bonum me diſcipulum præbui; ſed etſi ſufficere debeat quod ex primæua Reformationis origine atque puriore eius ex fonte oculis & auribus ea hauſerim; licebit mihi inſuper exclamare & profiteri cum Diuo Athanaſio, vbi agit de re non abſimili: quòd impudentem me quodammodo veſtro amore feciſtis. Præcedentes duco, & vltra menſuram meæ poſſibilitatis extenſus, quos ſequi cupio, ducere compellor. *Addam etiam cum Apoſtolo*, vtinam ſuſtineretis modicum quid inſipientiæ meæ; ſed & ſupportate me; æmulor enim vos Dei æmulatione. *Valete.*

Digitized by Google

GENIVS CARMELITANÆ REFORMATIONIS IN ANTIQVO ORDINIS COETV INSTITVTÆ AC RHEDONIS IN REGNO GALLIÆ PRIMO SVSCEPTÆ.

CAPVT I.

Operis aditus atque proſpectus.

SAPIENTER equidem ab Eccleſiaſte pronunciatum eſt, quod *omnia tempus habent, & ſuis ſpatijs tranſeunt vniuerſa.* Quibus verbis innuit, res humanas iuxta naturæ ſuæ conditionem, perpetuæ viciſſitudini obnoxias eſſe, atque per ſapientiſſimam diuinæ prouidentiæ diſpenſationem ratis temporum interuallis ita affixas eſſe & alligatas, vt ſtatis etiam rerum momentis ab eo quem tenent ſtatu in contrariū conuertantur.

2. Diuini iſtius oraculi veritatem ac experientiam cum in ſingulis ferè mundi huius partibus facile ſit adnotare, vt multis exemplis idem demonſtrat Eccleſiaſtes; clarius certè in Monte Carmelo elucere ipſamet ſanctorum prophetarum vaticinia apertiſſime declarant.

3. In primis enim Montem illum in Oriente celeberrimum, gloria & decore fulgentem ſuis in libris paſſim exhibent; & poſtea deformem atque horridum repręſentant. eundem non ſemel gaudij & exultationis ſedem eſſe aſſerunt, atque domicilium; & ablatam poſtea ab eo lætitiam deplorant. diuerſarum arborum denſitate ac vbertate amœnum locum illum aliquãdo depingunt; & eundem poſtea in ſaltum & deſertum reductum eſſe lamentantur. quem denique optimis fructibus refertum alibi perhibent; poſtea depopulatum & à ſuis habitatoribus fœdè contaminatum exprobrant.

4. Præterea alteram in Carmelo conuerſionem, à peiori ſcilicet ſtatu in meliorem, iidem Prophetæ referunt. Iſayas quidem, cum prænotato quod *erit deſertum in Carmel, & Carmel in ſaltum reputabitur*; ſtatim addit *& habitabit in ſolitudine iudicium, & iuſtitia in Carmel ſedebit, & erit opus iuſtitiæ pax, & cultus iuſtitiæ ſilentium, & ſecuritas vſque in ſempiternum.* Michæas etiam præmiſſo à ſe voto de paſcendis continuò habitantibus in medio Carmeli; ſtatim promittit ibi paſcendos eſſe quietè, iuxta dies antiquos.

5. Cum verò fusè alibi demonſtrauerim eas omnes diuerſas facies & conuerſiones Carmeli phyſici, diuerſos ſtatus Carmeli moralis, hoc eſt, Ordinis monaſtici à Carmelo nomen & originem trahentis, myſtico & allegorico ſenſu præfiguraſſe; certè optima & firmiſſima nobis ſuppetunt argumenta, quæ figuras iſtas

ſeu oracula, hoc noſtro tēpore ex maiori parte adimpleta eſſe demonſtrant.

6. Enimuerò Ordo iſte, quem bina ante ſeculorum millia inſtitutū fuiſſe à ſancto propheta Elia in Monte Carmelo, docent hiſtoriæ, non potuit prę longæua, vt ita dicam, ſenectute factus debilior, tandem non tabeſcere, & temporum iniuriis continuò ſuccedentibus, nonnihil de priſtino ſuo ſplendore ac feruore deperdere. Quod & expertus eſt ſuperiore ſeculo maximè in Gallia, vbi Ordo iſte Carmeliticus, & à bellis ciuilibus multa incommoda, & ab hæreticis damna multò grauiora perpeſſus eſt. Pleraque enim eius monaſteria funditus euerſa fuere; Religioſi multis in locis trucidati, aut ſuis domibus eiecti; Regularis diſciplinæ vigor vbique depreſſus: omnia denique ita inuerſa, vt non niſi horrida facies Ordini iſti candido & decoro relicta ſit: vnde verè iuxta, præfatum Iſayæ vaticiniū, ſablatam fuiſſe à Carmelo lætitiam & exultationem fatendum ſit & dolendum.

7. At ſicut hoc tam calamitoſum tempus per ſecreta iuſtitię diuinæ decreta ita diſpoſitum, damna tam multa Ordini noſtro intulit; certè etiam per piiſſimæ diuinæ miſericordiæ diſpenſationem, tempus proſperum & tranquillum tandē aduenit, quo plura à Deo Beneficia accepit & incrementa: itavt iuxta idem ſacrum Eccleſiaſtes Oraculum vere dici poſſit quod ſicut præceſſit tempus luctus & mœroris in Carmelo; ſucceſſit etiam tempus lætitiæ & exultationis: ſi extitit in eo tempus ſpargendi lapides; adfuit etiam tempus eos colligendi: ſi adfuit tempus deſtruendi & perdendi; rediit feliciter tempus reædificandi, acquirendi, & Ordinem iſtum multum propagandi.

8. Priſtinum enim illi decus in antiqua ſua ſtirpe reſtituere ratus Deus, initium præſentis ſeculi huic

promouendo operi in diuino prouidentiæ ſuæ conſilio deſtinauit,& in Prouincia Turonenſi Carmelitana aggredi ſuggeſſit. Non-nullos enim ex ea magnæ pietatis Religioſos ad id operis elegit, qui cum ſuũ ſuperioribus Conſilium aperuiſſent, & vnam è Prouinciæ iſtius domibus ſibi in eum finem concedi poſtulaſſent, conuentum Rhedonenſem in Britannia minori tandem obtinuerunt.

9. Et ſi verò bono animo à Prouinciæ Rectoribus id factum fuiſſe arbitrandum ſit; non leue tamen extat fundamentũ coniiciendi Conuentum illum non alia mente tunc ipſis fuiſſe conceſſum, quam quod iſtud illorum Reformationis propoſitũ fore prorſus vanum & inane ſibi perſuaderent, & quod locum illum votis ipſorum minus bene conuenire prænoſcerent. hoc enim tempore Cõuentus iſte ita malè apud omnes audiebat; vt ab ipſo etiam plerique ſeculares abhorrerent: imo ad tantam rerum victui neceſſariarum penuriam erat redactus, vt Religioſi duodecim vix ibi ſuſtentari valerent.

10. Præterea, vix ſufficiens & commodum domicilium ſibi tunc habere poterant Religioſi ad reformationem aſpirantes: gubernator enim Ciuitatis illius Aremoricæ Metropoleos, quidquid in ædificiis Conuentus præcipuum erat & magis commodum, tunc temporis occupabat cum tota familia ſua: vnde aliud, & quidem grauiſſimum, votis ſuis formabatur impedimentum.

11. Ipſi tamen diuini auxilij ſibi non defuturi certa ſpe adducti, eo ſe receperunt, & dum fortiter agere incipiunt, omnia paulatim obſtacula reſcindi, viaſque ad tutò ambulandum ſibi viderunt applanari. Deo enim inprimis benedictionem ſuam tam in temporalibus quam in ſpiritualibus piis huius operis initiis in-

Digitized by Google

deſinenter infundente, regularis obſeruantia apud eos proficere cœpit & paulatim perfici, tum optimorum exercitiorum inſtitutione, tum ſatis copioſo aſpirantium è ſeculo numero: ita vt intra breue tempus, Reformatorum numerus in Conuentu Rhedonenſi ad maximum contra ſpem numerum accreuerit, antiqua ædificia reſtaurata ſint, horti & ædificia ad Monaſterij amplificationem magno pretio comparata, & tandem res temporalis paulatim tam bene conſtituta eſt; vt à quadraginta iam annis centum ferè continuò Religioſi in eo habitent & ſuſtententur.

12. Neque hîc ſtetit diuinum hoc in opere beneficium: Conuentus enim ille Rhedonenſis fuit quaſi fons paruus, ex quo obſeruantia regularis primum exiliens, creuit in fluuium magnum, & in aquas plurimas redundauit, quæ cætera ordinis Monaſteria, Prouincias, in exteris etiam ac remotis regionibus copioſè irrigarunt. factum eſt enim vt intra triginta annorum ſpatium, antiqui huius noſtræ Prouinciæ Turonenſis Cōuentus numero quindecim, inſtaurati fuerint & reformati: nouem virorum, duo vero Filiarum Carmelitanarum eiuſdem obſeruantiæ de nouo conſtructi: iſtique Conuentus, quoad homines, tot viris honeſtis, plerumq; nobilibus, optimæ indolis & eruditionis, qui mundum deſerentes, huic ſeſe vitæ generi votis aſtrinxerunt, ita paulatim locupletati ſunt, vt à triginta annis & amplius Religioſos ad numerum ferè ſeptingenteſimum ſemper hactenus enumerare liceat in hac noſtra Prouincia Turonenſi.

13. Præterea cum renouati huius inſtituti noſtri fama perueniſſet, non ſolum ad ſex alias, quæ numerãtur in Gallia Prouincias, nempe Narbonæ, Franciæ, Aquitaniæ, Prouinciæ, Vaſconiæ, Tholoſæ; ſed ad extera regna, vemotaſque Prouincias, Flandriam

ſcilicet; Leodium, Germaniam, Poloniam & Italiam penetraſſet; regionum illarum Incolæ reformati iſtius inſtituti nobiſcũ participes fieri deſiderãtes, aliquos è ſuis viros miſerunt apud nos, tum vt eandem viuendi normam per ſe ipſos ediſcerent, tum vt aliquot ex noſtris in partes ſuas ſecum abducerent; per quorum exempla ſalubriaque conſilia cæteri erudirentur, & ad eandem amplectendam Reformationem cõcitarentur.

14. Ita Lemouicum, Albiga, nonnullęque aliæ Aquitaniæ Ciuitates, primę omnium hoc à nobis vitę genus acceperunt, Ita Diuio & Cabilonum in Prouincia Narbonenſi. Ita Cadomum, Attrebatum, Montrolium & nonnullæ aliæ in Prouincia Franciæ. Ita Auenio, Aquæ-ſextiæ, & Arelatum in Prouincia. Ita Burdigala, Aginum, Bayona, in Vaſconia. Ita Tholoſa, & Bitteræ, apud Tectoſages. Ita Bruxellæ, Antuerpia, Valẽcenæ in Flandria. Ita Leodiũ, ita Aquiſgranum, Colonia, Treuiris, & Moguntia in Germania. Ita Cracouia & Varſouia in Polonia. Ita Taurinum in Italia ad noſtras partes acceſſerunt.

15. Præterea ferè omnes recenſiti tractus ab annis Triginta miſſos ad ſe è Prouincia Turonenſi exceperunt Religioſos: alios Nouitiorum Magiſtros, alios Philoſophię ac Theologię Lectores, alios ſuppriores, cõcionatores, alios demũ in priores ac etiã in Prouinciales, vt in Aquitanica, Vaſconica & Tholoſana prouinciis. Iis etiam in locis colonorum noſtrorum labor tam benè ceſſit, vt Prouinciæ illæ iam in integrum Reformatæ ſint, aut certè primaria ſingularum monaſteria inſtaurata, è quibus in cæteras domos eadem viuendi conſuetudo paulatim diffunditur.

16. Inſuper huius noſtræ obſeruantiæ inſtitutum maria iam tranſuolauit & vſque ad alterum Orbis vniuerſi hemiſpherium pertigit, Primum enim in Britan-

niæ Maioris Regna miſſi ſunt aliquot è patribus Prouincæ Turoniæ ad recuperandas, ſi fieri poſſet, Patrũ noſtrorum ſedes antiquas, reſtituendamque ibi ſimul cum fide Catholica, Carmelitanam Religionem. ſed miſſionis huius ſucceſſui ſeu profectui obſtitit ſtatim ſubſecuta luctuoſa iis in locis calamitas, & noua in Catholicos perſecutio.

17. At Patres noſtri ſummo ſemper deſiderio accenſi Carmelitanæ ſimul cum Catholica Religionis propagandæ, aliò animum, laboreſq; ſuos conuertentes, opportuna ſeſe poſtea offerente occaſione, nõnullos è ſuis dimiſerunt in inſulas Americę, in quibus iam quinque poſſident habitationes, & dum noſtri illi Miſſionarij fideles Regularum noſtrarum ſectatores ibi exiſtunt, promouendæ ſaluti incolarum earum regionum maximo cum labore & fructu incumbunt. Sicque obſeruantiæ ſeu reformationis iſtius inſtitutum iam vbique ferè diffuſum manet & dilatatum.

18. Ex his iam patet ſatis euidenter quod operis iſtius initia æquè ac incrementa ſingulari prouidentiæ diuinæ beneficio potius quam Humanæ induſtriæ arti tribuenda ſunt. Patet quod vere digitus Dei hic adfuit, qui cuncta ritè ab initio diſponeret, promoueret, & ad tam felicem exitum perduceret. Adfuit pariter ſpecialis ſpiritus ſancti aſſiſtẽtia, cum larga benedictionum ſuarum effuſione: ſed & hoc clarius apparebit ſi conſequenter inueſtigemus vias per quas progreſſi ſunt Patres noſtri quos Deus ad hoc patrandum opus aſſumpſit; quali ſpiritu ducti ſunt; quem finem ſibi ſpecialiter propoſuerunt; & qualem tandem genium reformationis iſtius corpori indiderunt.

CAP. II.

Quid hîc nomine Genii.

1. EXPERIENTIA non minus quam ratione compertum eſt, multò plus difficultatis occurrere in antiquis Religioſorum inſtaurandis Ordinibus, quam in primæua eorumdem inſtitutione operæ & laboris fuerit collocandum. Et certe de his puto aliquatenus eſſe ſentiendum, ſicut de totius vniuerſi creatione, eiuſque reparatione, quarum alteram vna dumtaxat vocis emiſſione Deus abſoluit, tantaque facilitate perfecit, vt iuxta ſapientis mentem, ludere potius quam laborare viſus ſit. alteram vero adimplere prius non potuit, quam triginta trium annorum labores filij ſui vnigeniti, immò ſanguinem & vitam ipſius hoc in labore inſumeret.

2. Et verò nemo neſcit Deum ſæpius ad varios Ordines magis illuſtres & celebres primum inſtituendos vnius dumtaxat hominis plerumque humilis, ſimplicis, & omnibus quas mundus oſtentat facultatibus deſtituti opera, ſtudioque vti ſolitum, qui diuina aſſiſtente gratia adeò feliciter in cœpto opere progredi viſus eſt, vt impedimentis omnibus breui ſuperatis, vniuerſi populi applauſu ab eo excitatus ſit Ordo, religioſis ædificiis amplificatus, plurimiſque viris illuſtratus. Contra vero, cùm Religioſum quoddam inſtitutum vetuſtate deprauatum, imo etiam vel vnicum Monaſterium ad priſtinam viuendi rationem reuocare quiſpiam admititur; ſtatim innumeras exurgere cernimus difficultates, ſiue ab ipſa rerum natura, incolarumve renitentia; ſiue ab aliis eiuſdem Ordinis aſſeclis: ſiue etiam ab ipſis reformationis autoribus, vel operariis,

qui

qui tametſi par conſilium ceperint, ſæpè tamen viis longè diuerſis volunt inſiſtere.

3. Nec ſe ibi ſiſtit ſuſcepti operis difficultas; ſumma in eo verſatur vt inueniantur authores apti, qui, qua par eſt ratione, opus aggrediantur, qui tendant ad optima, & ea ſcrutentur per quę propoſitum finem poſſint obtinere commodius.

4. Nonnullos ſæpè inter Antiquos inuenire eſt Religioſos, quos Deus ad aliquem vitæ melioris ſtatum incitat, quò ſuæ Religionis inſtitutum & decus refloreſcat. ægre etenim ferunt vitioſas agendi rationes quas in Regularum diſciplinam irrepſiſſe deprehendunt, & aliquam vitæ ſanctioris formam amplecti deſiderant: verùm ad nihil aliud plerúmque aſpirant, niſi vt abſtineatur à grauioribus culpis, rebuſque obſoletis externa dumtaxat reſtituatur integritas: aut certè ſi eorum propoſita recta ſint & tendant ad perfectiora; ea facultate, ea induſtria, ea denique ſæpius carent authoritate, quæ ad perficiendum huiuſmodi propoſitum neceſſariò debent intercedere.

5. Præterea, cùm in ſimilibus caſibus ſemper accidat, vt eiuſmodi operis Authores vel à Maioribus opprimantur, vel ab æqualibus vexentur, vel ab inferioribus, vt potè magis deprauatis, pluribus damnis afficiantur; eximia fortitudine opus eſt, ad ea vel ſupportanda, vel reuincenda, quæ non niſi rariſſimè inter eiuſmodi viros enitet.

6. Patet ergo quod ad eiuſmodi diſciplinæ perficiendam Reformationem idoneis opus eſt miniſtris, ſpeciali Dei vocatione ad id electis, quibus adſit gratiæ præpotentis auxilium, virtutum quarumcunque inſignium præſidium, firmiſſimum animi robur, ingenij ſedulitas atque ſolertia; ac tandem perfecta in Deo confidentia & inconcuſſa firmitas.

CAP. II.

Quid hîc nomine Genii.

1. EXPERIENTIA non minus quam ratione compertum eſt, multò plus difficultatis occurrere in antiquis Religioſorum inſtaurandis Ordinibus, quam in primæua eorumdem inſtitutione operæ & laboris fuerit collocandum. Et certe de his puto aliquatenus eſſe ſentiendum, ſicut de totius vniuerſi creatione, eiuſque reparatione, quarum alteram vna dumtaxat vocis emiſſione Deus abſoluit, tantaque facilitate perfecit, vt iuxta ſapientis mentem, ludere potius quam laborare viſus ſit. alteram vero adimplere prius non potuit, quam triginta trium annorum labores filij ſui vnigeniti, immò ſanguinem & vitam ipſius hoc in labore inſumeret.

2. Et verò nemo neſcit Deum ſæpius ad varios Ordines magis illuſtres & celebres primum inſtituendos vnius dumtaxat hominis plerumque humilis, ſimplicis, & omnibus quas mundus oſtentat facultatibus deſtituti opera, ſtudioque vti ſolitum, qui diuina aſſtāte gratia adeò feliciter in cœpto opere progredi viſus eſt, vt impedimentis omnibus breui ſuperatis, vniuerſi populi applauſu ab eo excitatus ſit Ordo, religioſis ædificiis amplificatus, plurimiſque viris illuſtratus. Contra vero, cùm Religioſum quoddam inſtitutum vetuſtate deprauatum, imo etiam vel vnicum Monaſterium ad priſtinam viuendi rationem reuocare quiſpiam adnititur; ſtatim innumeras exurgere cernimus difficultates, ſiue ab ipſa rerum natura, incolarumve renitentia; ſiue ab aliis eiuſdem Ordinis aſſeclis: ſiue etiam ab ipſis reformationis autoribus, vel operariis,

qui

Digitized by Google

qui tametſi par conſilium ceperint, ſæpè tamen viis longè diuerſis volunt inſiſtere.

3. Nec ſo ibi ſiſtit ſuſcepti operis difficultas; ſumma in eo verſatur vt inueniantur authores apti, qui, qua par eſt ratione, opus aggrediantur, qui tendant ad optima, & ea ſcrutentur per quę propoſitum finem poſſint obtinere commodius.

4. Nonnullos ſæpè inter Antiquos inuenire eſt Religioſos, quos Deus ad aliquem vitæ melioris ſtatum incitat, quò ſuæ Religionis inſtitutum & decus refloreſcat. ægre etenim ferunt vitioſas agendi rationes quas in Regularum diſciplinam irrepſiſſe deprehendunt, & aliquam vitæ ſanctioris formam amplecti deſiderant: verùm ad nihil aliud plerùmque aſpirant, niſi vt abſtineatur à grauioribus culpis, rebuſque obſoletis externa dumtaxat reſtituatur integritas: aut certè ſi eorum propoſita recta ſint & tendant ad perfectiora; ea facultate, ea induſtria, ea denique ſæpius carent authoritate, quæ ad perficiendum huiuſmodi propoſitum neceſſariò debent intercedere.

5. Præterea, cùm in ſimilibus caſibus ſemper accidat, vt eiuſmodi operis Authores vel à Maioribus opprimantur, vel ab æqualibus vexentur, vel ab inferioribus, vt potè magis deprauatis, pluribus damnis afficiantur; eximia fortitudine opus eſt, ad ea vel ſupportanda, vel reuincenda, quæ non niſi rariſſimè inter eiuſmodi viros enitet.

6. Patet ergo quod ad eiuſmodi diſciplinæ perficiendam Reformationem idoneis opus eſt miniſtris, ſpeciali Dei vocatione ad id electis, quibus adſit gratiæ præpotentis auxilium, virtutum quarumcunque inſignium præſidium, firmiſſimum animi robur, ingenij ſedulitas atque ſolertia; ac tandem perfecta in Deo confidentia & inconcuſſa firmitas.

CAP. II.

Quid hîc nomine Genii.

I. EXPERIENTIA non minus quam ratione compertum eſt, multò plus difficultatis occurrere in antiquis Religioſorum inſtaurandis Ordinibus, quam in primæua eorumdem inſtitutione operæ & laboris fuerit collocandum. Et certe de his puto aliquatenus eſſe ſentiendum, ſicut de totius vniuerſi creatione, eiuſque reparatione, quarum alteram vna dumtaxat vocis emiſſione Deus abſoluit, tantaque facilitate perfecit, vt iuxta ſapientis mentem, ludere potius quam laborare viſus ſit. alteram vero adimplere prius non potuit, quam triginta trium annorum labores filij ſui vnigeniti, immò ſanguinem & vitam ipſius hoc in labore inſumeret.

2. Et verò nemo neſcit Deum ſæpius ad varios Ordines magis illuſtres & celebres primum inſtituendos vnius dumtaxat hominis plerumque humilis, ſimplicis, & omnibus quas mundus oſtentat facultatibus deſtituti opera, ſtudioque vti ſolitum, qui diuina aſſtante gratia adeò feliciter in cœpto opere progredi viſus eſt, vt impedimentis omnibus breui ſuperatis, vniuerſi populi applauſu ab eo excitatus ſit Ordo, religioſis ædificiis amplificatus, plurimiſque viris illuſtratus. Contra vero, cùm Religioſum quoddam inſtitutum vetuſtate deprauatum, imo etiam vel vnicum Monaſterium ad priſtinam viuendi rationem reuocare quiſpiam adnititur; ſtatim innumeras exurgere cernimus difficultates, ſiue ab ipſa rerum natura, incolarumve renitentia; ſiue ab aliis eiuſdem Ordinis aſſeclis: ſiue etiam ab ipſis reformationis autoribus, vel operariis,

qui

qui tametſi par conſilium ceperint, ſæpè tamen viis longè diuerſis volunt inſiſtere.

3. Nec ſo ibi ſiſtit ſuſcepti operis difficultas; ſumma in eo verſatur vt inueniantur authores apti, qui, qua par eſt ratione, opus aggrediantur, qui tendant ad optima, & ea ſcrutentur per quę propoſitum finem poſſint obtinere commodius.

4. Nonnullos ſæpè inter Antiquos inuenire eſt Religioſos, quos Deus ad aliquem vitæ melioris ſtatum incitat, quò ſuæ Religionis inſtitutum & decus refloreſcat. ægre etenim ferunt vitioſas agendi rationes quas in Regularum diſciplinam irrepſiſſe deprehendunt, & aliquam vitæ ſanctioris formam amplecti deſiderant: verúm ad nihil aliud plerúmque aſpirant, niſi vt abſtineatur à grauioribus culpis, rebuſque obſoletis externa dumtaxat reſtituatur integritas: aut certè ſi eorum propoſita recta ſint & tendant ad perfectiora; ea facultate, ea induſtria, ea denique ſæpius carent authoritate, quæ ad perficiendum huiuſmodi propoſitum neceſſariò debent intercedere.

5. Præterea, cùm in ſimilibus caſibus ſemper accidat, vt eiuſmodi operis Authores vel à Maioribus opprimantur, vel ab æqualibus vexentur, vel ab inferioribus, vt potè magis deprauatis, pluribus damnis afficiantur; eximia fortitudine opus eſt, ad ea vel ſupportanda, vel reuincenda, quæ non niſi rariſſimè inter eiuſmodi viros enitet.

6. Patet ergo quod ad eiuſmodi diſciplinæ perficiendam Reformationem idoneis opus eſt miniſtris, ſpeciali Dei vocatione ad id electis, quibus adſit gratiæ præpotentis auxilium, virtutum quarumcunque inſignium præſidium, firmiſſimum animi robur, ingenij ſedulitas atque ſolertia; ac tandem perfecta in Deo confidentia & inconcuſſa firmitas.

CAP. II.
Quid hîc nomine Genii.

1. EXPERIENTIA non minus quam ratione compertum eſt, multò plus difficultatis occurrere in antiquis Religioſorum inſtaurandis Ordinibus, quam in primæua eorumdem inſtitutione operæ & laboris fuerit collocandum. Et certe de his puto aliquatenus eſſe ſentiendum, ſicut de totius vniuerſi creatione, eiuſque reparatione, quarum alteram vna dumtaxat vocis emiſſione Deus abſoluit, tantaque facilitate perfecit, vt iuxta ſapientis mentem, ludere potius quam laborare viſus ſit. alteram vero adimplere prius non potuit, quam triginta trium annorum labores filij ſui vnigeniti, immò ſanguinem & vitam ipſius hoc in labore inſumeret.

2. Et verò nemo neſcit Deum ſæpius ad varios Ordines magis illuſtres & celebres primum inſtituendos vnius dumtaxat hominis plerumque humilis, ſimplicis, & omnibus quas mundus oſtentat facultatibus deſtituti opera, ſtudioque vti ſolitum, qui diuina aſſiſtente gratia adeò feliciter in cœpto opere progredi viſus eſt, vt impedimentis omnibus breui ſuperatis, vniuerſi populi applauſu ab eo excitatus ſit Ordo, religioſis ædificiis amplificatus, plurimiſque viris illuſtratus. Contra vero, cùm Religioſum quoddam inſtitutum vetuſtate deprauatum, imo etiam vel vnicum Monaſterium ad priſtinam viuendi rationem reuocare quiſpiam aditur; ſtatim innumeras exurgere cernimus difficultates, ſiue ab ipſa rerum natura, incolarumve renitentia; ſiue ab aliis eiuſdem Ordinis aſſeclis: ſiue etiam ab ipſis reformationis autoribus, vel operariis,

qui

Digitized by Google

qui tametſi par conſilium ceperint, ſæpè tamen viis longè diuerſis volunt inſiſtere.

3. Nec ſe ibi ſiſtit ſuſcepti operis difficultas; ſumma in eo verſatur vt inueniantur authores apti, qui, qua par eſt ratione, opus aggrediantur, qui tendant ad optima, & ea ſcrutentur per quę propoſitum finem poſſint obtinere commodius.

4. Nonnullos ſæpè inter Antiquos inuenire eſt Religioſos, quos Deus ad aliquem vitæ melioris ſtatum incitat, quò ſuæ Religionis inſtitutum & decus refloreſcat. ægre etenim ferunt vitioſas agendi rationes quas in Regularum diſciplinam irrepſiſſe deprehendunt, & aliquam vitæ ſanctioris formam amplecti deſiderant: verùm ad nihil aliud plerúmque aſpirant, niſi vt abſtineatur à grauioribus culpis, rebuſque obſoletis externa dumtaxat reſtituatur integritas: aut certè ſi eorum propoſita recta ſint & tendant ad perfectiora; ea facultate, ea induſtria, ea denique ſæpius carent authoritate, quæ ad perficiendum huiuſmodi propoſitum neceſſariò debent intercedere.

5. Præterea, cùm in ſimilibus caſibus ſemper accidat, vt eiuſmodi operis Authores vel à Maioribus opprimantur, vel ab æqualibus vexentur, vel ab inferioribus, vt potè magis deprauatis, pluribus damnis afficiantur; eximia fortitudine opus eſt, ad ea vel ſupportanda, vel reuincenda, quæ non niſi rariſſimè inter eiuſmodi viros enitet.

6. Patet ergo quod ad eiuſmodi diſciplinæ perficiendam Reformationem idoneis opus eſt miniſtris, ſpeciali Dei vocatione ad id electis, quibus adſit gratiæ præpotentis auxilium, virtutum quarumcunque inſignium præſidium, firmiſſimum animi robur, ingenij ſedulitas atque ſolertia; ac tandem perfecta in Deo confidentia & inconcuſſa firmitas.

CAP. II.

Quid hîc nomine Genii.

1. EXPERIENTIA non minus quam ratione compertum eſt, multò plus difficultatis occurrere in antiquis Religioſorum inſtaurandis Ordinibus, quam in primæua eorumdem inſtitutione operæ & laboris fuerit collocandum. Et certe de his puto aliquatenus eſſe ſentiendum, ſicut de totius vniuerſi creatione, eiuſque reparatione, quarum alteram vna dumtaxat vocis emiſſione Deus abſoluit, tantaque facilitate perfecit, vt iuxta ſapientis mentem, ludere potius quam laborare viſus ſit. alteram vero adimplere prius non potuit, quam triginta trium annorum labores filij ſui vnigeniti, immò ſanguinem & vitam ipſius hoc in labore inſumeret.

2. Et verò nemo neſcit Deum ſæpius ad varios Ordines magis illuſtres & celebres primum inſtituendos vnius dumtaxat hominis plerumque humilis, ſimplicis, & omnibus quas mundus oſtentat facultatibus deſtituti opera, ſtudioque vti ſolitum, qui diuina afflãte gratia adeò feliciter in cœpto opere progredi viſus eſt, vt impedimentis omnibus breui ſuperatis, vniuerſi populi applauſu ab eo excitatus ſit Ordo, religioſis ædificiis amplificatus, plurimiſque viris illuſtratus. Contra vero, cùm Religioſum quoddam inſtitutum vetuſtate deprauatum, imo etiam vel vnicum Monaſterium ad priſtinam viuendi rationem reuocare quiſpiam annititur; ſtatim innumeras exurgere cernimus difficultates, ſiue ab ipſa rerum natura, incolarumvè renitentia; ſiue ab aliis eiuſdem Ordinis aſſeclis: ſiue etiam ab ipſis reformationis autoribus, vel operariis, qui

Digitized by Google

qui tametſi par conſilium ceperint, ſæpè tamen viis longè diuerſis volunt inſiſtere.

3. Nec ſe ibi ſiſtit ſuſcepti operis difficultas; ſumma in eo verſatur vt inueniantur authores apti, qui, qua par eſt ratione, opus aggrediantur, qui tendant ad optima, & ea ſcrutentur per quę propoſitum finem poſſint obtinere commodius.

4. Nonnullos ſæpè inter Antiquos inuenire eſt Religioſos, quos Deus ad aliquem vitæ melioris ſtatum incitat, quò ſuæ Religionis inſtitutum & decus refloreſcat. ægre etenim ferunt vitioſas agendi rationes quas in Regularum diſciplinam irrepſiſſe deprehendunt, & aliquam vitæ ſanctioris formam amplecti deſiderant: verúm ad nihil aliud plerúmque aſpirant, niſi vt abſtineatur à grauioribus culpis, rebuſque obſoletis externa dumtaxat reſtituatur integritas: aut certè ſi eorum propoſita recta ſint & tendant ad perfectiora; ea facultate, ea induſtria, ea denique ſæpius carent authoritate, quæ ad perficiendum huiuſmodi propoſitum neceſſariò debent intercedere.

5. Præterea, cùm in ſimilibus caſibus ſemper accidat, vt eiuſmodi operis Authores vel à Maioribus opprimantur, vel ab æqualibus vexentur, vel ab inferioribus, vt potè magis deprauatis, pluribus damnis afficiantur; eximia fortitudine opus eſt, ad ea vel ſupportanda, vel reuincenda, quæ non niſi rariſſimè inter eiuſmodi viros enitet.

6. Patet ergo quod ad eiuſmodi diſciplinæ perficiendam Reformationem idoneis opus eſt miniſtris, ſpeciali Dei vocatione ad id electis, quibus adſit gratiæ præpotentis auxilium, virtutum quarumcunque inſignium præſidium, firmiſſimum animi robur, ingenij ſedulitas atque ſolertia; ac tandem perfecta in Deo confidentia & inconcuſſa firmitas.

Digitized by Google

7. Id ſanè Deus ſingulari ſua bonitate erga corpus antiquum Ordinis Carmelitarum in Gallia reſtaurandum mirabiliter præſtitit, cùm eos potiſſimum ex ipſiſmet Patribus noſtris Antiquis ad hoc incipiendum opus incitauit, qui erant eximiis naturæ gratiæque donis, vt par eſt, inſtructi.

8. Propterea ſtatim ab initio ſapienter iudicarunt ſibi neceſſum eſſe vacare orationibus per quadraginta horas: ſæpe etiam exercitiis ſpiritualibus in ſolitudine cum ſilentio per decem integros dies protractis, diuerſa pœnitentiæ exercitia eundem ad finem adhibuerunt. Inuiſerunt etiam loca plurima pietate & miraculis inſigniora in Gallia, ac aliis bonis operibus incubuerunt vt voluntatem Dei dignoſcerent & exploratam haberent.

9. Deinde vias aptiores perſcrutati ſunt, per quas poſſent ad optatum exitum feliciter peruenire. Cæterorum Ordinum illuſtriores inſtaurationes frequentiús animo perpenderunt, & oculis attentiús inſpexerunt: à piiſſimis, eruditiſſimis, virtuteque præſtantiſſimis Viris, tùm inter Prælatos atque Doctores ſeculares, tùm inter Regulares antiquiſſimarum quarumcunque ſocietatum viros, conſilium inquiſierunt; & tandem, diuino freti auxilio, ſuperniſque luminibus illuſtrati, opus illud ſuum aggreſſi ſunt, quod & nunc extare, atque feliciter ſubſiſtere cernimus.

10. Inter vniuerſa autem quæ ad huius operis molem extruendam, firmandamque ſiue ſcripto, ſiue verbo tradita ſunt, quia ſunt quædam pręcipua velut principia, quibus quaſi cardinibus ſuperuoluuntur cætera; horum ego naturam & praxim hic proponere conſtituo, quam *genij* nomine nuncupo: atque huius appellationis rationem deſumo ex rebus omnibus creatis, quibus ineſt priuata quędam indoles ſiue procliuitas,

qua ad ea maximè feruntur quæ ſibi ſunt conſentanea: quod quidem ipſe Poeta vel in iſta graui ſpatioſaque ſupra modum Orbis vniuerſi mole deprehendit, dum cecinit.

Spiritus intus alit, totamque infuſa per artus
Mens agitat molem, & toto ſe corpore fundit.

Non eius quidem conditionis ſpiritus qui ſecretus ſit à materia & immortalis, qualem ſingulis corporibus humanis infuſum eſſe à Deo, fides nos docet Catholica, ſed naturæ alterius quæ nonniſi analogicè conuenit cum illo, ob aliquas proprietates, & effectus aliquantulum ſimiles qui vtrique competunt.

11. Quod ſi de corporibus Phyſicis ita ſentiendum; equidem de moralibus & myſticis id magis iudicandum eſt, in quibus quidam ſimilis ſpiritus veluti inſitus hæret, qui toti corpori ſinguliſque ſuis partibus vitam atque virtutem ad actiones ſuas exercendas influit. Idque ſignificare intendo vocabulo iſto *genius*, quoad hanc Ordinis noſtri reſtitutionem; cum nomine illo velim indicare primariam illam intentionem & propenſionem, qua ad inſtituti noſtri propoſitum finem ferimur: ſiue ſpecialem agendi modum, rationes, & induſtrias quibus, ad eum ſtudemus attingere.

12. Nec tamen quiſque ideò ſibi perſuadeat quod *genius* ille noſter ſit priuatus aliquis ſpiritus, nouus atque aduentitius à nobis pro arbitrio excogitatus & priuato ſenſu in Ordine intruſus, qui à primæuo Eliani Ordinis genio diſcrepet? omnino idem eſt, innouatus tamen & in priſtinum vigorem reſtitutus. & verò niſi Religioſi meliorem vitæ normam communiter amplectentes, antiquo Ordinis ſui ſpiritu imbui ſtuderent, non inſtaurationi Ordinis, ſed nouæ inſtitutioni, non Reformationi, ſed cuidam alteri formationi cenſendi eſſent operam dare. Imò ſi ſpiritus iſte

aut alienus eſſet, aut aliquo modo extraneus Ordini; monſtri potius ſpeciem iſta haberet Reformatio, quam veri ac genuini fœtus ab Ordine perenniter emanantis. verbo dicam, rectum quod erat in ordine funditùs eſſet euertere, potius quam quod erat prauum in eo ac perniciosum emendare.

13. Maiores itaque noſtri priſtinum Ordinis characterem, verumque eius & antiquum ſpiritum dignoſcere diligenter ſtuduerunt, quo & eumdem ſpirare, ac aliis inſpirare valerent: & ſicut cuicumque corpori optime fuit à ſuo authore tributum, vt interno quodam pulſu feratur ad ea quæ ſibi ſunt conſentanea, in eoque propriè ipſius conſiſtit natura & perfectio; Ita Ordinis noſtri inſtitutique renouati *genius*, propriè ipſius eſt ingenium, natura, ſeu indoles qua donatur, qua gubernatur, qua ſubſiſtit, & qua in integritate ſua conſeruatur.

14. Nec tamen animus eſt innuere quod hæ agendi rationes, quibus in noſtræ Reformationis compoſitione & directione vtimur, ita noſtræ ſint, vt alijs pleriſque Congregationibus non competant. In tantum eas nobis quaſi proprias aſſerimus, in quantùm illis vtimur, veluti ſingularibus mediis ſeu remediis, graſſantibus & inueteratis in Ordine malis opportunè afferendis. vel certè modus ille quo hæc vſurpamus, priuatis quibuſdam viis & induſtriis à nobis excogitatis adiungitur, quibus facilius & felicius propoſitum finem aſſequi contendimus.

Digitized by Google

CAP. III.

Operis iſtius motiua & emolumenta.

1. ETſi noua hæc Reformationis inſtitutio ſic formata, & in omnes ferè partes Ordinis noſtri longè latéque diffuſa ab operariis optimè inſtructis, & eodem ſpiritu collaborantibus, vna ſit & eadem in omnibus locis, & à ſingulis qui eam profitentur, æqualiter & accuratè capeſſenda; quia tamen ex locorum diſtantia, ex morum diſcrimine, ex ingeniorum diuerſitate & varia diſpoſitione ſæpe contingit vt de propoſito fine & ſuſceptis mediis aliter ſentiant ſeparati Religioſi, vias etiam diuerſas ineant ad eundem finem aſſequendum; hinc fit vt variis edoctus documentis de damnis ſeu incommodis quæ inde proueniunt, nec ignarus deſiderij quo optimi quique inter Reformatos iamdiù afficiũtur, habendi certa media ſeu documẽta, quorum ope ab vnitate & à puritate ſpiritus primitiui quo prædita eſt iſta Reformatio, non recedant, ſed perſeuerent cum feruore in exercitiorum ſibi congenitorum obſeruantia; Ideò opuſculum iſtud conſcripſi, in quo compendio colligo, & ad certa capita reduco ſpecialem agendi modum quo vſi ſunt Patres noſtri primarii Reformationis iſtius Authores in Prouincia Turonenſi: ad hoc vt cuius beneficio originem habuit & incrementum, eiuſdem ope feliciciter perſeueret apud omnes eius profeſſores, & firma conſiſtat.

2. Propterea igitur attendere debent mecum vniuerſi quod vnum corpus facti ſunt quotquot vbi vis locorum Reformationis iſtius vias perſequi cœperunt: & ideo dandam operam vt vnum idemque vitæ ſpira-

culum quod corpori iſti ab initio à diuino & principali ſpiritu infuſum eſt, illud ſemper informet ac viuificet: ad hoc vt ſicut vocati ſumus omnes in vna ſpe vocationis noſtræ; eiuſdem ſpiritus inſtinctu ad propoſitum finem continuò aſpiremus.

3 Rurſus, ſicut optimè docet Apoſtolus, *pro inuicem ſollicita ſunt membra eiuſdem corporis; ſi quid patitur vnum membrum, compatiuntur omnia membra; ſi quid gloriatur vnum membrum, congaudent omnia membra*. ita ſimilis intercedere debet conſenſio & contentio inter Reformationis noſtræ membra myſtica: ita vt exurgat inter ea, perfectionis ſtatus noſtri ſtudiũ commune, & mutua ſingulorum ad eam promouendam æmulatio. Accedat inſuper luminum & conſiliorum communicatio, mutua etiam opis & laboris exhibitio: ad hoc vt corpus integrum Reformationis, ſanum, vegetum, ac firmum conſiſtat. quæ omnia ex parte mea, & pro ingenij mei tenuitate operis iſtius beneficio ritè præſtanda eſſe arbitror.

4. Vltra vero illam generalem & capitalem rationem, tres aliæ particulares me ad illud componendum impulerunt, totidem continentes emolumenta quæ prouenire debẽt ſodalibus noſtris, ſiue iam Reformati ſint, ſiue poſt modum Reformandi.

5. Prima eſt, quod cùm ſingulari Dei beneficio, ac prouidentiæ ſuæ conſilio, Prouinciæ noſtræ Turoniæ Patres ſelecti ſint ad inſtaurandam apud ſe diſciplinam Regularem; per veræ ac firmæ Reformationis exercitia, labores magnos ad id adhibuerint, & caſus etiam varios experti ſint, in quibus diuerſis artibus & induſtriis ſpiritualibus vti fuit neceſſe, vt optatum finem conſequerentur; haud mediocriter prodeſſe exiſtimaui, ſi eas ipſas opuſculo iſto colligerem ac proponerem, ad hoc vt iis qui adhuc iiſdem difficultati-

bus ſubijciuntur, ſtatim quaſi ad opem occurrant & accurrant: ſic enim facilè perfruentur fructu, quem non niſi diutiſſimis, duriſſimiſque laboribus aſſequi potuimus: ſecuri per vias planas & rectas incedent, quas prius nacti, applanauimus, aliiſque patefecimus.

6. Alterum huius ſcriptionis motiuum & emolumentum in eo conſiſtit, quod ſit quaſi inſtrumentum quo inducenda ſit vel retinenda apud omnes Reformationis iſtius aſſeclas integra morum ſimilitudo, eiuſdem genii ac ingenii conformitas, ſaltem in rebus eſſentia ibus, & ad perfectionem Religioſam iuxta natiuum Ordinis & Reformationis iſtius ſpiritum promouendam magis conducentibus. Vt enim Religioſis in Cœtibus vnitas Regulæ, ac eiuſdem finis ab omnibus aſſequendi proſecutio, eorum naturam conſtituit, & format ſpeciem qua velut charactere dignoſcuntur, & ab aliis diſtinguntur; ita vniformitas ſeu paritas in ratione agendi, firmitatem, decorem, & ornamentum tribuit Religioſis Cõgregationibus. de illa priori circumſtantia optimè dicitur à Pſalmiſta Regio, *Ecce quam bonum*, ex hac verò poſteriori additur, & *quam iucundum habitare fratres in vnum*

7. Inde eſt etiam quod vniuerſi prorſus Ordines ſiue Religioſorum ſocietates, maximè verò illæ apud quas diſciplinæ Regularis viget obſeruantia, & perfectionis acquirendæ ſtudium, etiamſi alumnos ſuos habeant huc & illuc diſperſos in diuerſis Conuentibus & Prouinciis; curant maximè vt eandem omninò conſtantemque viuendi normam vbique exactè obſeruẽt, iuxta id quod præſcriptum eſt in conſtitutionibus, ſibi pro ſuo regimine traditis.

8. Et vero diuerſitas quæ apparet inter Religioſos eiuſdem Congregationis ſeu Reformationis, quocumque tandem loco conſiſtant, ſiue ſit in forma exteriori

veſtimentorum, ſiue in exercitijs vitæ Regularis, aliis quidpiam detrahentibus, aliis addentibus aliquid præter ſolitum, & præſcriptum in Conſtitutionibus agendi modum; ſignum eſt certiſſimum deprauationis cuiuſdam quæ iam inter eos exiſtit, & quæ in dies progreſſura ſit. Id enim arguit nimiam ſenſus proprij tenacitatem & præſumptionem in eorum animis qui á communi, præſcripto, & acceptato ab aliis ſtatuto recedunt, & per alias vias procedunt. Id etiam ſignum eſt ſat commune cuiuſdam corruptelæ & relaxationis in diſciplinam Regularem irrepentis, maximè cùm mutatio illa obſeruantiæ fiat in rebus plerumque magis laborioſis & auſteris, quas declinare nituntur qui mutationes illas inuehunt.

9. Cogitent quæſo ii qui reformate viuere profitentur, & Reformatorũ cætui aggregati ſunt per acceptationem conſtitutionum & exercitiorũ ab Authoribus Reformationis traditorum, quod ad ſe diriguntur verba iſta Apoſtoli quæ in re ſatis ſimili ſcripſit ad Corynthios. *Obſecro itaque vos fratres, vt idipſum dicatis omnes, & non ſint in vobis ſchiſmata; ſitis autem perfecti in eodem ſenſu, & in eadem ſententia.* Hoc eſt, dent operam vt non appareat, nec exiſtat inter ſe opinionum diſſentio, animorum diſſidium, exercitiorum diuerſitas, nec in ſubſtantia, nec in modo, quantùm fieri poteſt: cum inſtituti in ſeipſo ſic diuiſi non poſſit non oriri deſolatio & breui ſubſequi deſtructio.

10. Aduertant ſatius eſſe in Cœtibus Religioſis, vt exiſtimant magis periti rerum Monaſticarum Magiſtri, tritæ & communi viæ agendi inſiſtere (modo ritè & Authenticè conſtituta ſit & probata) licet fortè ſit minus perfecta; quam alias aperire & perſequi vias, licet forſan æque aut etiam magis commodæ ſint: ne diuerſitas exercitiorum ſciſſuras inducat, æmulationes & diſcordias.

11. Et vero ea fuit cauſa cur in Capitulo Generali anno 1645. Romæ celebrato ſapienter conſultum fuit & decretum vnanimiter ab omnibus gremialibus, vt omnes qui erant iam Reformati, aut qui deinceps reformatè viuere proponerent, inſtitutum Patrum Reformatorum Prouinciæ Turoniæ amplecterentur, eorumque ſtatutis vterentur, aliarum quarumlibet conſtitutionum ſeu ſtatutorum vſu interdicto: tùm quia ſapientiſſimè digeſta, antiquæ ordinis diſciplinæ magis conformia, & ad inſtituti Carmelitici finem conſequendum viſa ſint magis commoda: Túm etiam maximè, vt præcluderetur via ad alias Reformationes inſtituendas quæ confuſionem ex multitudine, & ex diuerſitate deformitatem in Ordine parerent.

12. Quia vero rationes eædem militant ad probandum quod inſuper neceſſariò ſeruari debet ab omnibus vniformitas in praxi & obſeruantia iſtarum conſtitutionum, aliàs fruſtra deſtinatæ eſſent ad inſtituendam in Ordine vnicam Reformationis rationem; propterea intendo præcipuè tradere hoc in opere, modum & media magis neceſſaria ad eam obſeruantiæ vniformitatem inſtituendam, inter omnes & ſingulos quarumcumque Prouinciarum & locorum Religioſos, qui huic inſtituto nomen dederunt.

13. Tertia demum ratio huius operis petitur ex trito apud Philoſophos axiomate, quo aſſeritur *eadem eſſe creationis & conſeruationis principia*; hoc eſt res omnes conſeruari & ſubſiſtere in conſtitutione quam primò acceperunt, per conſeruationem ſeu reſtaurationem partium quæ ad earum compoſitionem concurrunt. cuius quidem effati veritas non minus nota eſt quam certa. Cum igitur iure optimo quidquid neceſſarium eſt, ſiue ad Reformationem primò inſtituendam, ſiue ad eam conſeruandam & promouendam omni ſtudio

ac diligentia procurare debeant qui eam profitentur, & excolunt vt decet; non minimum me ipſis præſtare officium arbitror, dum hic propono partes eius eſſentiales, & profero primarias agendi rationes quibus Patres noſtri vſi ſunt ad eam primitùs inſtituendam: ad hoc vt eorum exemplo certatim omnes contendant iiſdem mediis inſiſtere, ne quod ſemel inſtauratum eſt, iterum labatur & corruat.

14. Vidi certè in aliquibus locis exterarum Prouinciarum, in quibus à ſat longo tempore inſtitutæ ſunt Reformationis noſtræ leges, & tradita exercitia ipſi propria, Religioſos non paucos, qui licet quantum eſt in ſe, iis obſeruandis incumbant; mirantur, dolentque plurimùm quod non tantùm Reformatio non proficit apud ſe, ſed quotidie defluere videtur, atque ad ruinam ſuam vergere: qnod vt attentè conſideraui, ſciſcitatuſque ſum quomodo ſe gerant tum ſuperiores Reformationis iſtius directores, tum inferiores præcipui eius operarij & ordinarij miniſtri; ſatis euidenter agnoui ex tribus potiſſimùm capitibus id prouenire.

15. Primo, ex eo quod ſuperiores, & primarij locorum illorum Patres ad quos præcipuè ſpectat attendere vt quæ neceſſaria ſunt ad conſeruandam & promouendam Reformationem, debito modo & ordine ſemper ſubſiſtant, licet ſat bona intentione præditi, non habent ſatis magnum & purum zelum ad illa requiſitum: ſe ſuaque magis curare & quærere videntur, quam Reformationis perfectionem & ſplendorem. Sufficit ipſis ſi apud plebem & commune vulgus habeantur pro Reformatis, & aliquas exteriùs Reformationis exercitationes oſtentent; internas magis neceſſarias & eſſentiales aut omnino negligunt, aut non niſi perfunctorie curant obſeruari. qua in re prę ſtaret eos conſiderare quantùm officiant maiori Dei gloriæ, quan-

tùm Religioſi ſtatus commodo detrahant, quantùm proximo damnum inferant, dum ad habitum & profeſſionem admittunt ingenuos adoleſcentes à Deo vocatos in noſtram Religionem, vt ſanctè viuant iuxta leges Reformationis quas ibi vigere credunt; & ſtatim ad mores penè ſeculares nec redolentes Reformationem conuertuntur, ex prauo aliorum exemplo, & ex nimia negligentia qua vtuntur ſuperiores ad eos rectè inſtituendos in exercitiis virtutis & perfectioni Religioſæ magis neceſſariis.

16. Secundò, debilitas ſeu langor eiuſmodi Reformationis, ſiue retardatio progreſſus illius, prouenire mihi videtur ex eo quod vix vlli, aut ſaltem pauci ſunt qui probè ſciant artes particulares, & induſtrias quibus vti neceſſe eſt ad ritè obſeruandas plures ex legibus Conſtitutionum: pauci ſunt qui norint etiam quænam præcipuo loco habendæ ſunt, & reputandæ quaſi cardines quibus innititur tota machina Reformationis & continuò volui debet vt firma maneat & inconcuſſa.

17. Tertio demum id promanat ex eo quod illis in locis ſuperiores obmittunt praxim quarundam ordinationum politicum Reformationis regimen ſpectantium, vnde maximè pendet Reformationis firmitas & incrementum. Tales ſunt, verbi gratia, inſtitutio Vicarij Prouincialis pro regimine ſpirituali Reformatorum, quandiù Prouinciæ non ſunt totaliter reformamatæ: celebratio congregationis ex Reformatis tantùm compoſitæ: Inſtitutio burſæ & vſus pecuniæ communis ad ſubleuandas neceſſitates communes Prouinciæ: ordo ſeruandus in reformandis ſucceſſiuè Conuentibus; & nonnullæ aliæ ordinationes de quibus infra dicendum erit.

18. Quia igitur iſtis & pluribus aliis mediis vſi ſunt

Patres noſtri Turonenſes ad inſtituendam Reformationem apud ſe, & hoc ipſo tempore ad eiuſdem regimen & conſeruationem eadem vtiliter adhibent; ea ipſa hic proponere atque exponere ſtatui, ad hoc vt ſinguli conſiderent, quam ſunt commoda, quam vtilia, immò & neceſſaria, ſiue ad inſtituendam, ſiue ad fouendam Reformationem.

19. Ex copioſo verò mediorum iſtorum ſeu præceptionum numero quæ ſuppetunt apud nos, paucas ſed potiores elegi, quas hoc in opuſculo paucis explico, quò *genius Reformationis noſtræ*, ac vniuerſæ Congregationis Reformatorum, hoc eſt ratio ſpecialis ſui regiminis, ac veriores characteres ſuæ obſeruantiæ exponuntur; ad hoc vt illi qui iis iam ſunt ritè imbuti tenaciùs eis adhæreant; alii vero ea addiſcant, & ad praxim redigant. Vnde confido quod ex hoc opere exurget ſiue inſtituendæ ſiue fouendæ Reformationis ſtudium magis ardens apud omnes; exercitiorum ipſi propriorũ praxis vniformis; ex vtroque ſummus vigor in obſeruantia Regulari, & demùm ex iſtis omnibus incredibile decus toti noſtro Ordini comparabitur.

CAP. IV.

Primum ſuſceptæ Reformationis Conſilium, vetera præſertim Ordinis exercitia Renouare, & iuxta antiquum eius ſpiritum reſtituere.

1. EO vulgus errore inficitur, cui etiam plurimi magnæ mentis viri calculum adiecerunt, vt arbitrentur pleroſque ex iis qui Religioſorum Ordinum

Reformationes ſuſcipiunt, nouitatis potius inducendæ motu, quam veræ virtutis exercendæ ſeu reſtituendæ motiuo ad hoc exercitari: credunt eos ſpecioſis exercitiis gratiam à plebe venari ſtudere, vnde auram popularem ſibi conciliare valeant, nonnihilque cœtui ſuo ſplendoris & boni odoris adipiſci.

2. Dictitant paſſim magis famoſas rerum Monaſticarum Reformationes multum plerumque ſonum edere; parum vero fructus proferre: multa & magna exteriùs oſtentare; in re autem nihil aut parum veræ virtutis habere. Imò non pauci ſunt qui quamuis cuncta in quolibet Reipublicæ Chriſtianæ gradu, debito ordine ſubſiſtere peroptent, & Eccleſiam optima in primis diſciplina florere; non tantum Regularium Reformationes non probant; ſed eis obſiſtentibus fauent: rati pleroſque ex iis qui eiuſmodi Reformationes inſtituunt, ſpecioſis exercitiis præſenti tempori ſeruire potius quam neceſſitati, nonnullorum quos ob Reformationem ritè ſuſceptam bene audire & magni fieri vident, prauos ſe imitatores ac ridiculas ſimias præbent, & dum à ſolita exercitiorum ſui ordinis praxi recedunt, alia ſæpius inuehunt quæ quia noua, nec ſatis ſunt ſolida, diu perſeuerare nequeunt: veteres autem Monachos, etſi vitæ adeò regularis & auſteræ minùs ſtudioſos; maiori tamen ingenuitate ac integritate ſufficienti pollere exiſtimant.

3. Certè, vt verum fatear, his & ſimilibus quæ de Reformationibus Religioſorum Ordinum noſtræ ætatis efferuntur, difficile eſt aliquo modo non conſentire, quantum ad eos præſertim quibus non ſufficit antiquas ſui Ordinis obſeruantias renouare, ſed noua pleraque ſiue in veſtibus, ſiue in ritibus, ſiue in externis aſperitatibus corporis, ſiue in aliis Ordinibus ſuis antè ignota, in praxim adducunt. Hinc murmuris

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

& ſtuporis in plebe cauſa certiſſima, quod in eodem Ordine, ex vno Patriarcha, ſub eadem Regula, veſtitu diſpares, victu diuerſi, exercitiis oppoſiti cœtus circunſpiciuntur. Hinc plebi, cæteriſque mundanæ ſapientiæ ſectatoribus ampla ſeges cauillandi de his Reformationum diſcriminibus; Vnde etiam datur locus pleriſque has vt condemnent innouationes, ſitque illis Reformationis nomen aliquo modo odioſum: & niſi notum eſſet quod B. Paulus hortatur omnes vt æmulentur Chariſmata meliora, laudanduſque ſit zelus qui etiam perfectos ad opera ſupererogationis nonnunquam excitat: niſi etiam nouitatum iſtarum ſectatoribus pietas & ſanctimonia quam colunt, plurimùm intercederent; non quam merentur approbationem haberent, ſemperque cœtui ipſorum antiquum Ordinis eiuſdem ſtatum præferendum eſſe communi calculo decretum maneret.

4. Quamuis igitur critici illi rerum publicarum cenſores, qui cuncta ad ſuam expendere trutinam non dubitant, & accurato nimis diſcutere ſcrutinio, multa proferant aduerſus Reformationes quæ de nouo inſtituuntur veritati quoquo modo conformia; non omnem tamen Religioſorum in Ordinibus mutationem improbandam fateantur neceſſe eſt: & ſi quamlibet carperent, aut nouitatis arguerent; ipſi potius de nimium veteri errore & ignorantia tùm in ſacræ Scripturæ ſtylo, tùm in virtutis ſchola eſſent Reprehendendi.

5. Sanè extant plurima ſacris in paginis Teſtimonia, quibus veritas hæc authenticè probatur. modo enim habetur in ea quod Chriſtus viam nouam nobis initiauit, vultque nos ambulare in nouitate vitæ: modo hortatur Apoſtolus vt nouitatem vitæ & non vetuſtatem litteræ ſectemur. monet alibi vt huic ſeculo non conformemur, ſed reformemur in nouitate ſenſus no-

ſtri. Inſtat alibi, vt veterem hominem deponamus, nouumque hominem induamus. Docet prætcrea quod noua Creatura Deo grata eſt atque accepta, & non antiqua.addit demùm quod Chriſtus ad hoc miſſus eſt vt reformet corpus humilitatis noſtræ, configuratum corpori claritatis ſuæ.

6. Cum igitur tùm Reformationis, tùm Nouitatis nomen tam frequenter ſolemniterque celebretur in ſacris paginis; temere omninò cauillatores, ſecularisſque prudentiæ nimium ſectatores, nouitatis arguunt Religioſos, qui poſtquam a vero inſtitutionis ſuæ tramite declinauerunt & aberrarunt, ſecuras atque a patribus ſuis iam dudum tritas inire vias tentant: qui priſtinam veteris hominis conuerſationem deponentes, ſtudent induere nouum hominem qui ſecundum Deum creatus eſt in iuſtitia & ſanctitate veritatis.

7. Hi igitur nomen Reformationis non vſurpant vanitatis aut nouitatis affectu, quaſi hac appellatione ſecerni ſeu diſtingui peroptent ab iis qui hanc vitæ normam non obſeruant, & ijs anteponi cum aliquo faſtu:hoc etenim legis antiquæ Phariſaicum, & noſtræ ætatis hæreticum genium ſaperet. & verò ea de cauſa patres noſtri abſtinuerunt ab initiò, quantum fuit poſſibile, à Reformatorum appellatione, vocantes ſe tantum, *de obſeruantia*: ſed tandem Reformatorum nomen aſſumpſerunt, tùm quia ſic ab exteris vocari ceperunt, tùm quia eiuſmodi appellatio vſu communi recepta eſt inter Religioſos, eſtque quodam modo neceſſaria ad deſignandam morum mutationem, quæ in antiquis ordinibus excitatur, vnde cæteri ædificationis cauſam habeant, & ad ſimilem vitæ normam, per nominis iſtius dignitatem & æſtimationem aliquo modo impellantur.

8. Certè cùm politia cænobitica, vt poté quæ a li-

bero hominum arbitrio in vtramque partem natura ſua volubili dependet, viciſſitudinibus, deprauationibuſque imperuia eſſe nequeat; nonnè expedit, imò neceſſe eſt vt cùm ex bono in deterius deuoluta fuerit obſeruantia regularis, tandem ex deteriori ad perfectius de nouo exſuſcitetur? ſi quid nouitatis hac in re apparet, laudanda eſt potius quam vituperanda cum à ſubſtantia rei, & à communi vſu magis profluat, quam à ſic nuncupatorum voluntate. Vnde egregiè & acutè Æmulus Maronis noſter Baptiſta Mantuanus hanc in rem cecinit.

Hæc nouitas non eſt nouitas, ſed vera vetuſtas.

9. Hoc prorſus ſenſu aſſerit Chriſtus ſe mandatum nouum darę hominibus, vt diligant ſe inuicem, licet idem præceptum legibus diuina & humana eſſet ab initio conſtitutum: nempe quia, vt ait Auguſtinus, medijs & motiuis nouis a Chriſto propoſitis erat deinceps obſeruādum. ſimiliter, etſi Chriſtus venerit ad hoc maximè vt legem veterem deſtrueret; ipſe tamen palàm profeſſus eſt ſe non veniſſe vt legem ſolueret, ſed adimpleret. Illuſtrauit ſcilicet Moſaïcam legis gratiæ luminibus & dotibus; carnalia reſcidit, ſpiritualia addidit, & quæ ad perfectionem conducerent media aptora adhibuit.

10. Hæc igitur omnia Reformationis noſtrę Authores attentè conſiderantes, diuiniſque adeò exemplis ſe conformare adnitentes, primum & quaſi præcipuum ſui Inſtituti iecere fundamentum, noua non inducere quæ oſtentarent, ſed priſtina Religioſarum virtutum certamina denuò ſic in Carmelū reducere, vt non alia, neque aliena, ſed propria & natiua forent inſtrumenta ad primitiuum Ordinis Scopum certius tutiuſque attingendum.

11. Attenderunt præſertim quod prædeceſſores noſtr-

ſtri viri cœlitus afflati, leges valdè aptas ad ſuſtinendam fouendamque Religioſam diſciplinã ſumma prudentia inſtituerunt, quas ſummi Pontifices iamdiu approbarunt, & pro Temporum ratione & Eccleſiæ vtilitate temperauerunt in quibuſdam. Perpenderunt quod per illarum obſeruantiam floruit tranſactis temporibus propheticus noſter Ordo, prædeceſſoreſque noſtri illarum præſidijs brauium ad quod vocati ſunt & contendunt, feliciter aſſequuntur: itaut permulti his medijs, Sanctitatis culmen qualibet ætate ſint conſecuti. Norunt penes ſe eſſe, vt qui eadem cum illis donati ſunt vocatione, iiſdemque adiuti medijs; idem perfectionis, immò & ſanctitatis culmen attingant. Quapropter ſtatuerunt quod etſi annorum decurſu in primæuam Ordinis noſtri diſciplinam deprauationis quidpiam obrepſerat, non eſſe tamen abrogandas ſeu mutãdas veteres exercitationes; ſed reſecato quocumque abuſu, retinendos eſſe optimos vſus, validiſque præſidijs obfirmandos.

12. Primis huiuſce Reformationis noſtræ Authoribus non deerat feruor quo ad plurima magnæ perfectionis, ſummique exterius ſplendoris exercitia Ordini hactenus inuiſa audacter ſuſcipienda afficerentur: ſed ſimul ſapienterque perpenderunt ſe ſuo Ordini tanquam membra corpori eſſe alligatos, à quo vitam hauriebant, & eandam quaſi refluere deberent, ſi vt ſperabant, Deus gratia ſua in ſuſcepto operis propoſito, votis ſuis obſecundaret.

13. Perſpexerunt quod ſi noua obſeruare cœpiſſent exercitia, ſtatim plerique ſuorum confratrum nouitate iſta permoti, deterrerentur à ſuſcipienda Reformatione quæ ea amplecteretur, aut tanto commouerẽtur aduerſus eam odio; vt & damnum ſuis perſonis, & ſaltem operi ſuo detrimentum eſſet inferendum. Præterea ad-

uerterunt ſe opportunam daturos occaſionem omnibus Antiquis non detrectandi modo quoad ſuas perſonas eiuſmodi vitæ genus, & eius cœptis obſiſtendi; ſed & aditum præcludendi ad cætera monaſteria in quibus Reformatio potuiſſet introduci.

14. Perpenderunt quod dum noua exercitia inducere ſtatuiſſent, quæ fuiſſent tantum accidentia; omnem ſibi viam intercluderent ad rerum perfectioni Religioſæ eſſentialium obſeruantiam reſtituendam: propterea iudicarunt expedire omninò vt ad ea dumtaxat ſe conuerterent media, quæ communi noſtrorum ingenio genioque eſſent magis accomodata: rati quod licet non eam omnem quæ in aliis cœtibus emicat apparentiam & externæ perfectionis ſpeciem, ſua præ ſe ferrent exercitia; ſaltem ea quæ erant eſſentialia, & perfectioni conducentia ſectantes, tanto meliorem inſtituerent Reformationem & firmiorem; quanto omnibus fuiſſet grata, nec eorum viribus impar.

15. Si quæ tamen ſint in noſtris obſeruantiis quæ nouitatem redoleant, vt ſunt, verbi gratia, veſtis noſtræ color iam ſubrufus, & capparum pannus groſſior & minus amplus; certiſſimum eſt quod nec vſus ille, nec quidquam aliud introductum eſt à nobis, quod priùs in Antiquis Ordinis noſtri Conſtitutionibus ſtatutum non fuerit. Ad praxim dumtaxat reuocata ſunt illa, & nonnulla alia mediis & modis forſan non omninò extremis iſtis temporibus vſitatis, at non de nouo introductis.

16. Nihil de iis quæ ſiue in ſubſtantia, ſiue in vſu optima eſſent prætererire ſtuduimus; ſed quæ imperfectionem quamdam ſupponebant, aut aliqua ſecum trahebant incommoda reiecimus, & eorum loco nonnulla addidimus, quæ ſiue ab exemplo aliarum Religionum, ſiue ex natura ſtatus præſentis noſtri Ordinis,

aptiora cognouimus media ad perfectiorem inſtituti noſtri obſeruantiam excolendam.

17. Licet igitur nonnulla exercitia noſtræ Reformationis vſibus de nouo aptata fuerint, in nouis tamen non omnino reponenda ſunt: quia cum aliud non ſint quam auulſio ſuperinductæ corruptelæ & obſoleti boni reuocatio, non ſunt noui cuiuſpiam commenti inſimulanda, ſed laudanda & acceptanda.

CAP. V.

Veræ ac internæ Reformationis, nec tantum apparentis & vmbratilis formatum propoſitum.

1. PAuci admodum quid Reformatio, quæ ad illam viæ magis aptæ; quis verus illius ſcopus intelligunt: pauciores, qui collapſa ex obſeruantia eam vt oportet amplectuntur. Et verò ſingulari dei beneficio, Authores noſtri adeo perſpicaces fuerunt & lyncei, vt ſtatim aduerterint leuiores externarũ rerum emendationes, quæ ad interiorem morum deprauationem eluendam, ſtudiumque perfectionis internæ accendendum non pertingunt, plus ſæpè detrimenti, quam vtilitatis afferre Religioſis Ordinibus, & tandem diù perſiſtere haud quaquam poſſe.

2. Cum aditus Monaſterij præcluſus, nec fœminis æquè ac viris vt anteà patere, ſed ab oſtiario ad id deſtinato, regulariter claudi & aperiri perſpicitur: cum Religioſi rarò egrediuntur, nec niſi bini ſimul procedunt: cùm habitu groſſiori, abacta procul vanitate ac ſuperfluitate, decenter tamen veſtiti ſunt, cum aliquo Reformationis ſigno, ſiue in forma, ſiue in colore,

noſtri ab initio repoſuerunt, ſemperque perfecta ſtatuunt in ſui abnegatione, in perpetua aduerſus carnem & ſanguinem pugna, in prauorum habituum eradicatione, in humili animi demiſſione, in vera conſtantique omnium virtutum praxi, in perfectionis propriȩ ſtudio, in votorum ſuorum ſolemnium interna externaque obſeruantia; in zelo indefeſſo Religioſæ diſciplinæ promouendæ, tum in ſe, tum in aliis, mediis omnibus ad eum finem aptis.

9. Neque vero hęc tantùm ſpeculatiuè conſiderare, aut in communi proponere ſufficit; ſed ſeriò ab vnoquoque Reformatorum amplectenda ſunt, & ad praxim redigenda: maximè verò ab iis qui monaſteriorum Reformatorum ſuperiores exiſtunt; ſiue etiam ab ijs qui præcipui in qualibet Prouincia Reformationis Authores ſunt ſeu directores; Chriſti Saluatoris in hoc exemplum ſequentes, qui facere cœpit antequàm doceret: ideoque exemplis ſuis priùs & magis quam verbis vrgere debent alios ad propoſitum Reformationis ſcopum attingendum.

10. Propterea ſollicitè cautéque prouidendum eſt, ne ambitioſi, delicati, ſui ipſius nimium amantes, fictæque ad virtutem indolis Reformatis præficiantur, aut etiam præcipuo loco & nomine apud eos habeantur: quandoquidem plerùmque omnem adhibent diligentiam vt exteriùs Reformati appareant, & ex hoc ſpecioſo nomine famam ſibi bonam acquirant, dùm ſe ſuaque tantùm quærunt, ac prauis naturæ ſuæ cupiditatibus ſubtiliter indulgent. Reformationis authores, aut ſaltem promotores haberi volunt, cùm plerùmque Reformationis nihil habeant niſi forſan nomen & leue ſignum in veſte ſubrufa de nouo aſſumpta. Verbis oſtendunt ſe Reformationem habere in votis, & ſerio ei incumbere; & viget in eis, ſi non omninò publica,

ſaltem ſecreta morum diſſolutio. Alios vrgent ad ſeueram corporis auſteritatem, dum ſupellectile optima in propria camera ſunt inſtructi. Camiſijs lineis palam vel ſecretò ſub laneis vtuntur; ieiunii & abſtinentiæ à carnibus declinandæ, excipiendæ flagellationis, diſpenſandi ſe ab aſſiſtentia chori, ab oratione mentali, à Refectorio communi cauſam aliquam plerúmque habent in promptu, & non niſi rariſſimè exercitiis iſtis interſunt. Alios valdè humiles & ſibi ad nutum ſubditos eſſe volunt; dum officijs & honoribus perpetuò gaudere ſatagunt: ſemper præeſſe, nunquam ſubeſſe volunt. Demum more Phariſaico plerumque alligant onera grauia, & imponunt in aliorum humeros; digito autem ſuo nolunt ea mouere.

11. Summa haud dubiè commiſeratione digna eſt hoc in caſu Religio, & eius deploranda Reformatio: tantum enim abeſt, vt vnquam progreſſura ſit ad perfectius, ſemper reuoluetur in deterius, adeo vt fiant poſteriora Religionis illius peiora prioribus. Ideoque non minùs verè in eos hoc oraculum, immò & ſeueriſſimum decretum à Chriſto intonatum eſt, quàm aliàs in ſcribas & Phariſæos hypocritas. *Væ vobis qui decimatis mentham & anetum & cyminum, & reliquiſtis quæ ſunt grauiora legis*; Et ſequentia apud Mathæum, quæ optimè quadrant in eos qui cùm Authores ſeu Promotores reformationis haberi velint, cenſendi ſunt potius illius deſtructores, cum ſuis prauis exemplis corruptionis venenum toti Reformatorum cœtui infundant.

12. Hoc igitur attentè conſiderent & æquo trutinent pondere quicunque incipiendæ vel promouendæ Reformationi in Ordine noſtro incumbunt qualibet in Prouincia. Agnoſcant vnicum & veriſſimum ad quem contendere debent finem, hic propoſitum eſſe à nobis, atque ei aſſequendo viis aptis inſiſtant ne aberrent.

ſiue in alia quapiam nota : cum apparent graues in inceſſu, in geſtis modeſti, oculos non circumagere huc & illuc, ſed perpetuò demiſſos in terram habere, manus ſub ſcapulari decenter tenere:cum accidit chorum magis quam priùs à Religioſis frequentari, certâ ſemper horâ diuinum peragi officium ; graui tono & deuotè decantari : ſacra fieri in Eccleſia cum magna reuerentia.

3. Quando fratres omnes eiuſdem communitatis etiam ſuperiores, quicumque illi ſint, eodem pane, eadem pitantia in communi Refectorio veſcuntur cum ſilentio, vno interim ad cæteros ex libro ſacro aut pio legente : quando Clerici media nocte ſurgunt ad matutinas : cùm abiecto linearum camiſiarum vſu, laneæ ab vnoquoque deferuntur : cùm dies ieiunio vel abſtinentiæ deſtinati ab Ordine diligenter obſeruantur: certè cum hæ,aliæque ſimiles cœnobiticæ vitę & œconomicæ de nouo apparent obſeruantiæ in aliquo monaſterio ; tum Religioſi ita ſe gerentes accuratè Reformati & ſibi videntur, & ab aliis creduntur, cùm in nullis aliis quam in iſtis à pleriſque reponatur religioſæ diſciplinæ redintegratio.

4. Hæc quidem optima ſunt & inſtituto verè Religioſo neceſſaria, vt potè quibus praua tolluntur exempla,& Ordini priſtina Religionis ſpecies, ſaltem exteriùs, reſtituitur ; (& vtinam inter pleroſque qui ſe Reformatos prædicant, hæc omnia haberentur in praxi ;) ſed ad eam quam Deus Religioſis in Ordinibus exigit veram virtutem, ſtrenuamque pietatem minimè ſufficiunt ; ſi quidem plerumque coactè, hominibuſque magis quam Deo placendi ſtudio præſtari poſſunt. ſæpe habitus, ſæpe vultus reformatur ; interiora autem plena ſunt iniquitate , ita vt multi ſpeciem quidem pietatis habeant ; virtutis tamen veritatem non poſſideant, ¶

5. Sicut igitur mortuum vt reuiuiſcat corpus, debet priùs quo erat donatus ſpiritu, denuò animari, qui totos diffuſus per artus membra vniuerſa proprios ducat in actus; ità, vt emortuus Ordo Regularis præ deprauatione, religioſam redeat ad vitam, non ſufficit externa ſpecies, & rituum quorumdam apparatus; neceſſe eſt præterea, vt ſacro ab intus Spiritu informetur & moueatur.

6. Non enim eſt Reformatio vera, niſi quæ ab interna emanat animi renouatione. Omnes externi virtutum actus qui ab interiori ſpiritu non profluunt, mendacia ſunt & mimica ludibria, quæ diù ſubſiſtere non poſſunt, ſed citò euaneſcere comperiuntur: quæ verò diſciplinæ reformatio proficiſcitur à vera cordis conpunctione, morum conuerſione, propriæque ſalutis & perfectionis deſiderio; ſtabit, diùque perdurabit, quia *veritas Domini manet in æternum.*

7. Omnia hæc à principio Reformationis noſtræ diuino afflante numine, probè perſpecta ſunt noſtris ab Authoribus: omnia ſupra dicta exercitia quoad vitam externam, ſtatim ab initio perfectè adimplere ſtuduerunt patres noſtri, & per Dei gratiam ab eo tempore eorum obſeruantia noſtris in Conuentibus perſeuerat; verùm ea omnia veluti media ad vocationis ſuæ ſcopum conducentia cōſiderant, ac ſuum finem in eis non reponunt: ijs omnibus aſſiduè inſiſtunt; ſed non ibi ſiſtunt. Externam plerùmque morum integritatem cum interna deprauatione norunt conſiſtere; Contrarium verò nunquam accidere. Expoliandum prius eſſe veterem & externum hominem cum actibus ſuis didicerunt ab Apoſtolo, quàm *induatur nouus homo qui ſecundum Deum creatus eſt in iuſtitia & ſanctitate veritatis.*

8. Vocationis itaque, ſeu Reformationis ſuæ ſcopum

noſtri ab initio repoſuerunt, ſemperque perfecta ſtatuunt in ſui abnegatione, in perpetua aduerſus carnem & ſanguinem pugna, in prauorum habituum eradicatione, in humili animi demiſſione, in vera conſtantique omnium virtutum praxi, in perfectionis proprię ſtudio, in votorum ſuorum ſolemnium interna externaque obſeruantia; in zelo indefeſſo Religioſæ diſciplinæ promouendæ, tum in ſe, tum in aliis, mediis omnibus ad eum finem aptis.

9. Neque vero hęc tantùm ſpeculatiuè conſiderare, aut in communi proponere ſufficit; ſed ſeriò ab vnoquoque Reformatorum amplectenda ſunt, & ad praxim redigenda: maximè verò ab iis qui monaſteriorum Reformatorum ſuperiores exiſtunt; ſiue etiam ab ijs qui præcipui in qualibet Prouincia Reformationis Authores ſunt ſeu directores; Chriſti Saluatoris in hoc exemplum ſequentes, qui facere cœpit antequàm doceret: ideoque exemplis ſuis priùs & magis quam verbis vrgere debent alios ad propoſitum Reformationis ſcopum attingendum.

10. Propterea ſollicitè cautéque prouidendum eſt, ne ambitioſi, delicati, ſui ipſius nimium amantes, fictæque ad virtutem indolis Reformatis præficiantur, aut etiam præcipuo loco & nomine apud eos habeantur: quandoquidem plerùmque omnem adhibent diligentiam vt exteriùs Reformati appareant, & ex hoc ſpecioſo nomine famam ſibi bonam acquirant, dùm ſe ſuaque tantùm quærunt, ac prauis naturæ ſuæ cupiditatibus ſubtiliter indulgent. Reformationis authores, aut ſaltem promotores haberi volunt, cùm plerùmque Reformationis nihil habeant niſi forſan nomen & leue ſignum in veſte ſubruſa de nouo aſſumpta. Verbis oſtendunt ſe Reformationem habere in votis, & ſerio ei incumbere; & viget in eis, ſi non omninò publica,

ſaltem ſecreta morum diſſolutio. Alios vrgent ad ſeueram corporis auſteritatem, dum ſupellectile optima in propria camera ſunt inſtructi. Camiſijs lineis palam vel ſecretò ſub laneis vtuntur; ieiunii & abſtinentiæ à carnibus declinandæ, excipiendæ flagellationis, diſpenſandi ſe ab aſſiſtentia chori, ab oratione mentali, à Refectorio communi cauſam aliquam plerúmque habent in promptu, & non niſi rariſſimè exercitiis iſtis intereſunt. Alios valdè humiles & ſibi ad nutum ſubditos eſſe volunt; dum officijs & honoribus perpetuò gaudere ſatagunt: ſemper præeſſe, nunquam ſubeſſe volunt. Demum more Phariſaico plerumque alligant onera grauia, & imponunt in aliorum humeros; digito autem ſuo nolunt ea mouere.

11. Summa haud dubiè commiſeratione digna eſt hoc in caſu Religio, & eius deploranda Reformatio: tantum enim abeſt, vt vnquam progreſſura ſit ad perfectius, ſemper reuoluetur in deterius, adeo vt fiant poſteriora Religionis illius peiora prioribus. Ideoque non minùs verè in eos hoc oraculum, immò & ſeueriſſimum decretum à Chriſto intonatum eſt, quàm aliàs in ſcribas & Phariſæos hypocritas. *Væ vobis qui decimatis mentham & anetum & cyminum, & reliquiſtis quæ ſunt grauiora legis*, Et ſequentia apud Mathæum, quæ optimè quadrant in eos qui cùm Authores ſeu Promotores Reformationis haberi velint, cenſendi ſunt potius illius deſtructores, cum ſuis prauis exemplis corruptionis venenum toti Reformatorum cœtui infundant.

12. Hoc igitur attentè conſiderent & æquo trutinent pondere quicunque incipiendæ vel promouendæ Reformationi in Ordine noſtro incumbunt qualibet in Prouincia. Agnoſcant vnicum & veriſſimum ad quem contendere debent finem, hic propoſitum eſſe à nobis, atque ei aſſequendo viis aptis inſiſtant ne aberrent.

Digitized by Google

CAP. VI.

Grauiſſima quæ ſeſe oblata ſunt incommodá & Reformationi inſtituendæ æque ac fouendæ obſtacula, qua ratione declinanda fuere.

1. STANTE ſuperiore propoſito de fugiendis nouitatibus, quantùm fieri poterat, in inſtitutione Reformationis iſtius; rem valdè arduam aggrediebantur patres noſtri, indeque multas contradictiones & grauiſſima incommoda, ſeu obſtacula neceſſario conſequentia non poterant non experiri, quæ etiam non niſi maxima cum difficultate ſuperari poterant.

2. Inprimis enim, cùm Prouincia Carmelitarum quæ à Turonibus nomen habet, inter cæteras Galliæ pridem Florentiſſima extiterit, vt quæ maiori ſemper virorum numero abundarit, quorum pleríque dignitate & doctrina præſtantes erant: quæ magis in diuerſis Regni partibus diffuſa ſit, atque in eis multos & ampliſſimos habeat Conuentus; certè longè difficiliùs erat in ea quam in cæteris regularis diſciplinæ inſtaurationem inchoare, atque promouere. Nec ſanè abſque cuiuſdam miraculi ſpecie factum eſt, vt in ea rerum diſpoſitione, ab exiguo Religioſorum numero, nec tunc magni nominis in iſta Prouincia, opus tam arduum ſuſceptum ſit, atque non minori facilitate quam felicitate perfectum.

3. Deus, procul dubio, eorum mentes gratia ſua inſigni præuenit ac permouit penes quos erat conſilium illud primo in ortu ſuffocare. Vt enim plurimi

erant

erant inter noſtros antiquos patres qui licet prędeceſſorum ſuorũ exẽpla ſecuti, à pleriſque Regularis obſeruantię legibus ſatis longè recederẽt, honeſtè tamen viuere ſolebant & rectæ rationi in ſtatu ſuo ſe conformare: vnde non fuit ipſis animus obſiſtere ijs qui Reformationis inſtitutionem aggreſſi ſunt. Forte etiam quia vix quicquam de exitu ſperarent, vel quia gauderent, & facilè permitterent ab alijs fieri quod ſibi non eſſet integrum, eo quòd inueteratos mores & habitus facile exuere non poſſent, tùm ob prouectam quam plerique attigerant ætatem; tùm ob deffectũ virium ad obſeruantiam Reformationis requiſitarum.

4. Interim verò cuiuſlibet pij operis infeſtus Dæmon aduerſarius, ſat paruam Reformationis prohibendæ rationem ab illis Antiquis Patribus ad eam non aſpirantibus nactus, ſatis copioſam aliundè aſſumpſit ab eis etiam qui eam curare & promouere videbantur tùm propter opinionum diſſidia circa ſubſtantiam & circunſtantias operis adeo grauis; tùm ob certas propenſiones quibus ducebantur ad collaborandum aliis in ſuſcepto Reformationis propoſito, ſed quæ minus conueniebant cum mediis quibus aptius vti neceſſe erat.

5. Eorum autem eo periculoſior erat agendi modus, quò recta intentione, optimique ſucceſſus in bono promouendo ſpecie indutus eſſe videbatur: hac enim ratione ſimplices & bonos homines facile erat decipere, & ſpe maioris boni quidquid erat inchoatum deſtruere.

6. Authores præcipuì quibus in iſtius operis promotione Deus vtebatur, facile ſublatens malum detexerunt, ſuorumque laborum fructum periclitari aduerterunt: àt licet caſum imminentem præuiderent, non occurrebat opportunum quod adhiberetur remo-

dium. Quia inteſtina erat diſſentio, modeſta & prudenti vtendum erat defenſione aduerſus pleroſque, & quidem ſat probos Religioſos, quibus videbatur expedire Reformatos, licet adhuc paucos numero, huc illuc ſtatim per conuentus diſpergere, vt ad eorum exemplum Antiqui Religioſi perfectæ obſeruantiæ inſtituta adnitterentur obſeruare.

7. Præterea cum fraternitatis titulo ac charitatis motiuo vrgerētur pauci illi è patribus qui erant Reformati, ad iungendum ſe alijs in conuentibus antiquis, quorum plerique hanc videbātur deſiderare vnionem, (quamquam fortè, non tam pietatis ratione quam priuati alicuius commodi intuitu) incongruum videbatur palàm indicare, neutiquam permittendum eſſe vt Reformati cum eis degerent & agerent, ne hoc reſponſo læderentur, & ne inde etiam ſeculares ſcandalum paterentur, quos, vtpotè exteriora tantum intuentes, graué interiùs deliteſcens malum latebat.

8. Inter varia autem quæ ſeſe offerebant ad id remedia, illud primum inter ipſos venit examinandum, an excuſſa veterum & conſuetorum in Prouincia Superiorum immediata iuriſdictione, in Congregationē ſeparatam eſſet abeundum. Aderant plurimarum Reformationum exempla quolibet in ordine, atque adeò in noſtro, Mantuaniſtarum ſcilicet in Italia, Albigenſium in Gallia, ac R. P. diſcalceatorum in Hiſpania. Hæ enim ſub Reuerendiſſimorum Patrum Priorum Generalium, ac Antiquorum Ordinis Prouincialium authoritate exortæ, atque ipſorum aliquot annis ſubditæ moderamini, ſenſim diſceſſerunt, & tandem à cuiuſlibet antiquæ obſeruantiæ Prælati iure ſe penitùs aut ex parte ſubtraxerunt.

9. Quæ vero Patribus tùm Hiſpanis, tùm Mantuaniſtis, tum Albigenſibus ad eum ſtatum receſſus cauſæ

Digitized by Google

fuerunt, noſtris etiam eædem occurrebant, nempe ſuperiorum plerùmque diſciplinæ Reformationis inſciorum regimen; intericcta ab Antiquis per inuidiam & odium Reformationis incremento identidem obſtacula, quæ nec à Reuerendiſſimis Generalibus, nec à Reuerendis admodum Prouincialibus ſatis fortiter arcenda eſſe præuidebantur: promiſcua Reformatorum cùm irreformatis habitatio valdè periculoſa, ab vtriſque ſuperioribus facilè permittenda ſub ſpecie boni, immò & decernenda: frequentes etiam, in perniciem inchoatæ obſeruantiæ, de loco in locum Religioſorum Reformatorum tranſmutationes, vel à R.P. Prouinciali, vel à Reuerendiſſimo Patre Generali imperandæ: innumeræ, eæque moleſtiſſimæ negotiorum Clauſtralium implicationes ab eorum authoritate dirimendæ, nec forſan in fauorem Reformationis terminandæ; à quibus omnibus & alijs pleriſque ſine labore Patres noſtri poterant ſe expedire, ſi, quod non erat difficilè, inductus fuiſſet Rex Chriſtianiſſimus ad depoſcendum ſubditis ſuis à ſua ſanctitate ſolutum ab Antiquis Superioribus inſtitutum.

10. At nihilominus Authores noſtri tranquillitatem longanimitate potius redimere, quam vi & Authoritate poſſidere maluerunt. Quamuis enim aduerſus prædictas aliaſque vexationes tuti eſſe potuiſſent per inſtitutionem Congregationis ſolutæ & Superioribus Antiquis niſi in paucis ſubditæ; aliundè tamen talis ſegregatio multa & maxima ſecum trahere ſtatim viſa eſt incommoda. Primò quidem iſta mutatio iuridictionis & regiminis, animorum pariter exacerbationem peperiſſet in Ordine & quidē cùm maximo detrimēto charitatis que inter eiuſdem inſtituti Religioſos velut inter fratres debet continuò ſubſiſtere & feruere: cùm preſertim experimentò probetur diſſidia iurgiaque in-

ter auulſas Ordinis eiuſdem ſocietates non ſolùm frequentiora intercedere, quam diuerſos inter Ordines; ſed etiam, quod dolendum, eſſe propè implacabilia.

11. Præterea Reformatis ſpiritu ſanctitatis moribus in primis ſibi incumbendum eſſe putabant noſtri, vt verbo & exemplo velut validiſſimis machinis ad idem vitæ genus Confratres ſuos Antiquos ſuauiter adducerent, primæuumque Religioſæ perfectionis genium in extructa olim à maioribus reſtituerent Monaſteria: ſiquidem vt vulgò fertur, non maiori laude parta conſeruantur, quam noua conquiruntur. Cum itaque Congregationis ſolutæ ratio veterum cœnobiorum poſſeſſionem ſuis Religioſis abiudicet, & ad nouas ædificationes compellat; certa profectò in fortuita, & captum in capiendum commutaſſent: ſicque turpiſſimæ ſeſe expoſuiſſent periculo deſertionis.

12. Prudenter etiam præuiderunt Patres noſtri quod quæ facilitatis ratio videbatur obuenire ad propagandam Reformationem, ex Inſtitutione Congregationis à R. P. Prouincialium authoritate ſolutæ, eius potius iacturæ ac ruinæ viam certiſſimā aperiebat. Etſi enim licuiſſet ſingulis, verbi gratia, quarumcunque Galliæ Prouinciarum Communitatibus, Congregationi illi ſe adiungere, legum Reformationis ſuæ obſeruantiam amplexando; certum eſt quod id fieri non potuiſſet abſque R. P. Prouincialium maxima repugnantia, & forſan reſiſtentia: vtpotè quorum authoritas minuenda eſſet, & reſcindenda iuriſdictio. Et, ſi Conuentus omnes aut ſaltem plerique in Congregationis Reformatorum corpus coaleſcere ſtatuiſſet, vt ipſis fuiſſet liberum; Prouinciales pariter abrogandi erant, & extinguendæ Prouinciæ.

13. Perſpexerunt inſuper quod ex commixtione & vicinia Conuentuum qui fuiſſet diuerſæ obſeruantiæ,

Digitized by Google

in qualibet Prouinciæ, & quidem ſub Iuriſdictione diuerſorum Superiorum, frequentes & graues extitiſſent controuerſiæ, ex quibus multa damna & ſcandala certiſſimè fuiſſent ſubſecuta. Aliunde etiam ex nimis magna Conuentuum multitudine & diſtantia quæ extitiſſet inter eos qui Cõgregationi iſti ſe aggregaſſent; cùm huc illúcque longè diſperſi fuiſſent in omnibus Galliæ Prouinciis, impoſſibile Congregationi iſti fuiſſet, aut ſaltem valde difficile ſuperioribus qui pro tempore præfuiſſent, eos quotannis viſitare, & eorum neceſſitatibus prouidere: ſicque ruinæ ſuæ Congregatio iſta fuiſſet magis expoſita.

14. Si demùm quæ exortæ ſunt, tùm in noſtro, tùm in aliis Ordinibus Congregationes, ſegregationem patribus noſtris ſuadebant; diſſuadebant alia plura & quidem magni ponderis ac momenti exempla ex ipſiſmet etiam cœtibus Ordinis noſtri deſumpta. Quantùm enim ad Congregationem Mantuanam, etſi floruerit ab initio, adhucque ſubſiſtat in ſatis bono ſtatu; certum eſt & notum quod à tempore quo inſtituta eſt, hoc eſt à ducẽtis fere annis, alios non fecit progreſſus quã in Italia, & quidem tantum in Prouincia Bononienſi & aliis vicinis tractibus; cæteris Conuentibus in eius obſeruantiæ conſortium venire non valentibus, ob notatas ſupra difficultates.

15. Quod ſpectat Reformationem ſeu Congregationem Albigenſem in Gallia, conſtat etiam quod Regia licet authoritate ſuffulta fuerit, ſatque felicibus inchoata auſpiciis; nullos vnquam fere progreſſus habere potuit: quandoquidem octoginta propè annis quibus ſubſtitit, Monaſteria non ſolum tenuit pauciſſima, ſex ſcilicet aut ſeptem, in diuerſis Prouinciis; ſed innumeros conflictus ex continuis vtrimque litibus cùm aliquibus Prouincialibus & Prouinciis integris,

exortis Romæ & in Gallia coacta eſt ſuſtinere, vnde nunquam fuit pacifica, & tandem extincta fuit, Conuentuum Religioſorumque qui ei nomen dederant, ad priſtinum & communem Ordinis ſtatum ac Regimen reductione.

16. Verùm Hiſpanicæ Reformationis Patres qui diſcalceati vocantur, in priuatam Congregationem ab Ordine ſeceſſerunt, in qua feliciter perſeuerant, & florent! rectè omnino & conſultè id factum eſt. Cum enim pleraſque nouas alienaſque ab antiqua Ordinis noſtri diſciplinâ obſeruantias amplexati ſint, abiectis multis antiquis exercitationibus Ordinis; ſuam ab antiqua & ordinaria Superiorum Ordinis iuriſdictione exemptionem neceſſariam eſſe viderunt; ac ab eius Prouinciis ſeparationem; quę etiam ad eorum poſtulationem ipſis eſt conceſſa: ſed eo etiam momento legem ſibi & neceſſitatem impoſuerunt nullos in poſterùm ex antiquis Conuentibus Ordinis occupandi, & nihil commune habendi cum cęteris Religioſis, quoad regimen Ordinis.

17. At cùm noſtri Authores haud nouitatis amantes fuerint, ſed tantum reſtauratores venerandæ antiquitatis, quam vbicunque in integrùm quantum fas eſt, neruis omnibus reſtituere propoſuerunt; antiquæ pariter iuriſdictioni ſubeſſe ſapienter decreuerunt, nec à conſueto Hierarchicoque Ordinis regimine diſcedere, nec Prouinciarum diſtinctionem & diſpoſitionẽ turbare, nec illarum terminos tranſgredi. Qua quidem in re Patres Turonenſes adeò Religioſi fuerunt, vt licet oblati ſint ipſis certi Conuentus ex aliis Prouinciis, & aliqui etiam Authoritate Regia delati Reformationi ſuæ, & Prouinciæ vniendi; alios tamen non acceptauerunt quam qui reperti ſunt in locis Flandriæ quæ Rex noſter Chriſtianiſſimis acquiſiuit, eaque

tantùm conditione vt Maieſtatis ſuæ voluntati tunc ſatisfacerent, ac eos conſeruarent, donec oportuno tempore vniri poſſent vicinioris Prouinciæ, Franciæ ſcilicet, Conuentibus, ac eius Superioribus traderentur: quod & conſentiente Rege, & annuentibus vtrinque Ordinis noſtri Superioribus bona fide præſtitum eſt.

CAP. VII.

Vicarij Prouincialis Iſtitutio, tuendæ & promouendæ Reformationi aptiſſimum medium, quandiù regimen Prouinciæ non fuerit permanenter penes Reformatos.

1. VT verò impendentes ſibi à Prouincialibus, à definitoribus, cæteriſque Superioribus ac aliis in Prouincia conſpicuis Patribus, nec erga Reformationem ſatis benè affectis, moleſtias declinare poſſent faciliùs; vnum aliquem penes quem plenum & ſufficiens foret in Reformatos imperium, ſaluo tamen R.P. Prouincialis iure, & abſque vlla notabili nouitate, conſtituere ſapienter decreuerunt.

2. Vnius igitur quem Reformati ex ſuis idoneum iudicarunt, qui Prouincialis in ipſos vices gereret, ſeligendi facultatem impetrarunt, tùm ab Eminentiſſimo Ordinis Protectore, tùm à Reuerendiſſimo Ordinis Priore Generali: cuius quidem delectus à Conuentuum Reformatorum Superioribus ſimul Congregatis quocunque biennio habitus eſt.

3. Plena remanſit Reuerendis Prouincialibus Au-

thoritas Reformatas quot annis, æquè ac cæteras Prouinciæ domos luſtrare; Sanctiſſimum in eis Sacramentum & ſanctum infirmorum oleum viſitare; computorum libros expendere; defectus ſcrutari; ſingulorum de ſuis culpis accuſationes in Capitulo excipere, pœnaſque ipſis condignas imponere; ea demũ omnia quæ viſitatores ſpectant, exercere, his dumtaxat legibus quòd vnum ſibi è Reformatorum numero adciſcerent Viſitationis comitem in Conuentibus Reformatis, nec inſuper Reformatos Religioſos de Conuentu in Conuentum etiam Reformatum permutare, ſtudio aut officio alicui applicare, necnon Antiquis Patribus vllo prętextu permiſcere valerent extra Conuentus Reformatos, nec quicquam ordinare aut immutare quod Reformationi noceret; hæc enim Vicarij Prouincialis permiſſa erant arbitrio.

4. Vicarius iſte Prouincialis ſingulos quoſque Reformatorum Conuentus annis ſingulis Viſitationis ergò ſemel peragrabat; verum ſanctiſsimum Sacramentum non viſitabat, nec computorum libros examinabat: via magis paterna quàm iuridica procedebat, Religioſos ſingulos priuato colloquio interrogans de interiori ipſorum ſtatu, tùm humilitatis gratia culpas ſingulorum, eorum ab ore in Capitulo excipiebat, ac deprehenſis illorum deffectuum cauſis, idonea ſtudebat eis adhibere remedia, habitis etiam in publicũm ea de re frequentiùs & feruentiùs exhortationibus.

5. Pacem vbique fouebat, & Superiorum localium Authoritatem pro æquitate ſuſtinebat: Singulorum vires & genium explorabat, & ſiue ad ſtudia quibus indigebant, ſiue ad Officia ad quæ erant idonei, eius cura & authoritate applicabantur in Conuentibus Reformatis. ſi fortè etiam priuata vel communis exigebat neceſsitas, ad alios Reformationis Conuentus pro ſuo nutu & prudentia tranſmittebat.

6. Ab

34

6. Ab eodem Vicario Prouinciali communis omniũ Reformationis Superiorum quot annis indicebatur Congregatio, in qua Definitores quatuor deligebãtur, qui vnà cùm ipſo in regenda & propaganda Reformatione collaborarent, difficultates occurrẽtes ſoluerent, bene viſas etiam ordinationes conderent, quibus quot quot erant Reformationis aſſeclæ ſubjacere tenebãtur.

7. Licet verò eiuſmodi Vicarij Prouincialis inſtitutio non eſſet neceſſaria, niſi quando Prouincialis & Definitorum major pars non eſſent ex ſtrictiori obſeruantia; viſum eſt tamen eundem continuare, quando etiam contigit Prouincialem & Definitores magna ex parte aſſumi ex Reformaiis: tùm quia accidere poterat alia vice vt non eſſent de numero Reformatorum, indeque perturbationes & incommoda Reformatis obtingerent: tùm quia eiuſmodi perſonarum numerus, hoc eſt Prouincialis & Vicarij Prouincialis, occurrentibus negotiis inuigilantium, virium & mediorum incrementum eſſe deprehenſum eſt promouendæ Reformationi perutile.

8. Porrò, vbi ſat multos, Deo bene juuante, ad officia maiora idoneos, noſtra produxit obſeruantia, & ſeſe ab omni moleſtia damnóve à non Reformatis inferendo tutam tectamque conſpexit; Vicarij quidem Prouincialis intermiſſus eſt vſus; nec tamen omninò abiectus: tot enim emolumenta inde nata ſunt rebus in plurimis vnde pendebat ruina aut conſeruatio Reformationis, vt caſu quo quid ſimile deinceps occurrat, officium illud reſtituere propoſitum ſit, tanquam verum & efficaciſſimum remedium.

9. Notandum verò eſt quòd quandiù Vicarij Prouincialis operà vti poſtulauit neceſſitas, aut vtilitas, tam prudenter ſe geſſit cum R. Prouin cialibus tam Reformatis quam non Reformatis; iſtique viciſſim tam faciles ſe in omnibus præbuere & concordes, vt omni ſublata æmulatione, liberum ſibi inuicem agendi lo-

cum dederint, nec vel minimum quidem diſſidium, minimaque inter eos ſuborta vnquam fuerit contẽtio.

10. Sicut ergo hic agendi modus tuendæ inter nos & propagãdæ Reformationis fuit expeditiſſima ratio; ſic eo quibuſdam in Prouinciis neglecto, nullum non modo ſuſcepta ibi Reformatio progreſſum fecit; verùm etiam maiorem in dies conjecta eſt in ruïnam.

11. Stupendum eſt equidem & dolendum quod reperiantur Prouinciales non tantùm ex non Reformatis, ſed ex ipſiſmet Reformatis qui eiuſmodi Vicarij inſtitutionem & vſum, cum ſupradictis conditionibus reſpuant. Et verò conſiderare deberent Prouinciales Reformati, quod licet fortè ſat apti ſint ad conſeruandã promouendamque Reformationem; attamen cum res ſit maximi momenti, & circa quam communiter maximæ occurrunt difficultates extricandæ; prǽſumere non deberent, ſe id poſſe ritè facere, nec induſtriæ ſuæ ita confidere, vt eiuſmodi Vicarij multùm periti & experti conſortium auxiliumque recuſent.

12. Præterea ſi quo zelo ardere debent ad promouẽdam Reformationem, præcautione etiam & vigilantia ad eam requiſita vterentur; operam dare deberent vt ſuo tempore inſtitueretur Vicarius ille Prouincialis, & ſuo officio fungeretur: maximè quando ſatis apparet quod adhuc haberi poteſt Prouincialis nõ Reformatus, vnde etiam multa incõmoda obuenire poſſunt Reformationi: eo enim euentu Vicarius Prouincialis iã conſtitutus facile perſeueraret in ſuo officio, nec id diſplicere deberet Prouinciali nõ Reformato, aut certè nullam eum abiiciendi cauſam ſaltem iuſtam haberet, cum Prouincialis Reformatus eum iam gratum habuiſſet.

13. Quod verò Prouincialis non Reformatus huius etiam Vicarij inſtitutionem vel per ſe facere debeat vel tolerare, ſatis apparet: primò, ex eo quòd hoc ſit neceſſarium ad manutenendam Reformationem. Secundo, quia id ordinatum eſt per decreta ſummorum Pon-

Digitized by

tificum pro reformatione Regularium conſtituta. Tertiò, propter ius particulare Ordini noſtro conceſſũ, & vſum in Prouincia Turoniæ introductũ qui diù viguit, adhucque viget in Prouincia Franciæ, & alibi paſſim. Caſu verò quo Prouincialis cõtra id reluctari vellet, id facilè obtineri poſſet ſiue à Superioribus Ordinis, ſiue à Sũmo Pontifice. At verò qua ratione ille qui vix aut nonniſi parùm Reformationis exercitia nec frequentauit, nec obſeruauit, alios docere & in Reformatione dirigere poterit? *Nunquid*, vt quondam Chriſtus in non multum diſſimili caſu, *poteſt cæcus cæcum ducere? nunquid ambo in foueam cadent? quid autem vides feſtucam in oculo fratris tui, trabem autem quæ in oculo tuo eſt non conſideras? aut quomodo potes dicere fratri tuo, frater ſine ejiciam feſtucam quæ in oculo tuo eſt, ipſe in oculo tuo trabem non videns: non eſt enim arbor bona quæ facit fructus malos, neque arbor mala faciens fructum bonum: neque de ſpinis colligunt ficus, neque de rubo vindemiant vuam.*

CAP. VIII.

Quibus mediis dandum fuit initium Reformationi.

1. QVatuor potiſſimùm hujuſce propoſiti conſtituo velut pcincipia, quæ juxta Philoſophiæ terminos, dici poſſunt priuatiua, quia remouẽt impedimenta quæ prohibent rei intentæ effectũ. Primum eſt, non facile ex Antiquorum conuerſione Religioſorum expectandam eſſe monaſteriorum reformationẽ. Secundum, nullos ex antiquis Cœnobitis cogendos eſſe ad amplectendam Reformationem. Tertium, nec illos etiam admittendos eſſe inter Reformatos, licet ſpontè & bono animo poſtulent eorum cœtui aggregari, niſi lege & conditione quæ paulò infrà proponenda eſt. Quartũ,

vt nulli à non Reformatis admittantur Nouitij qui emittant profeſſionem in Ordine extra Reformationẽ.

2. Caue tamen ne hinc tibi perſuadeas, aut tantillum ſuſpiceris me non tantùm non bene ſentire de Patribus noſtris Antiquis; ſed grauem injuriam & contumeliam eis irrogare, dum iſtis propoſitionibus ſatis ſignificare videor me æſtimare illos adeò peruerſos eſſe, & à vera obſeruantia alienos, vt non niſi nocere valeant Reformationi & ei obſiſtere. Abſit vt quidquam ſimile de eis arbitrer, cùm mihi cæteriſque omnibus certò conſtet non alios quam quoſdam ex Antiquis Prouinciæ Turoniæ Patribus Reformationi inſtituendæ operam primùm dediſſe, eam ſuis laboribus promouiſſe, & tandem optimis & ſanctis legibus ſtabiliuiſſe: quod aliis etiam in Prouinciis pariter eueniſſe mihi aliiſque ſatis compertum eſt.

3. Vt igitur libenter fateor probos extare viros in quolibet Conuentu cuiuſcunque Prouinciæ, vbi etiam non viget obſeruantia Regularis, qui ſatis piè viuunt, paratique ſunt ad amplectendam quàm facilè judicant neceſſariam eſſe Reformationem, ſed non magno numero; ita conſtat multò plures reperiri qui non ſunt de ſemine virorum illorum per quos ſalus facienda eſt in ordine; & de his reſpectiuè intelligi debent propoſitiones à me hîc poſitæ, quarum

4. Prima hæc eſt, non facile ex antiquis Monaſteriorum incolis formandam eſſe nec expectandam Conuentuum ſingulorum Reformationem. Dura equidem & inepta videri poteſt quibuſdam hæc aſſertio, quaſi ab ædificiis & ædibus, non verò à perſonis quæ in eis habitant Reformatio dependeat. Sicut enim non corruentibus muris, ſed diſciplina Regulari deficiente Religio corruit; ita nec refectis clauſtris, ſed correctis habitantium moribus reſtituenda eſſe videtur.

5. Ita eſt certè! vera Reformationis Inſtitutio in perfecta cum Regulis & Conſtitutionibus Religionis

ſita eſt conſenſione : at hanc ex Antiquis Monaſteriorum incolis obtineri poſſe ſeculorum omnium vſus inficiatur. Non quidem præcisè & ſemper ob contradictionem & impedimenta poſitiua quæ opponant, ſed quia plerúmque nullam ad eam veram habent propenſionem, & diſpoſitionem. pauci etenim inter Antiquos reperiuntur qui ſyncerè Reformationem amplecti velint. Enimuerò ægrè admodum & vix vnquam homo ætate prouectus à ſolito vitæ ſtatu ad inuſitatum, & à ſat ſuaui obſeruantiæ genere ad aſperius tranſire continua docet experientia. Vix etiam vllus è iunioribus initam ab ingreſſu in Religionem deſerere ſtatuit viam, vt alia & quidem magis aſpera incedat. Vtrique autem ſat multis abundant rationibus quibus & infractæ legis aliò culpam auertant, nec ad ſtrictiorem ea quam tempore Profeſſionis ſuæ in cœnobiis norunt obſeruantiam, ſe teneri arbitrentur.

6. Ratio iſta quamuis nec videatur tuta, nec probetur à Theologis ; ſpecioſa tamen eſt, ſufficitque apud plebem vt rejectæ procul Reformationis à ſe crimen amoueant : at quidquid ſit de eâ, certum eſt quod aliundè repetenda eſt communiter quam habent à Reformatione auerſionem, nempè, ab internâ repugnantiâ ſeu animi abalienatione : ſicut enim apud Auguſtinum in Ioannem, Ethnicorum quamplurimi non credebant in Chriſtum, eo quod, vt ipſe ſubjungit, nolebant; ita ſi à me quæratur cur plerique ex Antiquis Reformari nequeunt, citò reſpõdeo, quia nolunt. Certè, ſicut Chriſtus ſeruator non prius quemquam priſtinæ dabat ægrotum valetudini, quam ſciſcitatus ab eo nùm ſanari exoptaret ; veteres etiam Religioſi cum ſanari vehementer renuant, ne dùm poſtulent ad nouum genus ſanum & Sanctum per Reformationem acquirendum perduci nequeunt.

7. Aptè hanc in rem monet Chriſtus *vinum nouum non eſſe mittendum in vtres veteres :* probè etenim nouit vindemiator circumcidaneum ſi muſtum dolia in vetuſta, maléque compacta mittatur, fundum breui æſtu nimio ciecturum; ità quoque dici poteſt quod Antiqui cor irreformati redolet aliquo modo dolium vetuſtum, malè compactum, vndique rimas agens, ac uento cuilibet peruium, nullatenusque idoneum eſt diuino ſpiritus ſancti muſto recipiendo, quod Reformatorum in animis adeò ſolet efferueſcere, nulla vt vaſa niſi noua illius valeant æſtus continere.

8. Conſequentur ad iſtud diuinum Chriſti oraculum, myſticarum duces viarum benè & ſapienter commonent potentiori longè vocatione irreformatum indigere, vt de antiquitatis deprauatione ad priſtinam obſeruantiam traducatur, quam vt primùm è ſeculo neophytus Religionis diſciplinam amplectatur, cum morum peruerſitas quæ in clauſtris reperitur magis opponatur Reformationi, quam ſecularis vitæ licentia.

9. Aduertendum eſt etiam quod ignauus quidam error Religioſis Antiquis præſertim ſuggerit, quaſlibet Reformatæ diſciplinę exercitationes corollarij vice dumtaxat & ſuperogationis titulo præſtari; ſub lethali vero noxa, non niſi ad ſolam votorum ſe aſtringi obſeruantiã: ſed non attendunt boni viri eã votorũ obſeruantiã non niſi cõſtitutis ab antiquò in Ordine legibus quarũ obſeruantia per Reformationẽ reſtituitur, vt pote mediis omnino neceſſariis, conſiſtere nullatenùs poſſe; & niſi ijs ritè adimplendis totis animis, omnique ſtudio incumbãt; nec trium uotorum, nec aliorum ad quæ ſub graui reatu aſtringuntur, obſeruantiam præſtare vnquam, aut non niſi ægre admodũ valebunt.

10. Hinc ad ſecundam tranſeundum eſt propoſitio-

Digitized by Google

nem nempé quod nulli etiam ex ipſis Antiquis cogẽdi ſunt ad acceptandam Reformationem. Cuius quidem probationem non aliunde modò repetendam eſſe arbitror quam ab ipſamet experientià qua certò conſtat nihil cuipiam prodeſſe Reformationis inſtituta & exercitia vi aut metu atque inuité ſubire; immò non niſi maximam perſonis particularibus moleſtiam, ac grauiſſimum Religioni indè detrimentum prouenire: perſonis quidem priuatis, moleſtiam, quia perpetuis anxietatibus ac diris anguntur mœroribus, quibus eorum animi immaniter exeduntur, dum nouæ coguntur ſubiacere diſciplinæ, cuius etiam excutere iugum priſtinamque recuperare libertatem ac vitæ licentiam peſſimis ſæpiùs artibus, ipſa etiam apoſtaſiâ, dies noctesque moliuntur: ſicque in euidenti damnationis periculo infelices continuò verſantur.

11. Religioni verò quantum noceant quis non aduertat? prauis enim exemplis mentis ſuæ cruciatuum manifeſtatione, internarum effuſione cogitationum ſæpius peſſimarum, ſuum aliis virus infundunt, & ſi quem ſuarum anguſtiarum fidum depoſitarium repererint, eum facile trahunt ad ſuas partes quaſi ex commiſeratione, inducuntque ad murmurationes, detractiones, querales, rebelliones, omne deniquè corruptelæ genus peſtifero inſpirant halitu, *corrumpunt enim mores bonos colloquia praua*, vt ait Apoſtolus.

12. Quin etiam ſæpe ipſos vſu diuturniore doctos in virtute milites à ſummo feruore in ſegnitiẽ abducunt & deſidiam; dum virtutum exercitiis, pænitentiæque operibus irriſoria cauillatione, mordaci ſcommate, impia ſæpius ſcurrilitate perſtrictis, alienum omninò à Reformatione animum eis ingerunt.

13. Ex his igitur omnibus nullos ex Antiquis ad Reformationem cogendos eſſe neceſſe eſt inferamus,

ſed rogandos vt tranquillo ſecuroque conſiſtat animo, vota non violent, ſcandala caueant: de cæterò dumtaxat patiantur vt Reformationis alumni domos ſuas teneant, quò Regularis diſciplina, Religioſaque pietas tot ab annis obſoleta in eis Reflorecat.

14. Propoſitio tertia eſt, quod neceſſariò prorſus faciendum eſt, quominus recipiantur ab eis nouitii: quod tanti refert vt alioquin deficeret magis quam proficeret Reformatio: preſertim eo quòd prauos antiquorum Religioſorũ habitus adeò facilè iuniores contrahunt, vt niſi inſueto quaſi miraculo iis vnquã exui poſſint. Et quod amplius obſtat, vbi in prouincijs aliqui habentur in eodem inſtituto Reformati, irreformatorum adoleſcentes ab ipſomet nouitiatus tempore tanto odio atque hororeaduerſus eos imbuuntur, vt non niſi ferarum quarundam crudelium ac ſibi infeſtarum loco eos habeant, ſicque nulla vnquam vi aut arte Reformationem ad amplectendam, nec admittendos ſecum Reformatos adducendi ſint.

14. Cœnobia itaque cum iuniores illi ſucceſſiuè occupent in quæ reformati eſſent ſubſtituendi, quò regularis in eis obſeruantia religioque reuiuiſcat, nuſquam eò venient, niſi nouitiorum apud irreformatos receptione & ad profeſſionem admiſſione inhibita, malæ illæ propagines penitus reſcindantur, quas etiam quolibet in virtutis ſtatu Pſaltes regius vſque ad fundamentum exinaniendas eſſe docet.

15. Id verò fieri debet vno ex duobus his modis. Primus quidem qui irreformatorum à ſuperioribus pendet, in eo conſiſtit, vt commune Ordinis bonum ac decus ſpectent, atque religioſam in Monaſteria ſua pietatem reſtituere cum per ſe nequeant, illius in ea inducendæ ac denuò accendendę reformatis tribuant facultatem: ideoque vltrò ac ſponte nouitijs ab recipiendis

piendis abſtineant, & dùm cœnobijs ſuis religioſos ſuppetere reformatio valeat; aliquot [illegible] ſi opus fuerit, & omnia, quantùm fieri poteſt, diſponant ad introducendam reformationem.

16. Ita in Prouincia Turonenſi feliciter contigit, in qua Deo ita volente, initio reformationis plures ex ijs qui exiſtebant Superiores Conuentuum, licet reformationem per ſe ipſos amplecti non poſſent, in eam tamen plurimùm propendebant, & vt aliquando ei admittendæ præſto haberent cœnobia ſua, nouitios non recipiebant cum recipere poſſent: vnde Antiquorum abſque repugnantia, abſque ſtrepitu, abſque lite, totam breui occupauit Prouinciam reformatio: quod ſane inſolito diuinæ prouidentiæ beneficio attribuimus.

17. Verùm non ita nonnulli in gratiam reformationis ſe gerunt; Ipſi è contrà quantùm valent, aduerſantur, nullique machinæ, aut arti parcunt, modo illius alumnos ſuis procul ab ianuis arceant. Quare nouitios quot & vnde poſſunt accipiunt, & Superioribus ex Officio Nouitiorum admiſſionem prohibentibus pertinaciter reſiſtunt. Vbi verò aduertunt difficile eſſe, ſi non omninò impoſſibile, hoc ſibi ius conſeruare, dùm non habebuntur pro Reformatis; tùm aſſumpto fuluo in veſte colore, ſuſceptiſque obſeruantiæ conſtitutionibus (at non niſi prout ſibi placet ſeruatis) Reformationem mira ementiuntur calliditate, hincque nouitios induēdi, & ad vota admittēdi ius, anſamque arripiunt.

18. Cum itaque hoc pacto Religioſis Antiquis Nouitiorum receptione ſemper obſiſtentibus, ad Reformationem via obſtruatur prima; altera neceſſario ineunda, qua bullis Pontificum parere coacti, propagines malas inſerere Ordini omnino nequeant, alioquin bellè ad modum occinetur

Digitized by Google

Quid facis ô Inone, quid arenæ ſemina mandas?
Nil profecturis littora bobus aras,

Dum enim aliqua in Prouincia ſtabit altare contra altare, hoc eſt irrêformatorum contra reformatos vel rite Reformatorum contra ſemireformatos cœtus; partium etiam diſſidijs & contentionibus flagrabit, & nuſquam perfecta ibi inſtitui poterit obſeruantia, maxime quia cum ſat abundantẽ cœnobitarũ numerum ſemper habere curent irreformati quo ſe conſeruare valeant, & reformatorum contubernium euitare; Reformationis quoque propagationem præpedient, & iam inſtitutæ varijs modis plurimùm nocebunt.

19. At inquiunt, iuniorum deficiente ſubſidio in Conuentibus non Reformatis, & Reformationis alumnorum etiam ipſis denegato conſortio, cum ſeniores vt parùm idonei minoribus ſe officijs nequaquam ſubijciant; regulares exercitationes, & cultum diuinum plane iacere oporteret? ſed huic incommodo remedium adhibetur, ſi alijs ex cœnobiis Antiquos ad hoc euocent, aut pueros abſque religioſo habitu adhibeant veſte indutos talari, qui Acolytorum vices ſuppleant, quæ duo ex ſuperiorum licentia facile fieri poſſunt: hac enim ratione diſciplina Regularis ſufficienter ſubſiſtet cultuſque diuinus ritè & ſolemniter celebrabitur, donec tandem locus cedendus ſit Reformatis.

20. Hanc etiam viam Turonenſis Prouincia feliciter iniit, quando opus fuit. Cùm enim aduertebatur dilabi antiquorum numerus in Conuentibus quos occupabant Patres non Reformati, euacuabatur cœnobiorum vnum, & euocatis inde in ea quæ magis indigebant veteranis eius incolis, Reformationi dedebatur: & dùm hoc pacto Antiqui ad vltimum vſque interibant, nulli vnquam Monaſterio, tùm ad exercitia re-

gularia, tùm diuinum ad cultum ſufficiens numerus defuit Religioſorum.

CAP. IX.

Qua Ratione Reformati ſe gerere conſueuerint cum Antiquis non Reformatis.

1. ETsi pleroſque ex ijs qui ante Reformationis inſtitutionem, profeſſionem Religioſam emiſerunt in Prouincia, non cenſeamus facilè admittendos eſſe in cœtum & conſortium reformatorum; non propterea ex Conuentibus, multo minus ex Prouincia eijciendos eſſe prætendimus; ſed cùm alijs conditionibus & circunſtantijs de quibus infra, ſubſiſtentibus, retineri volumus & Religiosè tractari.

2. Antiqui igitur illi Conuentuum incolæ, ſiue vt Patres, ſiue vt ſeniores & maiores apud Reformatos habeantur; ex diuina, naturalique legibus, ſummo ſemper honore colendi ſunt: & verò id etiam in eos ſemper religioſiſſimè præſtitum eſt a noſtris. Tantùm enim abeſt vt Phariſaico in Antiquos fuerint vnquam genio quo ipſis ſpretis efferrentur ac dicerent, gratias tibi referimus, ô Deus, quod non ſumus ſicut cæteri hominum, ſicut veteres illi irreformati, diſſoluti, immortificati, irreligioſi. alias longè noſtri cogitationes habuerunt ab initio: quippe vt olim humilis S. Franciſcus, ſic ſe noſtri, non irreformatis ſolùm ſed etiam quibuſcunque ſceleratis ſibi nequiores videbantur; exiſtimantes quod ſi illi ſicut ſe, admiſſi fuiſſent ab initio in Religione; ſi eruditi in Reformatione, ſi æqualibus inſtructi ad virtutem auxilijs; ſi ſimilibus exemplis excitati; probiores fuiſſent & ſublimiorem perfectionis gradum aſſecuti.

3. Si quando acciderit vt à Religioſis moribus ſe alienos propalàm exhibuerint ac Reformationis aduerſarios, in ætatis infirmitatem, in occaſionis opportunitatem, ſtatuſque ſui rationem culpa reijciebatur à noſtris, ac quilibet ſe iis multò infenſiorem Reformationis hoſtem fore fatebatur, ſi eodem cum illis cœtu, eademque viuendi conſuetudine Religionis ab ingreſſu fuiſſet educatus.

4. Si nonnullorum facta minus recta, quia nimis publica, tegi non poterāt; nemo è noſtris non dolebat, ſors illorum vt infelix deplorabatur: ac tantùm abeſt vt quis ipſis vnquàm inſultarit; è contrà, quilibet illorum caſus miſeratione capiebatur, adeò vt omnes ad vnum niterentur apud ſeculares excuſare delictum & opem ferre afflictis: quippe Impii Châmi crimen fuit ſemper nobis exoſum, qui vt erat impudens, pudendam patris ſui nuditatem auſus eſt publicàre, atque adeò vocatis fratribus, eorum cachinno eum exponere: ſed piorum Sem & Iapheth inſiſtere ſatagimus veſtigijs, qui facie auerſa pallis ſuis cooperuerunt quod verecundia intueri non permittebat.

5. Si quando factum eſt vt aliqui ex Antiquis noſtram maculis famam aſpergere, eique calumnijs & detractionibus ſuis probrum aliquod irrogare conati ſint; quantacûnque ab ijs opprobria in nos coniecta ſint, quantumcûnque nobis inferre damnum ſuſceperint, maluimus ſilere ac pati, quam nomen illorum vel minima labe inquinare, licet iuſte forſan & via aliqua licita id fieri potuiſſet.

6. Verùm fortè illos vi ac minis morum ad Reformationem impellimus, aut nouæ ac ſeueræ diſciplinæ violenter mittimus ſub iugum? nequaquam, ſed probiorem magis ad vitam ſuauiter adducere, regularumque communium ad obſeruantiam dumtaxat inuitare

ſolemus, amota procul omni ſeueritate: quamuis pauci aut rarò tam rectis acquieuerint conſiliis.

7. Iam verò quod ad noſtrorum cùm Antiquis illis cohabitationẽ attinet, plurima & quidem magni ponderis viſa ſunt ab initio ad eam Reformatos inuitare, & quaſi aſtringere. Suadebat in primis fraterna charitas, quę bonis exemplis ac recta viuendi conſuetudine veteres Religioſos meliorem ad frugem facilè tranſituros eſſe pollicebatur. Id exigebant nonnumquam magnates Monaſteriorum exædificatores, ſiue ciues vrbium erga Ordinem benè affecti: rati ex Reformatorum cum Antiquis vnione, populum eſſe ædificandum, cœnobiaque priſtinum in ſplendorem eſſe reſtituenda. Aliquando etiã nonnulli ex Antiquis magnis ſtudiis & precibus Reformatis adiungi poſtulauerunt. Poſtremùm, non pauci ex ipſiſmet Reformatis Antiquorum ſocietatem & conuictum quaſi naturali propenſione, ſpe licet inani, futuræ illorum ſtrictam ad diſciplinam traductionis, incauté viſi ſunt conſectari.

8. Verùm rarò admodùm Reformatorum cum irreformatis cohabitationi & conuictui ſubſcribendum docuerunt nos ipſimet Antiqui Patres noſtri: ſcientia & experiẽtia inſtructi cum propria quaſi iniuria id nobis altius imprimere ſatagerunt, atque tanquam certiſſimum & maximè neceſſarium inſtituendæ confirmandæque Reformationis fundamentum eſſe voluerunt.

9. Sapientiſſimi acutiſſimique huius conſilii veritas, licet forſitan non omnibus peruia & probata; certiſſimis tamẽ innititur rationibus, quas Christus ore proprio ſat multis verbis & exemplis ſacris in paginis viſus eſt tradere ſeu confirmare, maximè verò, vt alia omittam, dùm ſic ait, *Nemo aſſumentum panni rudis aſſuit veſtimento veteri, alioquin aufert ſupplementum nouum*

tum nouum à veteri, & maior ſciſſura fit.

10. Abſit vt ego his verbis, aliiſque ſimilibus ſacri Textus locis, iniuriam vel ruborem velim Antiquis infundere, aut Reformatos ipſis inaniter præferre. Patrum noſtrorum & quidem aſſumptorum ex Antiquis, doctrina hoc ex loco deſumpta, nobiſque tradita vtor: pluries enim me ab eis audiuiſſe recordor, ſimile euenturum incommodum ex commixtione Reformatorum cum non Reformatis, ac ex commiſſura veteris & noui panni: nempè vel ex morum diſſimilitudine diſſidia, vel ex admixtione irreformatorum cum Reformatis corruptelam, vel, vt vero conformius loquar, vtraque incommoda, hoc eſt, corruptelam & diſſidia eſſe oriunda. Si enim diſſolutis Antiquorum moribus nouis ſeu renouatis virtutum exercitiis Reformati aduerſentur; quanta diſſidia, quantæ querelæ, quot rixæ, quot inde bella? Si verò deſiderijs eorum aut factis conſentiant; tùm certè moniti Dauidici non priorem partem *cum bono bonus eris*; ſed poſteriorem experientur, *cum peruerſo peruerteris*. Quamuis in nouitate vitæ videaris ambulare & nouum hominem induiſſe; cum Antiquis cito antiquaberis & priſtinam veteris hominis conuerſationem reaſſumes: ſi quidem, vt bene monet Apoſtolus, *modicum fermentum totam maſſam corrumpit*. Vndè & ſubiungit, *expurgandum eſſe vetus fermentum vt ſimus noua conſperſio, atque epulari poſſimus, non in fermento veteri, neque in fermento malitiæ & nequitiæ; ſed in aſimis ſynceritatis & veritatis.*

11. Præterea certum eſt quòd quò maiori cum familiaritate Reformati cum irreformatis verſantur, eò magis eorum contagione inficiuntur, maximè iuniores profeſſi, vt potè adhuc tyrones, vitiorumque ac virtutum certaminibus minus exercitati. Vnde ſi pro-

miſcuè & continuò conuiuerent, facile Antiquorum exemplis accedens humana ratio ſuaderet tutà conſcientia poſſe illos a rigidâ arctâque Reformatæ diſciplinæ obſeruantia, in ſuauiorem remiſſioremque irreformatorum modum deſcendere. Quod nouum inſtauratæ Religionis opus omnino deſtrueret. Multarum certè damno perſonarum, nonnullarumque etiam Prouinciarum veritas hæc quotidiana, & quidem deploranda probatur experientia, de quibus verè cum Pſalmiſta aſſerere poſſumus, *commixti ſunt inter gentes, didicerunt opera eorum & ſeruierunt, ſculptilibus ſuis.*

12. Sed nec etiam facilè in Reformatorum contubernium admittendos eſſe viſum eſt eos qui ex Antiquis ardentiùs id efflagitant, quacunque authoritate, doctrina, concionandi arte, vel aliis dotibus polleant. Qua in re plerique Reformatorum decipiuntur: non enim communiter cœtui ſuo expoſtulant adiungi, quam vt ab aſſiduis amicorum ſuorum de ineunda Reformatione commonitionibus ſe liberent, & aliquam ſibi ex hoc ſtatu maioris probitatis famam acquirant. Norunt enim quod Reformati nunc temporis apud ſeculares magno ſunt in honore; irreformati verò deſpectui. Abſque Reformati ſpecie & nomine, a proborum plerumque cœtibus hoc tempore excluduntur: ab Eccleſiæ prælatis ægre adhibentur ad munia publica, quantæcunque ſint eruditionis & peritiæ: maiores etiam apud Ordinis Superiores multo minùs quam Reformati gratia valere comprobantur, priuanturque ſæpius officijs ac munijs quæ in Religione communitar tradi ſolent perſonis ſuæ conditionis.

13. Vt igitur Reformati habeantur, conuerſionem morũ ſimulant, & id circo abiecta, non abſque dolore, antiqui hăbitus forma, externam Reformati perſonam induunt, internam verò parùm curant. Quin etiam

ſæpè ad Reformatos ſe conferunt, vt ſub hac ementita ſpecie, apud eos liberiùs ſuauiúſque quàm ante ſibi indulgeant. Præuident enim quod quando pauci ſunt adhuc Reformati, & quidem plerúmque iuuenes, ſimplices, necdum multum eruditi in ſcientiis nec verſati in regimine, officiis perpetuò atque honoribus gaudebunt: declinandarum grauiorum auſteritatum in Reformatione conſuetarum frequentes habebunt occaſiones, fietque paulatim vt Reformationis obſeruātias & leges ſuo ſenſui & genio accomodent, non è cõtrario. Sicque cùm nec inſtructi nec experti ſint in vera obſeruantiæ praxi; non tantum non proficit Reformatio ſub eorum regimine & ſocietate, ſed paulatim decidit, atque in certiſſimam ruinam adducitur.

14. His porrò malis hæc remedia duximus adhibenda. Primò, vbi ex Antiquis quipiam Reformationem ingredi poſtūlant, ſi de eorum recta intentione, & ſyncera ad Reformationem diſpoſitione ac idoneitate ſit locus benè augurandi, abſque mora mittendi ſunt in Conuentum Nouitiatui deſtinatum, vbi non eodem prorſus modo quo nouitii, ſed moderato & conuenienti per annum probantur integrum, quo expleto ſi videantur idonei ac in ſuo propoſito firmi, votorum renouant profeſſionem, iuxta præſcriptas Reformationis noſtræ conſtitutiones, ac duobus conſequentibus annis detinentur in Seminario, vſitatiſque in Reformatione virtutis exercitiis maximè applicantur. Quibus omnibus ritè defuncti, in Monaſteria in quibus Reformatio vigeat aſſignabuntur, nec priùs Officiis præficientur quæ animarum regimen & morum diſciplinam ſpectant, quin probatæ virtutis certiſſima per aliquot annos a renouatione profeſſionis dederint argumenta, ac renouationis perfectæ ſpiritum imbuerint.

15. Secundò,

15. Secundò, qui ex Antiquis Reformationem amplecti renuunt, aut ad eam aſpirantes, minus idonei iudicantur; ſi iuuenes ac robuſti ſunt, extra Conuentus Reformatos in non Reformatum cogendi, vbi ſecundum conſuetam tunc in Monaſterio viuendi normam Religioſè viuant. Qui ſenes vel infirmi Reformandis in cœnobiis apud nos retinentur, magna ſolicitudine curamus vt neceſſarijs omnibus ſiue ad corpus ſiue ad animam etiam abundè inſtruantur, habita ſingulorum iuſta ætatis ac infimitatis ratione.

16. Eos non vrgemus ad perfectiora, nec etiam ad ſingula quæ præſcripta ſunt in conſtitutionibus Antiquis Ordinis obſeruanda; ſed ſerio monemus vt vota ſeruent, lethales caueant noxas, aliorum, maximè ſecularium animos malis non offendant exemplis: immò & ipſis, licet adhuc ſat vegetis ac robuſtis, lintea extra dormitorium cum Caminis cubicula, veſtes nigras ſi velint, leuioriſque panni concedimus: a nocturnis matutinis pluribuſque auſteritatibus diſpenſamus. Si quando pro neceſſitate admonentur, redarguuntur, aut corripiuntur; nuſquam grauia niſi propter delicta, & graui cum Religionis ſcandalo publicè, vel coram ſecularibus perpetrata, tuncque charitatis moderamine ſẽper intercedente. Vt paucis expediam, tanta cum ipſis agitur ſuauitate, tãta æquitate, ac deſideriis ipſorũ aſſentione, vt toto ſibi cęlo melius iam apud Reformatos eſſe, quam olim apud irreformatos vel præter voluntatem fateantur.

17. Regiminis iſtius ratio adeò feliciter in noſtra Prouincia ſucceſſit, vt vix, ac ne vix vnquam Antiquorum quiſquam de Patribus Reformatis vel minimùm conqueſtus ſit: quin immò permultos vidi qui extra Monaſteria longo tempore commorati, vel vt

magnatibus, vel vt parochijs inſeruirent, tandem ad ſe & ad clauſtra reuerſi ac admiſſi in Conuentibus Reformatis, conſolatione ac gaudio colliqueſcebant in lachrimas, præ charitatis, ac beneuolentiæ eximijs quibus excipiebantur officijs.

18. Monendum tamen eſt, & à ſingulis diligẽter aduertendum, quod licet quæ hic à nobis dicta ſunt circa difficultatem admittendi inter Reformatos eos ex Antiquis qui ſpontè ijs aggregari poſtulant, & de modo quo agendum eſt cum ijs qui de facto admittuntur, exactè ſeruanda ſint vt plurimùm; attamen cùm nulla ſit Lex quæ non habeat aliquam exceptionem, obſtare non debent quominus habenda ſit ratio aliquarum perſonarum quando magnis virtutibus & optimis talentis noſcuntur præditæ, quibus plurimùm inſeruire poſſunt Religioni & Reformationi.

19. Certè cùm notum ſit quod in ſingulis Prouincijs viri nonnulli ſemper extiterunt de Religione benè meriti, qui optimo ſemper alijs præluxerunt exemplo; verbo dicam, qui ſępè magis reformatè inter difformatos vixerunt, quam plerique Reformati nunc viuant inter Reformatos: qui etiam ſi ad Reformationem hactenus non acceſſerunt, id factum non eſt quod eam non probent, aut eam amplecti omninò renuant; ſed tantùm ob aliquas circunſtantias rerum vel temporum vel perſonarum, ad quas prudenter attendere debuerunt. Ij igitur, quando tandem ſeriò ſtatuunt tranſire ad Reformatos, & ijs aggregari, aſtringi non debent ad obſeruandas omnes & ſingulas quas ſupra notauimus circunſtantias ſeu formalitates; ſed curare debent ſuperiores Reformatorum, vt ea quæ eos decet reuerentia, recipiantur, & tam prudenter agendum eſt cum ipſis, vt ipſimet facile probent & amplectantur modum ſibi propoſitum ad reformatè viuendum cum alijs.

Digitized by Google

20. Decet etiam vt ipſi ita ſibi attendant, vt ſimul Reformationis bono proſpiciant; præcauentes ne viam aperiant alijs ad nimis facilè conuolandum ad Reformatos, vnde maximum Reformationi damnum poſſet obuenire. Videant etiam vt non abutantur facilitate qua ſunt admiſſi & beneuolentia qua ſunt excepti à Reformatis; authoritatem ſtatim aſſumere volentes, & alios ad ſuum ſenſum trahere in regimine ſeu adminiſtratione rerum ad Reformationem pertinentium. Diſcant in primis ſibi laborandum eſſe in ſui abnegatione ac proprij iudicij ſubmiſſione; ſimplicitati, quæ apud Reformatos quaſi in centro ſuo ſemper vigere debet, maximè ſtudeant, ſtatuantque ſe aliquo tempore tanquam Nouitios gerere, vt diſcant quomodo non leges tantum obſeruandæ ſunt, ſed artes & induſtrias quibus vtendum eſt ad fouendam Reformationem, quam certum eſt hoc agendi modo plurimum florere debere.

CAP X.

Quo paſſu & quo Ordine per Conuentus Antiquos introducenda Reformatio.

1. IDem nouis Regularium cœtibus, atque coniugatis pleriſque accidere quidam recens author haud abs re dixerit. Coniugati tanto ſępiùs deſiderio afficiuntur ſuſcipiendi liberos, vt mori peroptent potiùs quam iis priuari: nempe quia in iis quaſi multiplicati & perpetuò victuri, quamdam nanciſci ſibi vidētur ſpeciem immortalitatis. Inde grauis illa & vehemens Rachelis ſacris in ſcripturis ad Maritum ſuum Iacobum expoſtulatio, *da mihi liberos, alioquin moriar.*

2. Religioſa pariter congregatio, vbi primùm inſtituta eſt ſeu reformata, fœcunditatis auida, prolem ſuſ-

magnatibus, vel vt parochijs inſeruirent, tandem ad ſe & ad clauſtra reuerſi ac admiſſi in Conuentibus Reformatis, conſolatione ac gaudio colliqueſcebant in lachrimas, præ charitatis, ac beneuolentiæ eximijs quibus excipiebantur officijs.

18. Monendum tamen eſt, & à ſingulis diligẽter aduertendum, quod licet quæ hic à nobis dicta ſunt circa difficultatem admittendi inter Reformatos eos ex Antiquis qui ſpontè ijs aggregari poſtulant, & de modo quo agendum eſt cum ijs qui de facto admittuntur, exactè ſeruanda ſint vt plurimùm; attamen cùm nulla ſit Lex quæ non habeat aliquam exceptionem; obſtare non debent quominus habenda ſit ratio aliquarum perſonarum quando magnis virtutibus & optimis talentis noſcuntur præditæ, quibus plurimùm inſeruire poſſunt Religioni & Reformationi.

19. Certè cùm notum ſit quod in ſingulis Prouincijs viri nonnulli ſemper extiterunt de Religione benè meriti, qui optimo ſemper alijs præluxerunt exemplo; verbo dicam, qui ſępè magis reformatè inter difformatos vixerunt, quam pleriquc Reformati nunc viuant inter Reformatos: qui etiam ſi ad Reformationem hactenus non acceſſerunt, id factum non eſt quod eam non probent, aut eam amplecti omninò renuant; ſed tantùm ob aliquas circunſtantias rerum vel temporum vel perſonarum, ad quas prudenter attendere debuerunt. Ij igitur, quando tandem ſeriò ſtatuunt tranſire ad Reformatos, & ijs aggregari, aſtringi non debent ad obſeruandas omnes & ſingulas quas ſupra notauimus circunſtantias ſeu formalitates; ſed curare debent ſuperiores Reformatorum, vt ea quæ eos decet reuerentia, recipiantur, & tam prudenter agendum eſt cum ipſis, vt ipſimet facile probent & amplectantur modum ſibi propoſitum ad reformatè viuendum cum alijs.

20. Decet etiam vt ipſi ita ſibi attendant, vt ſimul Reformationis bono proſpiciant; præcauentes ne viam aperiant alijs ad nimis facilè conuolandum ad Reformatos, vnde maximum Reformationi damnum poſſet obuenire. Videant etiam vt non abutantur facilitate qua ſunt admiſſi & beneuolentia qua ſunt excepti à Reformatis; authoritatem ſtatim aſſumere volentes, & alios ad ſuum ſenſum trahere in regimine ſeu adminiſtratione rerum ad Reformationem pertinentium. Diſcant in primis ſibi laborandum eſſe in ſui abnegatione ac proprij iudicij ſubmiſſione; ſimplicitati, quæ apud Reformatos quaſi in centro ſuo ſemper vigere debet, maximè ſtudeant, ſtatuantque ſe aliquo tempore tanquam Nouitios gerere, vt diſcant quomodo non leges tantum obſeruandæ ſunt, ſed artes & induſtrias quibus vtendum eſt ad fouendam Reformationem, quam certum eſt hoc agendi modo plurimum florere debere.

CAP X.

Quo paſſu & quo Ordine per Conuentus Antiquos introducenda Reformatio.

1. IDem nouis Regularium cœtibus, atque coniugatis pleriſque accidere quidam recens author haud abs re dixerit. Coniugati tanto ſępiùs deſiderio afficiuntur ſuſcipiendi liberos, vt mori peroptent potiùs quam iis priuari: nempè quia in iis quaſi multiplicati & perpetuò victuri, quamdam nanciſci ſibi vidētur ſpeciem immortalitatis. Inde grauis illa & vehemens Rachelis ſacris in ſcripturis ad Maritum ſuum Iacobum expoſtulatio, *da mihi liberos, alioquin moriar,*

2. Religioſa pariter congregatio, vbi primùm inſtituta eſt ſeu reformata, fœcunditatis auida, prolem ſuſ-

magnatibus, vel vt parochijs inſeruirent, tandem ad ſe & ad clauſtra reuerſi ac admiſſi in Conuentibus Reformatis, conſolatione ac gaudio colliqueſcebant in lachrimas, præ charitatis, ac beneuolentiæ eximijs quibus excipiebantur officijs.

18. Monendum tamen eſt, & à ſingulis diligẽter aduertendum, quod licet quæ hic à nobis dicta ſunt circa difficultatem admittendi inter Reformatos eos ex Antiquis qui ſpontè ijs aggregari poſtulant, & de modo quo agendum eſt cum ijs qui de facto admittuntur, exactè ſeruanda ſint vt plurimùm; attamen cùm nulla ſit Lex quæ non habeat aliquam exceptionem; obſtare non debent quominus habenda ſit ratio aliquarum perſonarum quando magnis virtutibus & optimis talentis noſcuntur præditæ, quibus plurimùm inſeruire poſſunt Religioni & Reformationi.

19. Certè cùm notum ſit quod in ſingulis Prouincijs viri nonnulli ſemper extiterunt de Religione benè meriti, qui optimo ſemper alijs præluxerunt exemplo; verbo dicam, qui ſępè magis reformatè inter difformatos vixerunt, quam plerique Reformati nunc viuant inter Reformatos: qui etiam ſi ad Reformationem hactenus non acceſſerunt, id factum non eſt quod eam non probent, aut eam amplecti omninò renuant; ſed tantùm ob aliquas circunſtantias rerum vel temporum vel perſonarum, ad quas prudenter attendere debuerunt. Ij igitur, quando tandem ſeriò ſtatuunt tranſire ad Reformatos, & ijs aggregari, aſtringi non debent ad obſeruandas omnes & ſingulas quas ſupra notauimus circunſtantias ſeu formalitates; ſed curare debent ſuperiores Reformatorum, vt ea quæ eos decet reuerentia, recipiantur, & tam prudenter agendum eſt cum ipſis, vt ipſimet facile probent & amplectantur modum ſibi propoſitum ad reformatè viuendum cum alijs.

20. Decet etiam vt ipſi ita ſibi attendant, vt ſimul Reformationis bono proſpiciant; præcauentes ne viam aperiant alijs ad nimis facilè conuolandum ad Reformatos, vnde maximum Reformationi damnum poſſet obuenire. Videant etiam vt non abutantur facilitate qua ſunt admiſſi & beneuolentia qua ſunt excepti à Reformatis; authoritatem ſtatim aſſumere volentes, & alios ad ſuum ſenſum trahere in regimine ſeu adminiſtratione rerum ad Reformationem pertinentium. Diſcant in primis ſibi laborandum eſſe in ſui abnegatione ac proprij iudicij ſubmiſſione; ſimplicitati, quæ apud Reformatos quaſi in centro ſuo ſemper vigere debet, maximè ſtudeant, ſtatuantque ſe aliquo tempore tanquam Nouitios gerere, vt diſcant quomodo non leges tantum obſeruandæ ſunt, ſed artes & induſtrias quibus vtendum eſt ad fouendam Reformationem, quam certum eſt hoc agendi modo plurimum florere debere.

CAP X.

Quo paſſu & quo Ordine per Conuentus Antiquos introducenda Reformatio.

1. IDem nouis Regularium cœtibus, atque coniugatis pleriſque accidere quidam recens author haud abs re dixerit. Coniugati tanto ſępiùs deſiderio afficiuntur ſuſcipiendi liberos, vt mori peroptent potiùs quam iis priuari: nempe quia in iis quaſi multiplicati & perpetuò victuri, quamdam nanciſci ſibi videtur ſpeciem immortalitatis. Inde grauis illa & vehemens Rachelis ſacris in ſcripturis ad Maritum ſuum Iacobum expoſtulatio, *da mihi liberos, alioquin moriar*,

2. Religioſa pariter congregatio, vbi primùm inſtituta eſt ſeu reformata, fœcunditatis auida, prolem ſuſ-

magnatibus, vel vt parochijs inſeruirent, tandem ad ſe & ad clauſtra reuerſi ac admiſſi in Conuentibus Reformatis, conſolatione ac gaudio colliqueſcebant in lachrimas, præ charitatis, ac beneuolentiæ eximijs quibus excipiebantur officijs.

18. Monendum tamen eſt, & à ſingulis diligēter aduertendum, quod licet quæ hic à nobis dicta ſunt circa difficultatem admittendi inter Reformatos eos ex Antiquis qui ſpontè ijs aggregari poſtulant, & de modo quo agendum eſt cum ijs qui de facto admittuntur, exactè ſeruanda ſint vt plurimùm; attamen cùm nulla ſit Lex quæ non habeat aliquam exceptionem; obſtare non debent quominus habenda ſit ratio aliquarum perſonarum quando magnis virtutibus & optimis talentis noſcuntur præditæ, quibus plurimùm inſeruire poſſunt Religioni & Reformationi.

19. Certè cùm notum ſit quod in ſingulis Prouincijs viri nonnulli ſemper extiterunt de Religione benè meriti, qui optimo ſemper alijs præluxerunt exemplo; verbo dicam, qui ſępè magis reformatè inter difformatos vixerunt, quam plerique Reformati nunc viuant inter Reformatos: qui etiam ſi ad Reformationem hactenus non acceſſerunt, id factum non eſt quod eam non probent, aut eam amplecti omninò renuant; ſed tantùm ob aliquas circunſtantias rerum vel temporum vel perſonarum, ad quas prudenter attendere debuerunt. Ij igitur, quando tandem ſeriò ſtatuunt tranſire ad Reformatos, & ijs aggregari, aſtringi non debent ad obſeruandas omnes & ſingulas quas ſupra notauimus circunſtantias ſeu formalitates; ſed curare debent ſuperiores Reformatorum, vt ea quæ eos decet reuerentia, recipiantur, & tam prudenter agendum eſt cum ipſis, vt ipſimet facile probent & amplectantur modum ſibi propoſitum ad reformatè viuendum cum alijs.

Digitized by Google

20. Decet etiam vt ipſi ita ſibi attendant, vt ſimul Reformationis bono proſpiciant; præcauentes ne viam aperiant alijs ad nimis facilè conuolandum ad Reformatos, vnde maximum Reformationi damnum poſſet obuenire. Videant etiam vt non abutantur facilitate qua ſunt admiſſi & beneuolentia qua ſunt excepti à Reformatis; authoritatem ſtatim aſſumere volentes, & alios ad ſuum ſenſum trahere in regimine ſeu adminiſtratione rerum ad Reformationem pertinentium. Diſcant in primis ſibi laborandum eſſe in ſui abnegatione ac proprij iudicij ſubmiſſione; ſimplicitati, quæ apud Reformatos quaſi in centro ſuo ſemper vigere debet, maximè ſtudeant, ſtatuantque ſe aliquo tempore tanquam Nouitios gerere, vt diſcant quomodo non leges tantum obſeruandæ ſunt, ſed artes & induſtrias quibus vtendum eſt ad fouendam Reformationem, quam certum eſt hoc agendi modo plurimum florere debere.

CAP X.

Quo paſſu & quo Ordine per Conuentus Antiquos introducenda Reformatio.

1. IDem nouis Regularium cœtibus, atque coniugatis pleriſque accidere quidam recens author haud abs re dixerit. Coniugati tanto ſępiùs deſiderio afficiuntur ſuſcipiendi liberos, vt mori peroptent potiùs quam iis priuari: nempe quia in iis quaſi multiplicati & perpetuò victuri, quamdam nanciſci ſibi videtur ſpeciem immortalitatis. Inde grauis illa & vehemens Rachelis ſacris in ſcripturis ad Maritum ſuum Iacobum expoſtulatio, *da mihi liberos, alioquin moriar*.

2. Religioſa pariter congregatio, vbi primùm inſtituta eſt ſeu reformata, fœcunditatis auida, prolem ſuſ-

20. Decet etiam vt ipſi ita ſibi attendant, vt ſimul Reformationis bono proſpiciant; præcauentes ne viam aperiant alijs ad nimis facilè conuolandum ad Reformatos, vnde maximum Reformationi damnum poſſet obuenire. Videant etiam vt non abutantur facilitate qua ſunt admiſſi & beneuolentia qua ſunt excepti à Reformatis; authoritatem ſtatim aſſumere volentes, & alios ad ſuum ſenſum trahere in regimine ſeu adminiſtratione rerum ad Reformationem pertinentium. Diſcant in primis ſibi laborandum eſſe in ſui abnegatione ac proprij iudicij ſubmiſſione; ſimplicitati, quæ apud Reformatos quaſi in centro ſuo ſemper vigere debet, maximè ſtudeant, ſtatuantque ſe aliquo tempore tanquam Nouitios gerere, vt diſcant quomodo non leges tantum obſeruandæ ſunt, ſed artes & induſtrias quibus vtendum eſt ad fouendam Reformationem, quam certum eſt hoc agendi modo plurimum florere debere.

CAP X.

Quo paſſu & quo Ordine per Conuentus Antiquos introducenda Reformatio.

1. IDem nouis Regularium cœtibus, atque coniugatis pleriſque accidere quidam recens author haud abs re dixerit. Coniugati tanto ſępiùs deſiderio afficiuntur ſuſcipiendi liberos, vt mori peroptent potiùs quam iis priuari: nempe quia in iis quaſi multiplicati & perpetuò victuri, quamdam nanciſci ſibi videtur ſpeciem immortalitatis. Inde grauis illa & vehemens Rachelis ſacris in ſcripturis ad Maritum ſuum Iacobum expoſtulatio, *da mihi liberos, alioquin moriar*.

2. Religioſa pariter congregatio, vbi primùm inſtituta eſt ſeu reformata, fœcunditatis auida, prolem ſuſ-

cipere, mox propagari, ac longè lateque per regiones diffundi ſummopere nititur. Hoc illius authores & reſtauratores vt plurimùm totis animis appetunt: vndè aut nouas cœnobiorum ædificationes vbicumque ambiunt, vel curas omnes, artes quaſlibet, nullas non machinas adhibent, antiqua ad intercipienda Prouinciæ ſuæ Monaſteria, in qua Alumnorum ſuorum varia emittere poſſint examina.

3. Bona, vt opinari fas eſt, mente in hoc aguntur, ſi quidem diuinæ gloriæ adaugendæ deſiderio id ſuſcipiunt, & vt reformatione dilatata, rectum ad tramitem reducere valeant aberrantes, plurimaque cœtui ſuo comparare Monaſteria: verùm metuendum eſt plurimum nedùm præproperè, & medijs minùs benè decoctis ad propoſitum finem aſpirant; prophetico locus detur conqueſtui, *multiplicaſti gentem, non magnificaſti lætitiam.* Exiguus enim & recens obortus cœtus, in manifeſtum, ne dicam certiſſimũ ruinę periculum adducitur, ſi adhuc imbecillis pedibus currere, aut alis volare implumibus temerè audeat; cum ſuos varias in plagas prius diſpergit, quam ſuſtinendo vitæ regularis oneri ſufficiant numero & virtutibus.

4. Hunc ſcopulum vt declinemus in canticis admoneri videmur his Sancti Amaſii verbis. *Soror noſtra parua eſt, & vbera non habet*; quaſi dicat, non conuenit virginibus infantulis vt corpus ad generationem aptè efformatum habeant, nec tumentia lacte vbera vnde prolẽ allactare valeant. Ita prorſus de nouo Religioſorum cœtu ſentiendum exiſtimo. Propterea inſiſtendo amplius ſequentibus verbis diuini ſponſi, cautè prouidendum eſt vt quaſi murus ædificentur & conſiſtant ſuper ſponſam virtutum omnium propugnacula, quibus aduerſariorum impetus retundantur. Priùs etiam eius *oſtium compingendum eſt tabulis cedrinis*, hoc eſt robore &

ſortitudine muniendum aduerſus quamlib et corruptelam, antequam liberè pateat, ſiue egredi ſiue ingredi volentibus.

5. Præterea, quandoquidem ex Philoſophis, *virtus vnita fortior eſt ſe ipſa diſperſa*; expedit omninò vt quamdiù in qualibet Congregatione viri pauci ſunt, parua prędìti virtute, parùm experti, parùm in Religione excercitati; indiuiſi in ſe vnâ maneant, vt ſe mutuó foueant, conſeruent, corroborent. Cautè propterea compeſcant pruriginem Conuentus antiquos occupandi ſeu nouos extruendi, donec tantum ijs roboris acceſſerit ac virtutis, vt tùm partis, tùm conquirendis rite de omnibus prouidere poſſint, nec poſtea egreſſus in caſſum facti pœniteat.

6. Hoc igitur paſſu & ordine in promouenda ac dilatanda Reformatione procedendum eſſe duximus. Primò, ſatiùs duxerunt patres noſtri paucos habere Religioſos, ſed virtutibus excultos, quam abundare numero, ac Religione deficere: pauca occupare cœnobia ſed regulari commodiora diſciplinæ, quàm plura parùm aut nullatenùs idonea, in quibus langueret, nec niſi exiguos & tardè nimis progreſſus faceret. Ea demum habitanda tantum duximus eſſe Monaſteria in quibus competens Reformatorum numerus ad obeunda vitæ Regularis munia facilè ſuſtentari poſſet.

7. Secundò, eos ſolos in principio ſtatuimus occupare Conuentus, qui neceſſarij ſunt ad inſtituenda ſeparatim exercitia erudiendis iunioribus in virtute ac ſcientijs idonea, ex quibus vnum nouitiatui deſtinetur; alterum ſeminario Profeſſorum, tertium, in quo doceatur Philoſophia, & quartum Theologia.

8. Cùm noniciatus, & ſeminarij Conuentus nouos ſemper tyrones educare debeant, eoſque præ nimia abundantia deplere neceſſum ſit, atque adeò ſtudentes

completis curſibus à ſuis Conuentibus amouere, quò alij ſucceſſiuè ijs iiſdemque in locis applicētur, nouum tunc occupare Conuentum cogebantur Patres noſtri, ſeligebantque eum qui magis commodus videbatur, relictis in eo ex Antiquis ſenioribus dumtaxat, & nimis infirmis, qui aliò tranſuehi nequibant; aliis qui ſani eſſent, & firmi in alios non Reformatos Conuentus qui magis indigebant Religioſis, ſine mora demigrantibus.

9. Quandò de aliquo Conuentu de nouo occupando agendum fuit; id ſemper factum eſt monito prius, & ferè ſemper conſentiente R.P. Prouinciali ſiue Reformatus eſſet, ſiue non Reformatus: ſæpius etiam ad inſtantiam Antiquorum incolarum, aut ſaltem maiori eorum, & ſaniori parte conſentiente: ſemper verò & vbique abſque rumore, lite, & tumultu.

10. Curam omnem adhibuimus vt nuſquam noſtri collocarentur in Conuentu aliquo Irreformato, etiam prætextu eum diſponendi, ſeu dandi aliquod initium Reformationi, in quo numero, votis, & viribus aliјs eſſent inferiores, & in quo Reformationis Leges communes, quas in art. 2. cap. 5. ſupra retulimus, ſtatim ab initio obſeruari non poſſent.

11. Subtiliſſimam hac in re tentationem ineſſe ſtatim ab initio deprehenderunt Patres noſtri, eòque periculoſiorem quò boni alicuius apparentis ſpeciem præ ſe fert: conſtanter perſuaſi eiuſmodi Reformationum præluſiones, ſeu ſemireformationes eſſe valde perniciosas, ob circunſtantias ibi occurrentes alibi notatas.

12. Maximè etiam ſpectauimus vt Reformatorum Conuētuum numerus non augeretur, quin prius haberemus viros ad regendum idoneos, vocationis ſuæ cultores fideliſſimos; & conſtitutionum noſtrarum ſtrenuos obſeruatores, qui frumentum à zizania ſecernere

Digitized by Google

vvalerent, pericula præuiderent, & inuigilarent detegendis periculis, & malis artibus diſſoluendis quæ ſæpè ſæpius oriuntur ex conſortio Reformatorum & non Reformatorum: cum illi ſæpius præ fragilitate humana in errores inducantur, atque à rectâ viâ aliorum exemplo abducantur.

13. Vbi aliquis Conuentus de nouo occupatus fuit à Reformatis neceſſitate aliqua vrgente, antequam de eo poſſidendo ſuperiores Reformati ſimul deliberaſſent; in proxima Congregatione caſus proponebatur gremialibus, & vbi id ritè peractum fuiſſe videbatur, pro Reformato inpoſterùm eſſe declarabatur, ac obſeruantiæ legibus, iuribuſque ſubjacere. Si etiam deficiebat commoditatibus ad veram obſeruantiam neceſſarijs; ſtatim, vel ex burſa communi, vel aliorum Conuentuum liberalitate Vicarius Prouincialis neceſſaria ſubminiſtrabat.

14. Hæc agendi ratio nobis expedita ac neceſſaria viſa eſt multa ad euitāda incōmoda, quæ facilè fuit præuidere, & quæ dùm vergunt in exitium, & ruinam Reformationis, declinare oportuit. Primum erat libertas quædam & facultas quam ſinguli aſſumere poſſunt aſſerendi, & non ſine faſtu, prædicandi ſe eſſe Reformatos, dùm exteriora quædam Reformationis ſigna induerent; obſeruantias quaſdam Reformatis communes pro libito amplecterentur, nec etiam neceſſum ducerēt vt omnes eiuſdem Conuentus alumni obſeruarent, ſed ij dumtaxàt quibus id eſſet gratum, & qui ſufficerent, ad perſuadendum plebi conuentum eſſe Reformatum.

15. Certè ſi hoc ſufficeret ad Reformationem, & tam paucis expenſis, hoc eſt ſola verborum iactantia, atque externa illa, & ſubitanea veſtimentorum mutatione, diſciplina regularis reſtitui poſſet in Conuentibus; fieri poſſet vt die vno, immò vno eodemque momento

completis curſibus à ſuis Conuentibus amouere, quò alij ſucceſſiuè ijs iiſdemque in locis applicētur, nouum tunc occupare Conuentum cogebantur Patres noſtri, ſeligebantque eum qui magis commodus videbatur, relictis in eo ex Antiquis ſenioribus dumtaxat, & nimis infirmis, qui aliò tranſuehi nequibant; aliis qui ſani eſſent, & firmi in alios non Reformatos Conuentus qui magis indigebant Religioſis, ſine mora demigrantibus.

9. Quandò de aliquo Conuentu de nouo occupando agendum fuit; id ſemper factum eſt monito prius, & ferè ſemper conſentiente R.P. Prouinciali ſiue Reformatus eſſet, ſiue non Reformatus: ſæpius etiam ad inſtantiam Antiquorum incolarum, aut ſaltem maiori eorum, & ſaniori parte conſentiente: ſemper verò & vbique abſque rumore, lite, & tumultu.

10. Curam omnem adhibuimus vt nuſquam noſtri collocarentur in Conuentu aliquo Irreformato, etiam prætextu eum diſponendi, ſeu dandi aliquod initium Reformationi, in quo numero, votis, & viribus alijs eſſent inferiores, & in quo Reformationis Leges communes, quas in art. 2. cap. 5. ſupra retulimus, ſtatim ab initio obſeruari non poſſent.

11. Subtiliſſimam hac in re tentationem ineſſe ſtatim ab initio deprehenderunt Patres noſtri, eòque periculoſiorem quò boni alicuius apparentis ſpeciem præ ſe fert: conſtanter perſuaſi eiuſmodi Reformationum prælusiones, ſeu ſemireformationes eſſe valde pernicioſas, ob circunſtantias ibi occurrentes alibi notatas.

12. Maximè etiam ſpectauimus vt Reformatorum Conuētuum numerus non augeretur, quin prius haberemus viros ad regendum idoneos, vocationis ſuæ cultores fideliſſimos; & conſtitutionum noſtrarum ſtrenuos obſeruatores, qui frumentum à zizania ſecernere

vvalerent, pericula præuiderent, & inuigilarent detegendis periculis, & malis artibus diſſoluendis quæ ſæpè ſæpius oriuntur ex conſortio Reformatorum & non Reformatorum: cum illi ſæpius præ fragilitate humana in errores inducantur, atque à rectâ viâ aliorum exemplo abducantur.

13. Vbi aliquis Conuentus de nouo occupatus fuit à Reformatis neceſſitate aliqua vrgente, antequam de eo poſſidendo ſuperiores Reformati ſimul deliberaſſent; in proxima Congregatione caſus proponebatur gremialibus, & vbi id ritè peractum fuiſſe videbatur, pro Reformato inpoſterùm eſſe declarabatur, ac obſeruantiæ legibus, iuribuſque ſubjacere. Si etiam deficiebat commoditatibus ad veram obſeruantiam neceſſarijs; ſtatim, vel ex burſa communi, vel aliorum Conuentuum liberalitate Vicarius Prouincialis neceſſaria ſubminiſtrabat.

14. Hæc agendi ratio nobis expedita ac neceſſaria viſa eſt multa ad euitāda incōmoda, quæ facilè fuit præuidere, & quæ dùm vergunt in exitium, & ruinam Reformationis, declinare oportuit. Primum erat libertas quædam & facultas quam ſinguli aſſumere poſſunt aſſerendi, & non ſine faſtu, prædicandi ſe eſſe Reformatos, dùm exteriora quædam Reformationis ſigna induerent; obſeruantias quaſdam Reformatis communes pro libito amplecterentur, nec etiam neceſſum ducerēt vt omnes eiuſdem Conuentus alumni obſeruarent, ſed ij dumtaxàt quibus id eſſet gratum, & qui ſufficerent, ad perſuadendum plebi conuentum eſſe Reformatum.

15. Certè ſi hoc ſufficeret ad Reformationem, & tam paucis expenſis, hoc eſt ſola verborum iactantia, atque externa illa, & ſubitanea veſtimentorum mutatione, diſciplina regularis reſtitui poſſet in Conuentibus; fieri poſſet vt die vno, immò vno eodemque momento

completis curſibus à ſuis Conuentibus amouere, quò alij ſucceſſiuè ijs iiſdemque in locis applicētur, nouum tunc occupare Conuentum cogebantur Patres noſtri, ſeligebantque eum qui magis commodus videbatur, relictis in eo ex Antiquis ſenioribus dumtaxat, & nimis infirmis, qui aliò tranſuehi nequibant; aliis qui ſani eſſent, & firmi in alios non Reformatos Conuentus qui magis indigebant Religioſis, ſine mora demigrantibus.

9. Quandò de aliquo Conuentu de nouo occupando agendum fuit; id ſemper factum eſt monito prius, & ferè ſemper conſentiente R.P. Prouinciali ſiue Reformatus eſſet, ſiue non Reformatus: ſæpius etiam ad inſtantiam Antiquorum incolarum, aut ſaltem maiori eorum, & ſaniori parte conſentiente: ſemper verò & vbique abſque rumore, lite, & tumultu.

10. Curam omnem adhibuimus vt nuſquam noſtri collocarentur in Conuentu aliquo Irreformato, etiam prætextu eum diſponendi, ſeu dandi aliquod initium Reformationi, in quo numero, votis, & viribus alijs eſſent inferiores, & in quo Reformationis Leges communes, quas in art. 2. cap. 5. ſupra retulimus, ſtatim ab initio obſeruari non poſſent.

11. Subtiliſſimam hac in re tentationem ineſſe ſtatim ab initio deprehenderunt Patres noſtri, eòque periculoſiorem quò boni alicuius apparentis ſpeciem præ ſe fert: conſtanter perſuaſi eiuſmodi Reformationum prælusiones, ſeu ſemireformationes eſſe valde pernicioſas, ob circunſtantias ibi occurrentes alibi notatas.

12. Maximè etiam ſpectauimus vt Reformatorum Conuētuum numerus non augeretur, quin prius haberemus viros ad regendum idoneos, vocationis ſuæ cultores fideliſſimos; & conſtitutionum noſtrarum ſtrenuos obſeruatores, qui frumentum à zizania ſecernere

Digitized by Google

vvalerent, pericula præuiderent, & inuigilarent detegendis periculis, & malis artibus diſſoluendis quæ ſæpè ſæpius oriuntur ex conſortio Reformatorum & non Reformatorum: cum illi ſæpius præ fragilitate humana in errores inducantur, atque à rectâ viâ aliorum exemplo abducantur.

13. Vbi aliquis Conuentus de nouo occupatus fuit à Reformatis neceſſitate aliqua vrgente, antequam de eo poſſidendo ſuperiores Reformati ſimul deliberaſſent; in proxima Congregatione caſus proponebatur gremialibus, & vbi id ritè peractum fuiſſe videbatur, pro Reformato inpoſterùm eſſe declarabatur, ac obſeruantiæ legibus, iuribuſque ſubjacere. Si etiam deficiebat commoditatibus ad veram obſeruantiam neceſſarijs; ſtatim, vel ex burſa communi, vel aliorum Conuentuum liberalitate Vicarius Prouincialis neceſſaria ſubminiſtrabat.

14. Hæc agendi ratio nobis expedita ac neceſſaria viſa eſt multa ad euitãda incõmoda, quæ facilè fuit præuidere, & quæ dùm vergunt in exitium, & ruinam Reformationis, declinare oportuit. Primum erat libertas quædam & facultas quam ſinguli aſſumere poſſunt aſſerendi, & non ſine faſtu, prædicandi ſe eſſe Reformatos, dùm exteriora quædam Reformationis ſigna induerent; obſeruantias quaſdam Reformatis communes pro libito amplecterentur, nec etiam neceſſum ducerẽt vt omnes eiuſdem Conuentus alumni obſeruarent, ſed ij dumtaxàt quibus id eſſet gratum, & qui ſufficerent, ad perſuadendum plebi conuentum eſſe Reformatum.

15. Certè ſi hoc ſufficeret ad Reformationem, & tam paucis expenſis, hoc eſt ſola verborum iactantia, atque externa illa, & ſubitanea veſtimentorum mutatione, diſciplina regularis reſtitui poſſet in Conuentibus; fieri poſſet vt die vno, immò vno eodemque momento

completis curſibus à ſuis Conuentibus amouere, quò alij ſucceſſiuè ijs iiſdemque in locis applicētur, nouum tunc occupare Conuentum cogebantur Patres noſtri, ſeligebantque eum qui magis commodus videbatur, relictis in eo ex Antiquis ſenioribus dumtaxat, & nimis infirmis, qui aliò tranſuehi nequibant; aliis qui ſani eſſent, & firmi in alios non Reformatos Conuentus qui magis indigebant Religioſis, ſine mora demigrantibus.

9. Quandò de aliquo Conuentu de nouo occupando agendum fuit; id ſemper factum eſt monito prius, & ferè ſemper conſentiente R.P. Prouinciali ſiue Reformatus eſſet, ſiue non Reformatus: ſæpius etiam ad inſtantiam Antiquorum incolarum, aut ſaltem maiori eorum, & ſaniori parte conſentiente: ſemper verò & vbique abſque rumore, lite, & tumultu.

10. Curam omnem adhibuimus vt nuſquam noſtri collocarentur in Conuentu aliquo Irreformato, etiam prætextu eum diſponendi, ſeu dandi aliquod initium Reformationi, in quo numero, votis, & viribus alijs eſſent inferiores, & in quo Reformationis Leges communes, quas in art. 2. cap. 5. ſupra retulimus, ſtatim ab initio obſeruari non poſſent.

11. Subtiliſſimam hac in re tentationem ineſſe ſtatim ab initio deprehenderunt Patres noſtri, eòque periculoſiorem quò boni alicuius apparentis ſpeciem præ ſe fert: conſtanter perſuaſi eiuſmodi Reformationum præluſiones, ſeu ſemireformationes eſſe valde pernicioſas, ob circunſtantias ibi occurrentes alibi notatas.

12. Maximè etiam ſpectauimus vt Reformatorum Conuētuum numerus non augeretur, quin prius haberemus viros ad regendum idoneos, vocationis ſuæ cultores fideliſſimos; & conſtitutionum noſtrarum ſtrenuos obſeruatores, qui frumentum à zizania ſecernere

vvalerent, pericula præuiderent, & inuigilarent detegendis periculis, & malis artibus diſſoluendis quæ ſæpè ſæpius oriuntur ex conſortio Reformatorum & non Reformatorum: cum illi ſæpius præ fragilitate humana in errores inducantur, atque à rectâ viâ aliorum exemplo abducantur.

13. Vbi aliquis Conuentus de nouo occupatus fuit à Reformatis neceſſitate aliqua vrgente, antequam de eo poſſidendo ſuperiores Reformati ſimul deliberaſſent; in proxima Congregatione caſus proponebatur gremialibus, & vbi id ritè peractum fuiſſe videbatur, pro Reformato inpoſterùm eſſe declarabatur, ac obſeruantiæ legibus, iuribuſque ſubjacere. Si etiam deficiebat commoditatibus ad veram obſeruantiam neceſſarijs; ſtatim, vel ex burſa communi, vel aliorum Conuentuum liberalitate Vicarius Prouincialis neceſſaria ſubminiſtrabat.

14. Hæc agendi ratio nobis expedita ac neceſſaria viſa eſt multa ad euitāda incōmoda, quæ facilè fuit præuidere, & quæ dùm vergunt in exitium, & ruinam Reformationis, declinare oportuit. Primum erat libertas quædam & facultas quam ſinguli aſſumere poſſunt aſſerendi, & non ſine faſtu, prædicandi ſe eſſe Reformatos, dùm exteriora quædam Reformationis ſigna inducerent; obſeruantias quaſdam Reformatis communes pro libito amplecterentur, nec etiam neceſſum ducerēt vt omnes eiuſdem Conuentus alumni obſeruarent, ſed ij dumtaxàt quibus id eſſet gratum, & qui ſufficerent, ad perſuadendum plebi conuentum eſſe Reformatum.

15. Certè ſi hoc ſufficeret ad Reformationem, & tam paucis expenſis, hoc eſt ſola verborum iactantia, atque externa illa, & ſubitanea veſtimentorum mutatione, diſciplina regularis reſtitui poſſet in Conuentibus; fieri poſſet vt die vno, immò vno eodemque momento

vvalerent; pericula præuiderent, & inuigilarent detegendis periculis, & malis artibus diſſoluendis quæ ſæpè ſæpius oriuntur ex conſortio Reformatorum & non Reformatorum: cum illi ſæpius præ fragilitate humana in errores inducantur, atque à rectâ viâ aliorum exemplo abducantur.

13. Vbi aliquis Conuentus de nouo occupatus fuit à Reformatis neceſſitate aliqua vrgente, antequam de eo poſſidendo ſuperiores Reformati ſimul deliberaſſent; in proxima Congregatione caſus proponebatur gremialibus, & vbi id ritè peractum fuiſſe videbatur, pro Reformato inpoſterùm eſſe declarabatur, ac obſeruantiæ legibus, iuribuſque ſubjacere. Si etiam deficiebat commoditatibus ad veram obſeruantiam neceſſarijs; ſtatim, vel ex burſa communi, vel aliorum Conuentuum liberalitate Vicarius Prouincialis neceſſaria ſubminiſtrabat.

14. Hæc agendi ratio nobis expedita ac neceſſaria viſa eſt multa ad euitãda incõmoda, quæ facilè fuit præuidere, & quæ dùm vergunt in exitium, & ruinam Reformationis, declinare oportuit. Primum erat libertas quædam & facultas quam ſinguli aſſumere poſſunt aſſerendi, & non ſine faſtu, prædicandi ſe eſſe Reformatos, dùm exteriora quædam Reformationis ſigna inducerent; obſeruantias quaſdam Reformatis communes pro libito amplecterentur, nec etiam neceſſum ducerẽt vt omnes eiuſdem Conuentus alumni obſeruarent, ſed ij dumtaxàt quibus id eſſet gratum, & qui ſufficerent, ad perſuadendum plebi conuentum eſſe Reformatum.

15. Certè ſi hoc ſufficeret ad Reformationem, & tam paucis expenſis, hoc eſt ſola verborum iactantia, atque externa illa, & ſubitanea veſtimentorum mutatione, diſciplina regularis reſtitui poſſet in Conuentibus; fieri poſſet vt die vno, immò vno eodemque momento

non vnus tantùm Conuentus facilè reformari poſſet, ſed omnes cuiuſlibet Prouinciæ Conuentus, ac perſonæ habendæ eſſent pro Reformatis. Sed quis non videat hac agendi ratione non homines tantùm ludēdos eſſe, ſed Deum ipſum deridendum ac Religionem contemptui exponendam, quæ ſe laruam præbet ad ſic fictam fucatamque Reformationem effingendam.

16. Sanè iis qui ita ſe gerunt apte conueniunt quæ aliàs contra falſos Prophetas altè Christus intonuit. *Non omnis qui dicit Domine Domine intrabit in Regnum Cælorum, ſed qui fecerit voluntatem Patris mei qui eſt in Cælis.* Sic non qui oſtentat & clamat Reformationem, Reformationem, Reformatus continuò habendus eſt; ſed qui Dei voluntatem in præſcriptis pro Reformatione Legibus declaratam opere adimpleuerit: non qui conſtitutiones Reformationis ſe acceptare dixerit; ſed qui Leges in eis præſcriptas perfectè obſeruare ſtatuerit.

17. Ad hoc verò ritè præſtandum neceſſum eſt prorſus, vt ſiue perſonæ particulares, ſiue communitates integræ quæ Reformationem amplecti deſiderāt, non tantum verbo tenus declarent ſe acceptare conſtitutiones eum in finem compoſitas & editas; ſed obſeruent etiam modum ſupra expoſitum quem primarii Reformationis Authores tenuerunt in ea inſtituenda, ac per Conuentus propaganda: quem etiam optimum & ad id prorſus neceſſarium experti ſunt: alioqui non niſi mera exurgeret confuſio, & Reformationis deſtructio potius quam inſtitutio.

18. Non igitur genio proprio, non ſenſus priuati abundantia, non ſufficientis peritiæ vana præſumptione, non noua methodo; multominùs praua vlla intentione, aut æmulatione ab vllo aſſumendus eſt honor, ſeu onus inſtituendæ Reformationis in Prouinciis; ſed vocatione

vocatione dei ſancta, præuiaque ſemper ſui ipſius diffidentia ad id accedendum eſt: non viis nouis ſed iam traditis, tritis, tutiſque procedendum.

19. Quia verò noua Reformationis inſtitutiò ſeu propagatio multam peritiam, & experientiam deſiderat in perſonis quæ eam promouent, quando ijs carere animaduerterint Reformationis auidi in ſuis prouinciis, neceſſe eſt vt ad eos extrà Prouinciam ſuam recurrant, inter quos magis peritos in Reformatione reperiri nouerint, & vbi aliquos ſibi hunc in finem concedi contigerit, eos velut magiſtros colant, viis ſuis ſolitis inſiſtere libere permittant, verbis eorum & exemplis Reformationis exercitia ediſcant, nec priùs iſti Reformationis moderatores inde recedant, ſiue eorum cum quibus manent impulſu, ſiue motu proprio, quin ſat abundantem numerum in Reformationis inſtitutis erudierint, qui ſufficiat obeundis Officiis omnibus, dandiſque maiori numero ſuffragiis in capitulis Prouincialibus. Non enim aliter ſuſtineri, promouerique poteſt Reformatio: ſed hac de re, vtpotè magni momenti, amplius diſſerendi opportuna magis poſt modùm ſe præbebit occaſio.

CAP. XI.

Inſtituendus vnus, aut alter Nouitiatus in ſingulis Prouincijs, vnde cæteri Conuentus Religioſis in Reformatione profeſſis ſunt muniendi.

1. RELIGIONVM omnium ſiue progreſſus, ſiuè defectio Nouitiorum tùm à receptione tùm ab-

inſtitutione pendere certum eſt. Cùm enim, vt ſupra monui, Antiquorum ex incolarum conuerſione Monaſteriorum expectanda non ſit Reformatio, atque adeò ipſis Nouitiorum receptione interdici debeat, eo quod iunioribus deprauandis, quàm piè & ſanctè educandis vt plurimùm aptiores ſint; certè Reformationum robur atque perfectio ex iuniorum per Reformatos Religioſa inſtitutione omninò proficiſcitur.

2. Et verò, diuina prouidentia in adducẽdis ad Reformationes de nouo inſtitutas candidatis plurimis mira efficitur. Mox ad eas ſtrenuorum cateruas operariorum vndique conuocat: quod beneficientiæ ſignum ſeu effectum noſtram in Reformationem liberaliter admodùm exhibuit. Breui etenim nouitiatus noſtri alumnos plures quadraginta quòt annis numerarunt, pleroſque nobili, aut ſaltem honeſtiori familia oriundos, ac literarum humaniorum ſcientiarumue varia eruditione exornatos: quę hactenus poſtulantium affluentia non defluxit apud nos, Deo ſit laus, adeò vt Rhedonenſis Congregatio annis minus viginti quinque Antiqua omnia ſua cœnobia Reformatis munierit & ſeptingenſimum ferè Alumnorum ſuorum numerum impleuerit.

3. Quo autem modo præter diuinæ prouidentiæ ſecretum ordinem, ex noſtra partè id tàm feliciter ceſſerit, & cedere pergat, hic exponendum eſſe duxi, aliis que proponendum in exemplum.

4. Abrogata igitur antiqua conſuetudine ſingulis in Conuentibus nouitios admittendi, conſilium fuit vniuerſos inpoſterùm, quos è ſeculo in clauſtra noſtra vocatione ſancta Deus adduceret, ſimul congregandos eſſe, ac in diſciplina regulari pari modo inſtituendos, vt poſtea ſingulis in Conuentibus diſpergerentur, pro vt exigeret neceſſitas, aut poſtularet commoditas.

5. Id vt ritè peragatur, tria quatuorùe ſtatuimus ob-

ſeruare. Primum ſpectat nouitiatuum ſeu domorum probationi Neophytorum deſtinatarum numerum, qui non niſi vnus, aut alter debet eſſe. Certè cum deceat omnes, & ſigulos eiuſdem Ordinis, ſiue Congregationis Religioſos vnius eſſe moris in domo, eadem viuere anima, eodem ſpiritu moueri, & quaſi in vnum coaleſcere; expediret omninò, vt vnicus pater, ſiue magiſter præficeretur vniuerſis, qui vnica in domo, qui ſpiritu eodem eos inbueret, cibo eodem ſpirituali aleret, ac in perfecta exercitiorum omnium conformitate erudiret.

6. Id etiam, quantùm fieri potuit, obſeruauimus, impoſterumque cupimus obſeruari. Verùm quia copioſum eorum numerum qui ſe ſe offerunt, quemque tota Prouincia exigit, continere,& ſuſtentare domus vnica non ſufficit: & aliunde vtile eſt, immò & neceſſarium diuerſis ex locis & nationibus nouitiòs recipi, quod fieri haud poteſt,cùm in vno tantùm Conuentu eoque à cæteris eiuſdem Prouinciæ Monaſterijs longiſſimè disjuncto nouitiatus inſtituitur;id circo alterum dúmtaxat inſtituendum duximus, ac ſummam pariter adhibendam eſſe diligentiam, vt eiusmodi iuniorum inſtitutioni præfecti duo qui tunc adhibendi ſunt, eandem regiminis rationem obſeruent, directorijs hunc in finem compoſitis firmiter adhæreant, propterėáque ſæpiſſimè ſimul per litteras conferant, ac mutuis ſe conſilijs in occurrentibus difficultatibus adiuuent.

7. Non deſunt rationes, eæque ſatis graues, quibus ad nouitiatuum numerum adaugendum pleræque communitates commoueantur, ſibique, ſaltem ſucceſſiuè, munus illud concedi peroptent, quod & re ipſa æquitas poſtulare videtur; verùm non ſunt facilè audiendæ, & cum eiusmodi nouitiatuum diſpoſitio pen-

dere debeat à Superiorum Reformationis arbitrio; ita etiam attendere debent ad bonum commune Reformationis, vt prouideant Conuentuum aliorum neceſſitatibus, quatenus nec ſufficienti iuniorum numero careant ad obeunda vitæ regularis exercitia, nec rei temporariæ penuriam patiantur, ex denegata ſibi nouitiorum receptione; quibus mederi facile eſt, tradita a nobis alibi methodo.

8. Cęterum, quando agitur de ritè reformanda aliqua Prouincia, danda eſt opera non tantùm vt non recipiantur Nouitii extra loca Nouitiatibus deſtinata à R.P. Prouinciali ſeu Prouinciæ definitorio, quod abſolutè neceſſarium eſt, ſed vt nunquam pluſquam duo Conuentus deſtinentur ad recipiendos, & inſtruendos Nouitios, non obſtantibus quibuſcumque, ob innumera eaque grauiſſima incommoda, quæ nimis longum eſſet hic recenſere: propter quæ etiam ſummi Pontifices in ſuis decretis particularibus, & Conſtitutiones pro Reformatione conditæ ac nouiſſimè corfirmatæ à duobus ſummis Pontificibus, id expreſsè prohibent.

9. Secundum quod in nouitiatus conſtitutione ſpectamus, locus eſt, ſiue Monaſterij, & Communitatis Religioſorum in eo habitantium ratio. Domus enim ad conſtituendum nouitiatum ſeligi debet, quæ loca ita regularia habeat, aut ſtatim ita accōmodari poſſint vt nullus pateat ad ea ſecularibus aditus, maximè verò in locis interioribus Monaſterij; vt nuſquam conuenire debeant in choro ſecularibus communi, ita vt viris & mulieribus indiſcriminatim aſſidere debeant Religioſi; ſed ſtatim, aut ſeculares vtriuſque ſexus ab eo arceant iuxta ſacrorum canonum decreta; aut recedant Religioſi in loca ſecularibus non obuia, vbi ſaltem de die diuinum peragant officium.

10. Præterea commodum, & priuatum quantùm

Digitized by

fieri poteſt nouitijs parari debet domicilium, cunctaque ad vitam neceſſaria, quantùm religioſæ vitæ conditio exigit, ipſis ſuppeditanda ſunt: Proptereáque ſat copioſum & amplum Conuentus habere debet fundum, ſiue certis ex redditibus, ſiue cõſuetis ex eleemoſinis vndè ipſis fiat ſatis: vt enim in eo vitæ genere inſtitui debent nouitii in quo de rebus creatis non debent eſſe ſolliciti, ſed in Domino cogitatum ſuum iacere, ac in eo totam ſuam ſpem repoſitam habere; cautè prouidendum ne ex rerum neceſſariarum inopia, ad ea quæ retrò ſunt animo retrahantur, & ad curam rerum temporaliũ habendam inducantur, aut ſaltem nimis multa incommoda perpetiantur, eorumque ratione cùm exigua adhuc virtute ſint præditi, a propoſito facilè deterreantur.

11. Demùm quocunque in loco nouitiatus collocandus ſit, neceſſe vt Religioſi benè multi ſuſtentari valeant, exercitationes Religioſæ ibi ferueant, regularis diſciplina vigeat, optimum ab vniverſis detur exemplum. Nullus propterea, quantum fieri poteſt, ſiue Philoſophiæ ſiue Theologiæ curſus ibi edoceatur, ob diſcrepantes & quaſi oppoſitas ſtudentiũ, & nouitiorum exercitationes. Tandem nullum, vt ita loquar, inſtituti Carmelitici, & noſtræ Reformationis punctum prætermittatur, cum deceat nouitios accuratè in eis inſtrui quæ tota vita in Religione obire tenentur.

12. Tertium quod ad extra conſideramus circa nouitiatuum inſtitutionem, illud eſt, quod quando quidem nouis ab athletis Religioſa diſciplina in Monaſteria reſtituenda eſt, vt diuinæ obſecundetur prouidentiæ á qua occulto impulſu ad Religionem adducuntur; in locis vbi publica gymnaſia vigent, vel quàm proximè nouitiatus inſtituendos eſſe cenſemus: quia cum eo maximè tempore quo adoleſcentes ſtudijs vacant, vitæ genus ſoleant eligere, in quo permaneant, tuncque ob iuuenilem & ſatis

innocentem ætatem diuini numinis afflatibus facilè mobiles ſint: plures etiam tunc repudiato priùs mundo quàm malitia eius ab eis deguſtata ad Religioſos Ordines confugere cernimus, ac Deo ſe conſecrare.

13. Ex his ergo accademiis multa communiter poſtulantium meſſis in horreum domini colligitur ac diuerſos in Ordines diffunditur, ad quos diuinitus vocati poſtquam virtutis, ac pietatis exercitiis accuratè exculti ſunt Religioſa profeſſione digni euadunt, diſciplinæ regularis vel reſtituendæ vel promouendæ aptiſſima inſtrumenta, & firma nonnumquam columina ſe exhibent.

14. Illa verò ingenuorum adoleſcentum copia præcipuè è Scholis R. P. Societatis Ieſu in Monaſteria tranſire quotidiano ferè experimento comprobatur: quippe ſciunt Religioſi illi & eruditi patres quantùm ad ſalutem Religio proſit, quantùm è contra mundus ad perditionem inducat; quot in cœlos illa euehat, quot verò mundus deuoluat in orcum. Quare diſcipulos ſuos à mundo deterrere, ad Religionem incitare quantùm iuſte & prudenter licet conituntur, atque id circo pietate æque ac doctrina eos erudire curant: ſodalitates inſtituunt, in quas pia induſtria eos pelliciunt, vbi deuotis exercitationibus ad virtutem magis accenduntur, cuius deinde amore ferũtur in Clauſtra vbi eam deamare ac placidè colere commodum ſibi fore haud inſipienter arbitrantur.

15. Neque verò tam fauſtum beneficium explериſque aliis gymnaſiijs Religoſis Ordinibus prouenit: vbi enim præceptores & magiſtri ſeculares quamuis Eccleſiaſtici, prȩſunt, ex certaſſi ita loqui fas eſt, inuidia & ex inueterato profeſſionis vtriuſque diſſidio, ſtatum Religioſum tacitè ac apertè, priuatim & publicè deprimunt, vota improbant, Deo liberè & ſolutè famulari perfectius quám ex nuncupatæ obedientiæ neceſſitate ſæpius audent prædicare. Aliundè etiam vita eorum plerùmque mollis ac deli-

cata Clauſtrorum aſperitates quantùm abhorret, tantùm irridet: quibus omnibus ac malignis nonnumquam cauillationibus à Religione diſcipulorum ſuorum animi facilè abalienantur: vndè fit vt quò plures Societatis Ieſu è Collegijs, eò pauciores ex alijs, Chriſti jugum ſubire ſtatuant, ſacraſque Religioſorum Ordinum palæſtras ingrediantur.

16. Quare Reformatæ Congregationes quæ Tyronibus indigent, curare debent in primis vt ſi fat commodè fieri poteſt, nouitiatus ſui inſtituantur vbi Patribus Societatis gymnaſia, ſibique Monaſteria ſunt, viros probos, eoſque doctos ibi detineant, qui in Philoſophicis ac Theologicis diſputationibus quæ ijs in Collegijs fiunt, effulgeant: ſuperiores cæterique cum R. iſtis Patribus iuncta congruant amicitia, rebus eorum nunquam aduerſentur, ſed ijs in omnibus fauere ſtudeant. maximè verò in conſeſſibus, colloquiis, aliiſque in occaſionibus pietatem doctrinam, meritaque illorum vt decet, Commendantes: iſtis enim tùm iuſtitiæ tùm Charitatis, tùm prudentiæ officiis bonas illorum R. Patrum erga ſe fouent voluntates, & demerentur vt in quacumque occaſione benè ſemper de ijs loquantur, inſtitutum eorum magnifaciant, & diſcipulos ſuos quos ad vitã Monaſticam aſpirare cognoſcunt, ad illud amplectendũ facilè cohortentur & inducant: vndè emolumentũ maximum & diſciplinæ regularis incrementum cœtus Religioſos de nouo formatos ſuſcepiſſe plurimorum exemplo, proprioque experimento didicimus.

CAP XII.

Magiſtri Nouitiorum Partes.

1. NOVITIORVM ad eruditionem grauiſſimi ponderis eſt, abſque dubio, apti & periti Magiſtri electio ſeu inſtitutio. Cùm enim Alumnis ſuis quaſi proplaſma, &

morum ſuorum velut Archetypon proponatur cui ſe conforment, & virtutum eius characteres in ſe exprimant, ſatis per ſe conſtat quantùm naturæ gratiæque donis, quantis Religioſæ profeſſionis ornamentis debeat enitere.

2. Sit itaque in primis Religioſæ perfectionis in ſe ipſo excolendæ valdè ſtudioſus, vt eam alios edocere valeat: orationis mentalis exercitio tanquam inſtrumento ad vtrumque maximè apto & neceſſario plurimùm deditus: zelo Dei & diſciplinæ regularis incrementi flagrans: omni animi violenta perturbatione vacuus: pietate demùm & ſufficienti doctrina præditus, vt nouitios verbo & exemplo ædificet & inſtruat.

3. Quia verò expedit vt tam nocturnis quam diurnis exercitationibus adſit; corporis robore ac vlrium integritate vigeat, quò ſe ſe non niſi rariſſimè vitæ regularis ſubtrahat laboribus. Quocirca ab omni etiam alio communibus actibus repugnanti munere vacabit; quippè nouitios magis exemplis quàm verbis debet inſtruere, nec melius valet eorum mores obſeruare, geſtus, actus ac genium agnoſcere, quam ſi eos in omnibus regularibus exercitijs comitetur, vt perpetuò ſibi ob oculos obuerſentur.

4. Quamuis in nouitiorum magiſtro ſicut in cæteris confratribus noſtris immoderata non deſideretur auſteritas; aſperitatis tamen in nimium potius quam in minimum, vel ex virtute, vel ex genio propendeat permagni intereſt. Cùm enim opera æquè, immò potiùs quàm verba Magiſtri ſui obſeruare ſoleant diſcipuli, eiuſque mores facilè induant a iuuentute, maximè verò in ijs quæ corporis curam ſpectant; expedit omninò vt ſatis aſperum vitæ genus ducat, ſibique vim inferre appareat, vt alumnos etiam ſuos eam ſibi inferre edoceat.

5. Ne ergò infirmæ valetudinis, molliſque nimiùm ac debilis conſtitutionis quiſquam ad hoc Officium eligatur, qui

Digitized by Google

qui ſcilicet ieiunia & abſtinentias in ordine conſuetas obſeruare, choro & refectorio indefeſſus aſſiſtere nequeat, atque alia conſueta auſteritatis exercitia adimplere. Si quis tamen ex magis idoneorum penuriâ aſſumatur, qui eo corporis robore careat, eximias ac ſingulares animi dotes eum habere conuenit, quæ huic defectui præponderent: atque aliundè quilibet Nouitius vel profeſſus curæ ſuæ commiſſus, de illius infirmitate certior fiat, vt non delicatè mollitérque viuere, ſed ex neceſſitate, Superiorumque ordinatione valetudinem ſuam curare agnoſcatur.

6. Peritia rerum piarum practica atque internarum diuini ſpritus motionũ intelligentia in eo potiſſimùm requiritur; non tamen vt abſtruſa myſticarum rerum arcana ſtatim & perfectè noſcere teneatur, nec Dyoniſios, Hyerotheos, Harphios, Rubrochios, Theodidactos eo in genere ſcientiæ præcellentes adæquet peritia: ſi quidem ipſi cum Tyronibus dumtaxat res eſt, qui de ſeculo recenter egreſſi, non niſi vitiorum radices euellere, vitæ ſpiritualis rudimenta ediſcere, tritaſque virtutis vias inire queunt: vndè ſatis erit ſi notitiam habeat eorum quæ huic ſtatui magis congruunt. Propterea etiam librorum ſpiritualium copiam habere debet, & quibus de rebus tractent callere. Præ cæteris verò expedit vt ſecundam ſecundæ ſummæ Theologicæ D. Thomæ legat & perlegat, donec illam perfectè poſſideat.

7. Præterea Nouitiorum in Magiſtro quæritur maximè vt ſatis acuto valeat ingenio, iudicio polleat maturo, atque in diſcernendis naturæ cuiuslibet propenſionibus affectionumque gradibus limatiſſimus ſit. Naturarũ equidem ac geniorum diſcretio cùm ab interna mentis diſpoſitione maximè dependeat, humana non tam induſtria, quam cæleſti deſurſùm lumine compa-

randa eſt; at natiuis quibuſdam lineamentis, ſignis & indiciis quæ in facie præſertim ac in tota capitis conformatione adnotantur, plurimùm iuuari compertū eſt.

8. Propterea notas quaſdam Phyſiogomones obſeruarunt, & aliquot regulas conſtituerunt, ex quibus quamuis nec certa, nec ſemper vera indolis notitia habeatur; eas tamen Nouitiorum Magiſter haud ignorare debet: ſiquidem viri magni inter antiquos, nempè Ariſtoteles, Albertus magnus, Adamantius: inter recentiores etiam viri plures eruditi & Religioſi horum ſignorum rationem & notionem inueſtigarunt, multaque de iis documenta tradiderunt, quæ quia nec penitus inania, nec a veritate aliena vllus audeat aſſerere; perlegiſſe iuuat & percepiſſe, vt in occurrentibus occaſionibus pro neceſſitate & prudētia vſui eſſe poſſint.

9. Et ſi verò gratiæ diuinæ virtus & bonus vſus naturæ humanæ corruptelæ & improbitati præualere, eiuſque domare proteruiam exiſtimanda ſit; eius nihilominus præſumptæ victoriæ fiducia ne te decipiat, caue, cùm malè ſignatos vides; niſi aliundè probabiliſſimis innitaris argumentis quibus tandem inducaris ad contrarium de iis ferendum iudicium.

10. Præterea ingenii acies Magiſtri Nouitiorum ac iudicii illius vis enitere debet in diſcernendis naturæ motibus ab operibus diuinæ gratię, eiuſque variis effectibus in Alumnorum ſuorum mentibus. Attendere debet igitur an grauitas, modeſtia, mentis recollectio ſeu interna occupatio quæ exteriùs apparet in aliquibus, non ſit potius temperamenti melancholici productio, quā verę virtutis effectus. Proſpiciendū ne quę creditur vera & aſſidua orationis mentalis exercitatio, ſit mera & nimia imaginationis attentio, quæ non-nunquam etiā ad delirium & inſaniā perducit. Videndum ne qui ſæpè feruor apparet in quibuſdā nouitiis, & ſiue ad ri-

Digitized by Google

gidas corporis aſperitates exercendas inducit & nonnunquàm etiam ad lachrimas excitat, non tam oriatur ex vera cordis compunctione, quàm ex certa naturæ teneritudine, & quodam deuotionis æſtu, qui quia nimis violentus, diu perſeuerare non poteſt.

11. Et verò quantus abuſus ſit in iſtis, quanta hallucinatio, quanta deceptio patet ex eo quòd qui ita ſe gerunt, ſi quando naturæ ſuæ indulgere eis licet, vel ex natâ fortuitò vel præſtita ex induſtria ad experimentum virtutis eorum occaſione; tota illa pietatis apparentia non tantùm euaneſcit, ſed plerùmque maiorem in deprauationem conuertitur.

12. Id verò vt plurimùm accidit, quando finito probationis tempore nouitii profeſſionem emiſerunt: tunc enim quia non adeò rigidè detinentur ſub diſciplina ſui magiſtri, diuerſiſque muniis exterioribus applicantur, ſtatim naturæ propenſiones ac paſſiones quę quaſi mortuæ aut ſopitæ videbantur, in eis reuiuiſcunt, & quò ſeueriori ſub diſciplina detenti fuerunt, quaſi coactè, iugi eius duritate pertæſi illud facilè excutiunt: in omnibus quæ ſe ſe offerunt occaſionibus, ſe ſuaque ſectantes effunduntur, & quaſi immerguntur in omnibus quæ ſibi conuenire deprehendunt

13. Hinc, qui grauis, & modeſtus antea apparebat; iam diſſolutus exiſtit: qui recollectus, & rebus ſpiritualibus valdè attentus videbatur; iam diſſipatus, & rebus in externis effuſus cernitur: qui anteà auſterus ac mortificationis auidus; iam delicatus, & cupiditatum ſuarum fit quaſi mancipium. Et quod peius eſt, vix aut non niſi rarò ad priſtinum religioſæ perfectionis ſtatum à quo receſſerunt deducendos eſſe compertum eſt.

14. Summam igitur adhibeat diligentiam Nouitiorum Magiſter ad naturæ ſingulorum diſpoſitiones ac propenſiones explorandas quantùm fieri poteſt opti-

mè, eorum actus obſeruet, probet ſpiritus, nec facilè fidat deuotioni, & feruori qui exterius apparet: immò quo ardentior erit, eo fragilior, ac minus firmus habendus eſt. Propterea ad veram & conſtantē viam virtutis inducat eos qui ſunt ita affecti, ſolida curet iaci in eis perfectionis fundamēta, vt firmum extruatur ædificiū, ne facilè corruat. Demùm det operam vt veros Dei cultores ſe exhibeant qui adorent Patrem in ſpiritu & veritate.

15. Ingenii etiam acies, ac iudicii vis Nouitiorum in Magiſtro elucere debet maximé, quandò grauiores occurrunt difficultates vel circa ſtatum animarum, vel circa negotia perſonarum curæ ipſius commiſſarum: Tunc enim ſi puré gloriam Dei ſpectet, ac Religionis commodum abſque perſonarum acceptione, aut nimia conſideratione; ſi nihil ab æquitate & charitate alienum proferat; ſi rectas, breuioreſque vias ad diſſoluendos negotiorum nodos aperiat; certiſſimum eſt perſpicacis ingenii firmique judicij argumentum.

16. Sit inſuper acceſſu facilis, & affabilis, ita vt nullum vnquam licet fortè importunè accedentem, ſeuerè nimis aut cūm indignatione repellat: benignam cuilibet aurem prębeat vt ſyncerè & confidenter mentis ſuæ arcana ac conſcientiæ ambages ſeu anxietates ſibi aperiat. Pia erga omnes, nec tantùm paterna ſed & materna gerat viſcera, quò eos iterùm parturire valeat, donec Chriſtus in eis formetur.

17. Sermo eius nil tenue & puerile redoleat: & licet facetus non nunquàm apparere debeat cum ſuis alumnis, maximè quandò ſimul ſpatiari licet, & confabulari ad relaxationem animi & recreationem; decet vt ſemper grauis ſit cum affabilitate, & prudenter attendat, vt non alios ſermones inſtituat quam qui ſint ad ædificationem.

Digitized by Google

41

18. Caueat etiam ne ſub prætextu mortificationis, ac humiliationis nouitijs acriùs inferendæ, res minùs decoras & honeſtas eis iniungat: vel etiam eorum defectus, verbis adeò irriſoriis arguat quæ eos nimis confundant, aut etiam offendant: expeditque vt valde ſobrius ſit in eiuſmodi pœnitentiis iniungendis, quæ cùm virtutis ac ſanctitatis inſtrumenta ſint, ſeriò ſemper, & cum decenti reuerentia tractari debent.

19. Quia verò ea omnia munia theoriam non tantùm ſupponunt, ſed longam deſiderant experientiam vt ritè adimpleantur; hoc officio fungatur, quantùm fieri poterit, qui iàm iunioribus ſiue vt magiſter, ſiue vt prior diutiſſimè præfuerit, & qui magis idoneus cõprobatus fuerit: atque vt diutius ijs vacet curandum eſt, ne frequens mutatio, modicaque ſubrogatorum, ſi noui ſint, peritia in nouitiorum educatione, atque ad profeſſionem delectu religioni noceat.

20. Ea de cauſa periculoſum eſt iuuenibus hoc munus committere, qui ſimilibus officijs nuſquam functi, eorum vſu & praxi carent, & quibus proindè iuueniles adoleſcentum mores, inconſtantiæ, aſtutiæ, ſubtiles ingenii malitiæ, ſimulationes, ſecreti naturæ affectus, variique cordis anfractus non facilè pateſiunt.

CAP. XIII.

Quid ſingulariter obſeruandum in Receptione & eruditione Nouitiorum.

1. Etſi multa iam a nobis expoſita ſint in pręcedenti capite quæ propoſitæ huic theſi óptimè conueniunt; alia tamen multa ſuperſunt & quidém maximi momenti hac de re dicenda, quæ quia non tantùm no-

mè, eorum actus obſeruet, probet ſpiritus, nec facilè fidat deuotioni, & feruori qui exterius apparet: immò quo ardentior erit, eo fragilior, ac minus firmus habendus eſt. Propterea ad veram & conſtantē viam virtutis inducat eos qui ſunt ita affecti, ſolida curet iaci in eis perfectionis fundamēta, vt firmum extruatur ædificiū, ne facilè corruat. Demùm det operam vt veros Dei cultores ſe exhibeant qui adorent Patrem in ſpiritu & veritate.

15. Ingenii etiam acies, ac iudicii vis Nouitiorum in Magiſtro elucere debet maximé, quandò grauiores occurrunt difficultates vel circa ſtatum animarum, vel circa negotia perſonarum curæ ipſius commiſſarum: Tunc enim ſi puré gloriam Dei ſpectet, ac Religionis commodum abſque perſonarum acceptione, aut nimia conſideratione; ſi nihil ab æquitate & charitate alienum proferat; ſi rectas, breuioreſque vias ad diſſoluendos negotiorum nodos aperiat; certiſſimum eſt perſpicacis ingenii firmique judicij argumentum.

16. Sit inſuper acceſſu facilis, & affabilis, ita vt nullum vnquam licet fortè importunè accedentem, ſeuerè nimis aut cūm indignatione repellat: benignam cuilibet aurem prębeat vt ſyncerè & confidenter mentis ſuæ arcana ac conſcientiæ ambages ſeu anxietates ſibi aperiat. Pia erga omnes, nec tantùm paterna ſed & materna gerat viſcera, quò eos iterùm parturire valeat, donec Chriſtus in eis formetur.

17. Sermo eius nil tenue & puerile redoleat: & licet facetus non nunquàm apparere debeat cum ſuis alumnis, maximè quandò ſimul ſpatiari licet, & confabulari ad relaxationem animi & recreationem; decet vt ſemper grauis ſit cum affabilitate, & prudenter attendat, vt non alios ſermones inſtituat quam qui ſint ad ædificationem.

Digitized by Google

18. Caueat etiam ne ſub prætextu mortificationis, ac humiliationis nouitijs acriùs inferendæ, res minùs decoras & honeſtas eis iniungat: vel etiam eorum defectus, verbis adeò irriſoriis arguat quæ eos nimis confundant, aut etiam offendant: expeditque vt valde ſobrius ſit in eiuſmodi pœnitentiis iniungendis, quæ cùm virtutis ac ſanctitatis inſtrumenta ſint, ſeriò ſemper, & cum decenti reuerentia tractari debent.

19. Quia verò ea omnia munia theoriam non tantùm ſupponunt, ſed longam deſiderant experientiam vt ritè adimpleantur; hoc officio fungatur, quantùm fieri poterit, qui iàm junioribus ſiue vt magiſter, ſiue vt prior diutiſſimè præfuerit, & qui magis idoneus cõprobatus fuerit: atque vt diutius ijs vacet curandum eſt, ne frequens mutatio, modicaque ſubrogatorum, ſi noui ſint, peritia in nouitiorum educatione, atque ad profeſſionem delectu religioni noceat.

20. Ea de cauſa periculoſum eſt iuuenibus hoc munus committere, qui ſimilibus officijs nuſquam functi, eorum vſu & praxi carent, & quibus proindè iuueniles adoleſcentum mores, inconſtantiæ, aſtutiæ, ſubtiles ingenii malitiæ, ſimulationes, ſecreti naturæ affectus, variique cordis anfractus non facilè patefiunt.

CAP. XIII.

Quid ſingulariter obſeruandum in Receptione & eruditione Nouitiorum.

1. Etſi multa iam a nobis expoſita ſint in prȩcedenti capite quæ propoſitæ huic theſi optimè conueniunt; alia tamen multa ſuperſunt & quidém maximi momenti hac de re dicenda, quæ quia non tantùm no-

mè, eorum actus obſeruet, probet ſpiritus, nec facilè fidat deuotioni, & feruori qui exterius apparet : immò quo ardentior erit, eo fragilior, ac minus firmus habendus eſt. Propterea ad veram & conſtantē viam virtutis inducat eos qui ſunt ita affecti, ſolida curet iaci in eis perfectionis fundamēta, vt firmum extruatur ædificiū, ne facilè corruat. Demùm det operam vt veros Dei cultores ſe exhibeant qui adorent Patrem in ſpiritu & veritate.

15. Ingenii etiam acies, ac iudicii vis Nouitiorum in Magiſtro elucere debet maximé, quandò grauiores occurrunt difficultates vel circa ſtatum animarum, vel circa negotia perſonarum curæ ipſius commiſſarum : Tunc enim ſi puré gloriam Dei ſpectet, ac Religionis commodum abſque perſonarum acceptione, aut nimia conſideratione; ſi nihil ab æquitate & charitate alienum proferat; ſi rectas, breuioreſque vias ad diſſoluendos negotiorum nodos aperiat; certiſſimum eſt perſpicacis ingenii firmique judicij argumentum.

16. Sit inſuper acceſſu facilis, & affabilis, ita vt nullum vnquam licet fortè importunè accedentem, ſeuerè nimis aut cum indignatione repellat : benignam cuilibet aurem prębeat vt ſyncerè & confidenter mentis ſuæ arcana ac conſcientiæ ambages ſeu anxietates ſibi aperiat. Pia erga omnes, nec tantùm paterna ſed & materna gerat viſcera, quò eos iterùm parturire valeat, donec Chriſtus in eis formetur.

17. Sermo eius nil tenue & puerile redoleat : & licet facetus non nunquàm apparere debeat cum ſuis alumnis, maximè quandò ſimul ſpatiari licet, & confabulari ad relaxationem animi & recreationem; decet vt ſemper grauis ſit cum affabilitate, & prudenter attendat, vt non alios ſermones inſtituat quam qui ſint ad ædificationem.

Digitized by Google

41

18. Caueat etiam ne ſub prætextu mortificationis, ac humiliationis nouitijs acriùs inferendæ, res minus decoras & honeſtas eis iniungat: vel etiam eorum defectus, verbis adeò irriſoriis arguat quæ eos nimis confundant, aut etiam offendant: expeditque vt valde ſobrius ſit in eiuſmodi pœnitentiis iniungendis, quæ cùm virtutis ac ſanctitatis inſtrumenta ſint, ſeriò ſemper, & cum decenti reuerentia tractari debent.

19. Quia verò ea omnia munia theoriam non tantùm ſupponunt, ſed longam deſiderant experientiam vt ritè adimpleantur; hoc officio fungatur, quantùm fieri poterit, qui iàm iunioribus ſiue vt magiſter, ſiue vt prior diutiſſimè præfuerit, & qui magis idoneus cõprobatus fuerit: atque vt diutius ijs vacet curandum eſt, ne frequens mutatio, modicaque ſubrogatorum, ſi noui ſint, peritia in nouitiorum educatione, atque ad profeſſionem delectu religioni noceat.

20. Ea de cauſa periculoſum eſt iuuenibus hoc munus committere, qui ſimilibus officijs nuſquam functi, eorum vſu & praxi carent, & quibus proindè iuueniles adoleſcentum mores, inconſtantiæ, aſtutiæ, ſubtiles ingenii malitiæ, ſimulationes, ſecreti naturæ affectus, variique cordis anfractus non facilè pateſiunt.

CAP. XIII.

Quid ſingulariter obſeruandum in Receptione & eruditione Nouitiorum.

1. Etſi multa iam a nobis expoſita ſint in pręcedenti capite quæ propoſitæ huic theſi óptimè conueniunt; alia tamen multa ſuperſunt & quidém maximi momenti hac de re dicenda, quæ quia non tantùm no-

mè, eorum actus obſeruet, probet ſpiritus, nec facilè fidat deuotioni, & feruori qui exterius apparet: immò quo ardentior erit, eo fragilior, ac minus firmus habendus eſt. Propterea ad veram & conſtantẽ viam virtutis inducat eos qui ſunt ita affecti, ſolida curet iaci in eis perfectionis fundamẽta, vt firmum extruatur ædificiũ, ne facilè corruat. Demùm det operam vt veros Dei cultores ſe exhibeant qui adorent Patrem in ſpiritu & veritate.

15. Ingenii etiam acies, ac iudicii vis Nouitiorum in Magiſtro elucere debet maximé, quandò grauiores occurrunt difficultates vel circa ſtatum animarum, vel circa negotia perſonarum curæ ipſius commiſſarum: Tunc enim ſi puré gloriam Dei ſpectet, ac Religionis commodum abſque perſonarum acceptione, aut nimia conſideratione; ſi nihil ab æquitate & charitate alienum proferat; ſi rectas, breuioreſque vias ad diſſoluendos negotiorum nodos aperiat; certiſſimum eſt perſpicacis ingenii firmique judicij argumentum.

16. Sit inſuper acceſſu facilis, & affabilis, ita vt nullum vnquam licet fortè importunè accedentem, ſeuerè nimis aut cũm indignatione repellat: benignam cuilibet aurem præbeat vt ſyncerè & confidenter mentis ſuæ arcana ac conſcientiæ ambages ſeu anxietates ſibi aperiat. Pia erga omnes, nec tantùm paterna ſed & materna gerat viſcera, quò eos iterùm parturire valeat, donec Chriſtus in eis formetur.

17. Sermo eius nil tenue & puerile redoleat: & licet facetus non nunquàm apparere debeat cum ſuis alumnis, maximè quandò ſimul ſpatiari licet, & confabulari ad relaxationem animi & recreationem; decet vt ſemper grauis ſit cum affabilitate, & prudenter attendat, vt non alios ſermones inſtituat quam qui ſint ad ædificationem.

Digitized by Google

41

18. Caueat etiam ne ſub prætextu mortificationis, ac humiliationis nouitijs actiùs inferendæ, res minùs decoras & honeſtas eis iniungat: vel etiam eorum defectus, verbis adeò irriſoriis arguat quæ eos nimis confundant, aut etiam offendant: expeditque vt valde ſobrius ſit in eiuſmodi pœnitentiis iniungendis, quæ cùm virtutis ac ſanctitatis inſtrumenta ſint, ſeriò ſemper, & cum decenti reuerentia tractari debent.

19. Quia verò ea omnia munia theoriam non tantùm ſupponunt, ſed longam deſiderant experientiam vt ritè adimpleantur; hoc officio fungatur, quantùm fieri poterit, qui iàm iunioribus ſiue vt magiſter, ſiue vt prior diutiſſimè præfuerit, & qui magis idoneus cõprobatus fuerit: atque vt diutius ijs vacet curandum eſt, ne frequens mutatio, modicaque ſubrogatorum, ſi noui ſint, peritia in nouitiorum educatione, atque ad profeſſionem delectu religioni noceat.

20. Ea de cauſa periculoſum eſt iuuenibus hoc munus committere, qui ſimilibus officijs nuſquam functi, eorum vſu & praxi carent, & quibus proindè iuueniles adoleſcentum mores, inconſtantiæ, aſtutiæ, ſubtiles ingenii malitiæ, ſimulationes, ſecreti naturæ affectus, variique cordis anfractus non facilè patefiunt.

CAP. XIII.

Quid ſingulariter obſeruandum in Receptione & eruditione Nouitiorum.

1. ETſi multa iam a nobis expoſita ſint in pręcedenti capite quæ propoſitæ huic theſi optimè conueniunt; alia tamen multa ſuperſunt & quidém maximi momenti hac de re dicenda, quæ quia non tantùm no-

mè, eorum actus obſeruet, probet ſpiritus, nec facilè fidat deuotioni, & feruori qui exterius apparet: immò quo ardentior erit, eo fragilior, ac minus firmus habendus eſt. Propterea ad veram & conſtantẽ viam virtutis inducat eos qui ſunt ita affecti, ſolida curet iaci in eis perfectionis fundamẽta, vt firmum extruatur ædificiũ, ne facilè corruat. Demùm det operam vt veros Dei cultores ſe exhibeant qui adorent Patrem in ſpiritu & veritate.

15. Ingenii etiam acies, ac iudicii vis Nouitiorum in Magiſtro elucere debet maximé, quandò grauiores occurrunt difficultates vel circa ſtatum animarum, vel circa negotia perſonarum curæ ipſius commiſſarum: Tunc enim ſi puré gloriam Dei ſpectet, ac Religionis commodum abſque perſonarum acceptione, aut nimia conſideratione; ſi nihil ab æquitate & charitate alienum proferat; ſi rectas, breuioreſque vias ad diſſoluendos negotiorum nodos aperiat; certiſſimum eſt perſpicacis ingenii firmique judicij argumentum.

16. Sit inſuper acceſſu facilis, & affabilis, ita vt nullum vnquam licet fortè importunè accedentem, ſeuerè nimis aut cũm indignatione repellat: benignam cuilibet aurem prębeat vt ſyncerè & confidenter mentis ſuæ arcana ac conſcientiæ ambages ſeu anxietates ſibi aperiat. Pia erga omnes, nec tantùm paterna ſed & materna gerat viſcera, quô eos iterùm parturire valeat, donec Chriſtus in eis formetur.

17. Sermo eius nil tenue & puerile redoleat: & licet facetus non nunquàm apparere debeat cum ſuis alumnis, maximè quandò ſimul ſpatiari licet, & confabulari ad relaxationem animi & recreationem; decet vt ſemper grauis ſit cum affabilitate, & prudenter attendat, vt non alios ſermones inſtituat quam qui ſint ad ædificationem.

Digitized by

18. Caueat etiam ne ſub prætextu mortificationis, ac humiliationis nouitijs acriùs inferendæ, res minus decoras & honeſtas eis iniungat: vel etiam eorum defectus, verbis adeò irriſoriis arguat quæ eos nimis confundant, aut etiam offendant: expeditque vt valde ſobrius ſit in eiusmodi pœnitentiis iniungendis, quæ cùm virtutis ac ſanctitatis inſtrumenta ſint, ſeriò ſemper, & cum decenti reuerentia tractari debent.

19. Quia verò ea omnia munia theoriam non tantùm ſupponunt, ſed longam deſiderant experientiam vt ritè adimpleantur; hoc officio fungatur, quantùm fieri poterit, qui iàm junioribus ſiue vt magiſter, ſiue vt prior diutiſſimè præfuerit, & qui magis idoneus cõprobatus fuerit: atque vt diutius ijs vacet curandum eſt, ne frequens mutatio, modicaque ſubrogatorum, ſi noui ſint, peritia in nouitiorum educatione, atque ad profeſſionem delectu religioni noceat.

20. Ea de cauſa periculoſum eſt iuuenibus hoc munus committere, qui ſimilibus officijs nuſquam functi, eorum vſu & praxi carent, & quibus proindè iuueniles adoleſcentum mores, inconſtantiæ, aſtutiæ, ſubtiles ingenii malitiæ, ſimulationes, ſecreti naturæ affectus, variique cordis anfractus non facilè patefiunt.

CAP. XIII.

Quid ſingulariter obſeruandum in Receptione & eruditione Nouitiorum.

1. Etſi multa iam a nobis expoſita ſint in præcedenti capite quæ propoſitæ huic theſi optimè conueniunt; alia tamen multa ſuperſunt & quidem maximi momenti hac de re dicenda, quæ quia non tantùm no-

uitiorum magiſtro, ſed aliis apud quos admittuntur & & inſtruuntur neceſſaria ſunt, ſingulare de iis caput iſtud inſtituere decreui.

2. In primis igitur viſum eſt apud nos poſtulantes admitti ad habitum noſtrum, & ad religioſæ ordinis noſtri diſciplinæ tyrocinium, non quidem præcipitanter, ſed nec nimis tardè recipiendos eſſe; at poſtea non niſi difficilè expellendos. Equidem nos non latet aliter ſentire, & diuerſo modo hac in re ſe gerere nonnullas celeberrimas cœnobitarum cõgregationes; ſed non abs re ab earũ mente diſcedẽdum eſſe arbitramur. Cùm enim, vt a me ſupponitur, nemo induatur niſi priùs a Deo vocatus innoteſcat; illorum certè non tantùm contemnenda non eſt vocatio, ſed iuuanda magis, & pro viribus promouenda.

3. Cogitandum in primis quot & quales ſtatim obuios hoſtes habeat qui aſpirat ad religionem; quantis tunc & quàm periculoſis expoſitus ſit certaminibus. Hinc parentum amor, ac neceſſitudo, illinc amicorum ſocietas & dulce commercium eò acrius illos premunt quò arctiori naturæ vinculo cùm eis conſtringuntur. Hinc bonorum poſſeſſiones, illinc voluptatum illecebræ ad ſe quaſi nolentem alliciunt: hinc corporis macerationes; illinc libertatis captiuitas à propoſito deterrent. Hinc ſpiritus equidem promptus, ſed aliundè caro valdè infirma: quibus omnibus accedũt vehementes dæmonum impetus qui cùm ſint egregiè maligni totis viribus vrgent, ac diuerſis artibus laborant vt a propoſito eum abducant.

4. His verò vt reſiſtere valeat, etſi gratiæ diuinæ auxilium ei præſto ſit, nec deſint ſalubria directoris quem habere debet conſilia; non alia tamen expeditior via ſuppetit, quam vt ſtatim ad clauſtra ad quæ aſpirat quaſi ad tutum aſylum confugiat; expeditque vt

Digitized by Google

quamprimùm abraſa cæſarie, veſtibus religioſis induatur, quando extet periculum alicuius debilitatis vel inconſtantiæ in aſpirante: tunc enim cùm ſibi ex hoc quandam neceſſitatem impoſitam eſſe videat ad proſequendum ſuum propoſitum, fit animoſior ad pugnam, fortior ad reſiſtendum tentationibus, & ad perſeuerandum magis pronus & validus.

5. In iis tamen quæ de recipiendi facilitate ſeu celeritate hîc expono, mens non eſt vt ſimul ac quiſpiam poſtulat ad habitum recipi, ſtatim induatur. Haud dubiè probandus eſt ſeriò ad nos venientium ſpiritus, an verè ſit à Deo; an ex verò ſalutis motiuo, & firmo deſiderio ea generosè amplectendi media quæ apud nos ſunt conſtituta. Illorum indoles ſolerter exploranda eſt, ingenium, ſtudium, mores exquirendi. Sæpè namque ſubitus animi impetus, ac deuotionis tranſitorius feruor eos ad Religionem incitat. Sæpè humanis potius rationibus quam diuinis aguntur: ſæpè ſociorum conſequendorum pręceps & puerile deſideriũ, vel alia nimis humana motiua nec ſatis legitima & benè decocta ad Religionem impellunt.

6. Maturé igitur in iſtis dignoſcendus Dei digitus, probandaque hominum conſtantia; at vbi quis iudicio pollens, bona mente præditus, ac aliis naturæ gratiæque dotibus requiſitis occurrit: cui etiam accuraté quid Religio, quæ eius præcipua exercitia, ac munia debito modo expoſitum fuerit; plus periculi in procraſtinata quàm in prompta receptione verſari nobis videtur.

7. Præterea etſi ſuppetant rationes ſatis graues quæ ſuadent admittendos potius eſſe ætate magis prouectos ac in rebus ſeculi iam ſatis verſatos, vt poté qui iudicio magis maturo pollere debeant, nec eos temerè mundo renunciare credendum ſit, quibus etiam

facilè aſſentiendum eſſe arbitror; at præterquam quod ſat pauci reperiuntur qui poſtquam viginti quinque ætatis annos attigerunt, Religioſam ad vitam aſpirent; multo grauiores extant rationes quæ multò citius, hoc eſt poſtquam decimum quintum exceſſerunt annum, vt plurimùm admittendos eſſe tyrones conficiunt.

8. Extant profectò ſacris in paginis loca plurima quæ id euincunt, ex quibus duo adduxiſſe ſufficiat. Illud quidem quo expreſſis verbis declarat Iſayas. *Quòd bonum eſt viro ſi portauerit iugum ab adoleſcentia ſua.* Alterum verò quo Chriſtus ipſe paruulorum præ cæteris amator, non tantùm ad ſe accedentes non repulit, ſed Apoſtolis ſuis contra nitentibus dixit; *Sinite paruulos & nolite eos prohibere ad me venire, talium eſt enim regnum cælorum.* De iis verò paruulis locutus eſt Chriſtus de quibus Apoſtolus, *nolite pueri effici ſenſibus, ſed malitia paruuli eſtote;* ad quos etiam proinde regnum cælorum attinere dicitur, quia cum vitæ innocentiam adhuc conſeruent, nec paucos adhuc vitiorum habitus contraxerint; aptiores ſunt ad virtutum exercitia capeſſenda, & ad omnem vitæ ſanctitatem facilè inducuntur, quæ eſt noſtræ hac de re ſententiæ potiſſima ratio.

9. Etſi optandum ſit vt iuuenes ad noſtram Religionem aſpirantes litteras ſaltem humaniores & Rhetorices artem perfectè calleant antequam recipiantur; quando tamen ſeſe offerunt qui ad eum eruditionis gradum nondùm peruenerunt & inſtantiùs petunt admitti; ſi periculũ ſit ſatis euidens vt ex aliqua occaſione proxima, aut caſu aliquo proueniente, a propoſito deterreri atque etiam abduci poſſint, ſi aliunde bene vocati iudicentur, & apti ad Religionem; tunc eos exiſtimamus eſſe recipiẽdos, modò ſat benè componere,

&

& ſat congrué loqui latiné nouerint: atque etiam de ingeniorum eorũ acumine detur ſpes quod ſuo tẽpore ſtudiis fructuosè vacaturi ſunt, & quàm nondum acquiſiuerunt ſcientiarum humanarum peritiam, egregié poſtea comparaturi ſunt. Etenim ſat frequenti experientia compertum quod non pauci qui iis in circunſtantiis ex tertia etiam Collegiorum Claſſe admiſſi ſunt in Religione, in latinitate ſat debiles, non tantùm poſtea in ea aliis præualuerunt, ſed in maioribus ſcientiis magis inſignes fuérunt.

10. Quod attinet difficultatem expellendi nouitios, præter tactas, ſed leuiter, ſupra rationes, conſiderandũ venit nihil eſſe quod vitæ Religioſæ cupidos magis deterreat, quàm facilior, & frequentior expulſio: & vt nulli, quod credere fas eſt, religioſum induunt habitum vt eum exuant & egrediantur è clauſtis, ita perpauci ſunt, aut potius nulli qui Nouitiatus fortunam experiri velint in Ordine à quo facilè ſunt expellendi; idque ſibi iuſtè metuendum exiſtimant ex nimis frequenti aliorum eiectione ab eodem loco ad quem aſpirant.

11. Propterea etiam patientia & longanimitate vtendum eſt ad ſuſtinendos Nouitiorum defectus, eoſque corrigendos, quamdiu emendationis ſpes affulget, perſeueratque in eis vocationis ſuæ excolendæ deſiderium. Licet verò non-nulli aliquando vel ex nimia tepiditate, vel ex infidelitate erga vocationis ſuæ gratiã, valdè negligentes appareant in regularis diſciplinæ obſeruantia, & ſtudio ſuæ perfectionis: etſi etiam egrediendi licentiam petant; non propterea ſtatim acquieſcendum eſt eorum petitioni, ſed magna cum prudẽtia & dexteritate à tali propoſito ſũt abducendi. Opportuna etiam cõtra tentationes & defectus eorum adhibenda ſunt remedia, modo conſtet quod ad Reli-

gionem noſtram ſint bene vocati, & exercitiis eius ſat apti, tuncque non niſi ad extremùm ſunt dimittendi.

12. Quandoque hac in re abuſus interuenit non tolerandus, cùm ſcilicet vel plerique ex communitatibus, vel ſaltem ſuperiór aut magiſter Nouitiorum, præ nimio quem habent zelo pro bono Religionis, (nec omninò ſecundùm ſcientiam, iuſtitiam & prudentiam,) adeò acuti nouitiorum cenſores euadunt & rigidi ad eos admittendos ad profeſſionem, vt ex maximò numero valdè paucos retinendos eſſe cenſeant: ex triginta, verbi gratia, vix duodecim; ex viginti, vix octo, idque non ſemel accidiſſe certum eſt.

13. Bono equidem animo id factum eſſe credendum eſt à perſonis piis, vt potè quæ exiſtimarent ſe obſequium præſtare Deo & majori Religionis bono conſulere; ſed tẽperamento & moderamine zelum iſtum egere vix eſt vllus qui non fateatur. Iis certè aptè conuenit diuinum iſtud oraculum quo monet ſapiens, *non multum iuſtum eſſe oportere quempiam, nequè plus ſapere quàm neceſſe eſt, ne obſtupeſcat.* Optandum eſſet equidem vt non alij iuuenes admitterentur apud nos, quàm quales Nabuchodonozor Rex Babylonis deſiderauit ad ſe adduci de filiis Iſraël, vt ſtarent in Palatio ſuo, nempe *in quibus nulla eſſet macula, decoros forma, eruditos omni ſapientia, cautos ſcientia, & doctos diſciplina:* ſed quandoquidem, vt rectè monet author quidam recens, adeò perfectos nec recipere, nec inſtituere valemus; ſtudendum eſt, vt minus imperfectos habeamus, ac de Dei miſericordia ſperanda ſunt auxilia gratiæ quæ defectibus noſtris ſuppleant, & requirenda media quibus Religio in ſua puritate ac perfectione conſeruetur quantùm humana patitur infirmitas.

14. Sed præterea iuuat obſeruare circunſtantias quaſdam quæ hac in re ſat frequenter obtigerunt.

Prima eſt, quod ex paucis illis, qui ex maximo Nouitiorum numero admiſſi ſunt ad profeſſionẽ, vix adhuc media pars viſa eſt reſpondere perfectè expectationi quàm ſiue magiſter eorum, ſiue alii de eorum perſeuerantia ac progreſſu in perfectione conceperant. Secùnda eſt, quòd ex iis qui reiecti fuerunt, quando aliqui perſeuerauerunt in ſuo priori propoſito, ac denuò ad ſuam inſtantiam admiſſi ſunt apud nos, poſtquàm nouo peracto probationis tempore profeſſionem emiſerunt, non tantùm optimi fuerunt Religioſi; ſed & inſignes multis in rebus quæ veram obſeruantiam ac perfectionis incrementum ſpectant: Licet, vt ipſimet liberè confeſſi ſunt, non aliter ſe geſſerint ſecunda vice, quam prima. Tertia circunſtantia eſt, quod ex iis qui eiecti ſunt ex noſtris Nouitiatibus, non pauci vel tranſeuntes ad alias Ordinis noſtri Prouincias Reformatas, vel confugientes ad alias Religiones, poſtquàm ritè exercitati ſunt in Nouitiatu, digni habiti ſunt qui admitterentur ad profeſſionem abſque difficultate, & eâ emiſſâ, adeò ſe religioſè & ſtrenuè geſſerunt, vt alios in virtutum exercitiis ſuperauerint, & ad maiora officia aſſumpti fuerint, in quibus florere viſi ſunt, atque Religioni ſuæ maximo cum fructu & honore inſeruire.

14. Ex his igitur facilè concludendum quod ex frequenti aſpirantium ad Religionem noſtram repulſa, vel expulſione è nouitiatu, maximum interuenit plerumque damnum Religioni, indeque arguenda eſt nonnumquam magna cæcitas & imperitia in perſonis quæ nouitiorum inſtructioni deſtinatæ ſunt. Immò etiam commune tunc Prouinciæ regimen minùs probandum eſſe videtur, eò quod ſuperiores non ſatis cautè attendant & proſpiciant damnis quæ indè emergunt. Cæterùm neceſſe eſt abſolutè vt non tantùm

eiiciantur qui imperfectionibus inſtituto noſtro repugnantibus affecti ſunt; ſed etiam qui eâ indole ac genio præditi ſunt, a quo Religioni aduerſus quiſpiam caſus aliquando immineat ſaltem probabiliter: tuncque nulla vel familiæ a qua oriundi, vel affulgentis lucri temporalis, vel dotis cuiuſpiam etiam notabilis coſideratione detineri debent: bonum enim commune Religionis, alteri cuilibet rationi & commodo abſque dubio anteponendum eſt.

16 Danda etiam opera vt nunquam ad profeſſionem admittatur cui praua aliqua paſſio, maximè vero ex iis quæ ſedem habent vel originem in naturali corporis conſtitutione, vel vehementius menti eius dominetur. Quamuis enim ille valdè piè in Deum affectus videatur, eamque domare contendat in nouitiatu; nihilominus quia vt ætate prouehimur primus deuotionis ardor plerumque deferueſcit, reaſumptaque aliquatenus priſtinæ libertatis dulcedine ſic irretiamur vt nec vis diuini amoris, nec virtutis de ſe multùm amabilis ſplendor præualere queant, quin ad mores ſuos priſtinos & peſſimos natura ſæpiſſimè redeat: propterea diligenter attendendum eſt ad eiuſmodi vitium & firmiter adherendum iis quæ de qualitatibus recipiendorum præſcripta ſunt in conſtitutionibus.

17. Quia etiam defectus quidam, ſeu naturæ propenſiones vel à familia, vel à patria hominibus ineſſe conſueuerunt, quibus oriundi & indigenæ inficiuntur, etſi qui ita ſe habent, non niſi magna cautione adhibita indui debeant; non propterea reijciendi ſunt omnes, nec generale faciendum decretum de nullis indè admittendis; cùm experientia conſtet pleroſque ex certis locis apud nos malè notatis, in alijs celeberrimis Religioſorum familijs ſatis libenter & abundanter admitti, in quibus non tantùm non ſunt magis

imperfecti & minus apti ad Religionem quam alij; ſed & ſat frequenter florere atque tàm in ſcientijs quàm in pietate cæteris inſigniores viſi ſunt euadere.

18. Demum, cura maxima adhibenda eſt vt continuò ſat copioſus nouitiorum numerus adſit in Conuentibus eorum inſtitutioni deſtinatis, non tantum in Prouinciis quæ carent Religoſorum numero ſibi neceſſario; ſed & in iis in quibus etiam ſuppetit. Cum enim regularis diſciplinæ vigor pendeat a competenti Religioſorum numero ſingulis in Conuentibus neceſſario; quorum etiam perpetuò nonnulli vel morte abſumuntur, vel ſenio & infirmitate inutiles redduntur ad religioſa munia obeunda; niſi ex nouitiatibus continuò ſuccedant noui tyrones, qui eorum loca occupent & ſuppleant vices, Religionem defluere neceſſe eſt, & paulatim perire. Verbo dicam, cuiuslibet Reformatæ Congregationis perfectam inſtitutionem, progreſſum, firmitatem ac ſplendorem ex ſat copioſo & continuo Nouitiorum cœtu atque optimâ eorum inſtitutione certum eſt dependere.

CAP XIV.

Qua ratione nouiter Profeſſi in Seminarijs ſunt exercendi, ac in virtute corroborandi.

1. PRouerbium eſt, inquit ſapiens, *Adoleſcens iuxta viam ſuam, etiam cum ſenuerit non recedet ab ea.* Hoc eſt, quam quiſque ab adoleſcentia ſua vitæ viam inire cœperit, & eam non ſtatim deſerens, ſtrenuè proſecutus fuerit; nec temporis diuturnitate, nec per ætatis ſenectutem ab eâ recedere compertum eſt. cuius

etiam axiomatis ſacri veritatem alio ſenſu allegorico venuſtè ſatis vetus quidam poeta hoc expreſſit verſiculo.

Quo ſemel eſt imbuta recens ſeruabit odorem
Teſta diu.

Nempè quia quô tenerior eſt naturæ conſtitutio in adoleſcentia, eò faciliùs flectitur & inducitur ad quodlibet vitæ genus amplectendum, cuius etiam habitus quaſi in naturam conuertuntur. quando etiam mens humana in teneris vitæ annis quaſi noua, & tanquam vas recens adhuc vacua exiſtit; oblatos primitùs liquores ac odores in ſe facilè recipit, imbibit, & quaſi in ſe tranſfundit, ita vt fiat vnum ex ijs compoſitum, quod vix aut nunquam ſit diſſoluendum.

2. Ex hoc igitur ſapienti ac diuino oraculò facilè colligitur, quod optimus cuiuslibet Religioſi vitæ ſtatus ac decurſus integer, pendet maximè ex primâ qua cœperint via incedere in Religione, & ex primis quæ hauſerint perfectionem ad capeſſendam documentis. Etſi verò Nouitiatus tempore quo plerique in adoleſcentia probationi Monaſticæ ſe committunt, id fieri incipiat; quia tamen tunc abundè eſt quod a ſeculo mentem auertant, tentationes ſuperent, vitiorum radices euellant & firmum concipiant propoſitum Deo ſe totaliter conſecrandi, quod per profeſſionem votis confirmant; ſupereſt vt id ſtatim operis veritate adimplere ſtudeant, & continuò inſiſtant traditis ſibi in nouitiatu documentis: qua in re eò maior adhibenda eſt cura & fidelitas, quo virtute adhuc debili præditi ſunt, & natura donati valdè fragili, atque multò magis ad malum quam ad bonum prona.

3. Propterea neceſſe iudicauimus Conuentus quoſdam Seminariis deſtinare, in quibus noſtri iuniores alumni poſt emiſſam profeſſionem biennio retinentur

virtutibus accuratè imbuendi : nullomodò permittentes vt in alios Conuentus vnquam diſpergantur, vndè diſſolutionem ipſorum, ac fortaſſe perditionis initium ſumendum eſſe credimus.

4. Præter priuatum & quidem maximum fructum quem noſtri iuniores profeſſi inde reportant, aliud non minimum Religioni commodum obuenire comperimus. Cùm enim ſatis exploratum habeatur vſu quotidiano vitam regularem in noſtris Conuentibus abſque competenti iuniorum ad omnia minora officia ritè obeunda numero vigere vix poſſe; propterea collocare ſtatuimus in monaſteriis in quibus vitæ regularis curſus noctu diuque teneri ſtrictius poteſt & debet, vel Nouitiatus exercitium, vel Profeſſorum Seminarium, vel ſtudentium Collegium, quorum ope vitæ regularis exercitia ibi ſubſiſtere queant & florere.

5. Maximè etiam quantùm ad iuniores profeſſos, diligenter proſpicimus vt non maneant niſi in ijs Conuentibus, vbi preces matutinæ indeſinenter media nocte recitentur; vbi cùm grauitate canonicum ſoluatur officium; ſingulis diebus vel ſat frequenter maiores miſſæ decantentur, ritusque cæteri accuratiſſimè ſeruentur: nec vſquã eos degere permittimus in Conuentibus, vbi propter anguſtiam ædificiorum, & domorum penuriam aliudue incommodum hæc omnia deeſſent.

6. Vt vero tam copioſus profeſſorum numerus quem ſuſtinere valent monaſteria, ſimul cogendus eſt, quantum aliundè ſtatus Prouinciæ id permittit; ita nulla ſeminarii domus minus ſex conſtare debet fratribus, quæ hoc ſaltem numero, ni plures adſint, in omnibus vitæ regularis oneribus ſuſtinendis leuamini ſibi ſint inuicem & exemplo.

7. Prætcr regularem Superiorum localium, ſui ſque muneribus congruam in profeſſis inſtituendis, quàm adhibere debent vigilantiam, R. admodùm P. Prouincialis ex definitorum conſilio, priuatum aliquem perfectæ virtutis atque ad illos dirigendos probatæ induſtriæ ſingulis in ſeminariis præficit, qui comprimis eorumdem operibus inuigilet, & cunctis obſeruantiæ regularis actibus præſens, defectus opportunè corrigendos deprehendat.

8. Director iſte frequentiſſimè à prandio ſeorſim à Patrum Societate, ſeminariſtis ſpatiantibus comitatur, de virtutis exercitio & obſeruantia regulari, aliiſque rebus pijs cùm ijs collocuturus. Hic etiam cùm eis foras progreditur ad ambulationes, quæ relaxandi animi & valetudinis curandæ cauſa interdum conceduntur, vt eorum mores in opportuniori iſta ſenſibus indulgendi occaſione agnoſcat, & de admiſſis defectibus poſteà moneat.

9. Habetur ratio vt ex vtroque nouitatu eodem tempore aut non multò poſt, profeſsi ad eadem peragenda exercitia in vno è conuentibus ad ſeminaria destinatis collocentur, quô etiam director eadem ſimul omnibus tradere valeat documēta, & facilius eos erudire.

10. Curat maximè præfectus ille, vitiorum & virtutum naturam eos docere, cohærentes circunſtantias vel declinandi, vel amplectendi modum demonſtrat; caſus & occaſiones prænotat in quibus ſiue in Clauſtris ſiue extra magis frequentes delinquendi occaſiones occurrunt. Demùm ad purgatiuam & illuminatiuam vitam conducentia tradit media, vt paulatim ad vnitiuam progrediantur. Quapropter duobus tribuſue diebus per Hebdomadam tempus aliquod conſtituit, quo fratres ſeminariſtas ad lectionem ſpiritualem iſtis de rebus audiendam congregat.

11. Inſuper

Digitized by

11. Inſuper, præter diem quo prior localis in capitulo omnium culpas audit & redarguit, prædictus director fratrum defectus ſemel intra hebdomadam ex eorum ore excipit in priuato oratorio, quorũ originem & medicinam eis ſimul indicans, pœnitentiam clam aut palàm pro arbitrio adimplendam imponit. Cuique etiam pro defectuum ratione mortificationes iniunguntur in earum emendationem ac virtutum oppoſitarum exercitium.

12. Iiſdem etiam fratribus ſingulis ferè hebdomadæ diebus hora vna pomeridiana conceditur ad Cantum ſimul & Eccleſiæ ceremonias ac ad alia officia perdiſcenda; vt potè hoſpitalarij, infirmarij, Acolyti & in refectorio lectoris: atque etiam vt quæ pertinent ad morum integritatem & vrbanitatem, tum domi tum foris obſeruandam maturè diſcant, præcepta moralia humanitatis & monaſticæ honeſtatis quæ alio in libello compoſuimus, ipſis legit, explicat & commendat.

13. Cùm primo Seminarij anno non literarum humaniorum nec ſublimioris ſtudio ſcientiæ, ſed piorum librorum, maximè verò Sacræ Scripturæ lectioni vacare debeant, comprobamus, & præſertim ætate ac Doctrina prouectis ſuademus vt ſingulis diebus ad horam ſibi præfixam Scripturæ Sacræ lectioni incumbant, & aliquam eius notitiam habeant, indeque ſpiritualem incipiant haurire conſolationem.

14. Illis primùm ordo & omnium biblici codicis librorum tituli adnotandi proponuntur, quibus generalis eorum quæ in ſingulis continentur, notio adiungitur. frequens etiam lectio librorũ ſapientiæ, prouerbiorum, Eccleſiaſtes & Eccleſiaſtici commendatur, quorum præclariſſimas ſententias vt memoriter diſcant adhortantur.

15. Suadet etiam idem director vt creberrimè euolu-

tas D. Pauli epiſtolas memoriæ commiſſas identidem ſecum repetant, nempe quia non tantùm aptiſſima ad virtutem ſibi comparandam documenta continent; verum etiam perutilis ad omne miniſterium ſcientiæ ponunt fundamenta. Permagni etiam intereſt vt Noui Teſtamenti lectioni incumbant quantum poſſunt, quô totius Euangelicę hiſtoriæ & actuum Apoſtolorũ ideã habeant. Iſtam porro exercitationem plurimo eſſe fructui & ſuauitati noſtris, eoſque blandè ab otio, tędio & futilibus occupationibus abſtrahere ſumus experti.

16. Diſtincta methodus in noſtrorum iuuenum promotione ad linguarum ſtudia abhibenda quæ ſecundo Seminarij anno fieri debet, ideò hic á me prætermiſſa, poſtea ſubiungetur, vbi de modo quo in ſtudiis verſari debeant ſermo erit.

17. Etiam ſi propter illa exercitia fratres ab officijs in tabella communi ex ſuperiorum ordinatione diſtributis immunes fieri nullatenus debeant; tamen directores eorum præuidere debent ne quid eis committatur quod eoſdem ab alijs munijs ſtatui ſuo proprijs amoueret, tempuſque ad res quæ doceri debent capiendas neceſſarium præriperet.

18. Iis etiam de cauſis rariſſimè in vrbem, aliôuè profecturis dantur in ſocios, maximè vero quando alicuius delectamenti aut officioſæ ſalutationis gratia in quibus tempus non modicum teritur, alijs permittitur egredi: ſed tantũ ad & pietatis Charitatis, atque officia & ad res communes tractandas in ſtatutis deſignatas alijs ſocijs deficientibus, comites adhibeantur.

18. Et quia fratres iſti præſertim ad vitam regularem in Choro & in Conuentibus fouendam, pleriſque antiquioribus Religioſis interea domi & foris ad alia munia addictis, ſunt conſtituti; nunquam quæſtuandi cauſa, niſi duo vel quatuor ad ſummum vna quaque vice,

Digitized by Google

ſenioreque ſingulis adiuncto rus petere debent, quorum quiſque quindecim aut viginti diebus elapſis domum ſeſe coram Deo recepturus reuerti tenetur, & dimiſſis pariter alijs eorum ſocijs qui domi remanſerant, tantùm temporis, nec amplius eo in exercitio ſuccedere poterunt.

20. Quot annis dies decem continuos interioris vitæ exercitijs accinguntur, per quos à directore perfectam ſui cognitionem edocentur, & quem in perfectionis acquirendæ ſtudio progreſſum fecerint optimè dignoſcitur.

21. Si qui perſpiciantur aliquo ſat graui laborare vitio, aut aliqua inueterata imperfectione affici quæ ipſos à proſequenda cùm fructu virtutis via præpediret: vt ſi appareant minus deuoti & vitæ ſpiritualis exercendæ parum ſtudioſi; ſi diebus ipſis deſignatis ad pœnitentiæ & Communionis Sacramenta non accedant; ſi non ſatis humiliter & benignè ſuſtineant accuſationes & reprehenſiones ſibi factas à ſuperioribus ſuis & directoribus, nec ſatis compuncti appareant; ſi poſt reiteratas ſatis frequenter monitiones non ſe corrigant; ſi detractores famæ alienæ, paciſque fraternæ perturbatores; ſi nimium tenaces, turbulenti, iracundi, inſolentes & rebelles; ſi vagi & diſſipati, egrediendi foras; & cum ſecularibus conuerſandi nimis frequentes quærant aut arripiant occaſiones; ſi ſæpiùs à choro diù noctuque & à communibus vitæ regularis actibus præ inertia & libertate nimia abeſſe conſueuerint.

22. Tunc non modo ſtudijs applicandi non ſunt, ſed nec ad minores ordines promouendi, antequam ritè conſtet de eorum emendatione, ſitque locus benè ſperandi de eorum in profeſſionis Religioſæ obſeruantia requiſita perſeuerantia: non enim æquum eſt vt ad ſcientiarum prouehantur ſtudia, qui ex negligentia ni-

mia, propriæque ſalutis incuria non proficiunt in ſtudio virtutis & perfectionis: ne dum filios in Religione alere ſtudemus qui partes eius ritè ſuſtineant & iura ſtrenuè protegant; eorum aduerſarios & deſtructores per vitæ ſuæ licentioris actus ſubſtituamus.

23. Demùm in Seminariorum Conuentibus virtute ſatis præditos ad iuniorum iſtorum fratrum exemplum ineſſe conamur: & ſi qui ſint ſecus tolerandi; illos monemus (ne locum habeant ſcandali) vt non illorum facta reſpicientes, virtute præſtantiſſimos imitentur, & leges ſibi traditas, prout præſcriptę ſunt, vt decet, obſeruent.

CAP. XV.

Orationis mentalis exercitationibus omnibus & ſingulis præcipuè incumbendum.

1. INter præſtantiſſima vitæ regularis principia quibus velut inconcuſſis columinibus noſtra innititur obſeruantia, orationis mentalis & diuinæ contemplationis exercitium principi loco habetur. Enimuerò licet Ordinis noſtri prophetici genius contemplatione & actione conſtet, quemadmodum nihilominus in ſingulis quæ ex diuerſis in vnum conflantur, pars nobilior inſtar formæ totum in ſpęcie conſtituit, à qua etiam denominationem ſortitur; Ita pars inſtituti noſtri præſtantior eſt, haud dubiè, Orationis ſeu meditationis exercitium, imò quaſi corporis noſtri myſtici anima & vita habendum eſt.

2. Non itaque dies noctesque ſtudijs incumbendo;

non docendi ſubtilitate, & in publicùm rectè perorandi facultate; non voluminum elucubratione; non proximorum res priuatas, aut Ordinis publicas ad omnium vota conficiendo; non etiam omnino Eccleſiaſticorum officiorum debita perſolutione, nec ipſa etiam vitæ regularis feruida obſeruantiâ; ſed cogitationum affectuumve recollectione, intima mentis ad Deum conuerſione, rerum cæleſtium contemplatione & iugi cum Deo in cordis penetralibus conuerſatione veros euadimus in Carmelitas. Procul dubio exteriora illa quia ex ſe bona ſunt, & Ordinis noſtri actibus iam inſerta ab Eccleſia, prætermittenda non ſunt; ſed poſtponenda interioribus, vt potè Corporis Carmelitici principijs eſſentialibus, ex quibus ipſius natura conſtituitur, iiſque ſublatis eo ipſo deficit & euaneſcit.

3. Quamuis itaque cœtus Carmeliticus, in præſenti rerum ſtatu, vnus ſit ex quatuor mendicantibus Ordinibus, qui fidei Catholicæ propagationi, & proximorum ſaluti ex Eccleſiæ inſtituto debent incumbere; non decet tamen Carmelitas more aliorum Religioſorum, ſed longè diuerſo ea obire munia. Memores etenim ex primæua ſua inſtitutione ſe ſolitarios, eremorumque exiſtere incolas; exinde ſe teneri agnoſcant maximo ſolitudinis amori, ſilentio delectari, recollectioni internæ & orationi mentali præcipuè incumbere: nec debere occupationes illas ad extra, ſimiliaque exercitia conſectari aut propria ſponte aſſumere; ſed tantùm in quantùm iubent ſuperiores, aut exigit fidelium neceſſitas.

4. Hac nempè ratione noſtri Patriarchæ Prophetæ Elias, & Eliſæus, eorumque Alumni filij Prophetarum, Carmeli in antris aliiſque in locis deliteſcentes, *ſedebant & tacebant, eleuantes ſe ſupra ſe*; atque res omnes creatas tranſcendendo, ſummo bono intimè ad hærere

ſatagebant; ita tamen vt aliquando foràs erumperent cælestium Oraculorum præcones, hoſtes vitiorum, vnius Dei cultus propugnatores acerrimi, vt pluribus exemplis in libris Regum adductis comprobatur. Horum etiam veſtigijs ſubnaſcentis Eccleſiæ primordijs ſui poſteri accuratè inſtiterũt, & deinceps tritam hanc ab iis viam conſtanter tenuere, ad noſque traduxerunt.

5. Primitiuo itaque illo genio imbuti Carmelitanæ Congregationis noſtræ commilitones, internam cum Deo Conuerſationem vt primam & optimam inſtituti ſui partem amplectuntur: Vnde à negotijs triciſque ſecularibus abſtinere edocti, nec munia exteriora etiã pia, auidè conſectantur, licet mandantibus ſuperioribus, aut Charitate exigente ea neutiquam detrectent: tùm jis ritè functi, quamprimùm receptui canunt, vt ad ſibi abreptas diuinæ conuerſationis delicias citius reuertantur.

6. Cæteri aliorũ Ordinum Religioſi operibus externis addicti, quamuis eadem, motu animi eodem; non tamen eodem intuitu, ac Eliani inſtituti aſſeclæ obeunt. illi enim quia ex primigenia inſtituti ſui ratione ſalutem animarum ſpectant, hìs in laboribus quatenus ex Charitate ſuſceptis ſuæ cumulum perfectionis reponunt; iſti verò eam ex intima ad Deum adhæſione primùm repetunt, deinde verò & nonniſi ſecundariò ex auxilijs proximo ad ſalutem conſequendam exhibitis.

7. Propterea Chriſti Saluatoris ad Martham verbum rectè Carmelitis Conuenire videtur, dùm eam arguit quod nimiùm ſollicita eſſet, & turbaretur erga plurima, cùm vnum eſſet neceſſarium, *Maria* inquit *optimam partem elegit* (meditationis ſcilicet, intimæque cùm Deo adhæſionis) *quæ non auferetur ab ea.* Ita Reformationis noſtræ Alumni, rati obſeruantiæ ſuæ, immò &

Communis Ordinis inſtituti, internam cum Deo conuerſationem eſſe partem optimam; cæteris omnibus ſibi ducunt eſſe anteponendam, nec vllis vnquam curis ab eius exercitio eſſe omninò retrahendos, ſed aſſiduè ad inſtar Patriarchæ ſui Eliæ, in præſentia Dei ſibi ſtandum eſſe & ambulandum.

8. Aliud etiam ſequitur ex oratione mentali quô ipſius deſiderio accendantur, magni pretii emolumentum, Religioſæ nimirum diſciplinæ in cœnobiis diuturna conſeruatio, & conſtitutarum ad eam ſanctionũ obſeruantia. Decet profectò viros Religioſos vigiles eſſe & fideles in traditarum ſibi legum obſeruantia; at id ritè præſtare nequeunt, niſi, vt ait pſalmiſta, *eorum voluntas ſit in lege Domini & in lege eius meditentur die ac nocte:* quod & Carmelitis ex ſpeciali Regulæ ſuæ præcepto præcipuè incumbit. eoſdem Zelo & feruore plenos eſſe conuenit; at eiuſmodi ignem & ardorem non niſi meditationis beneficio excitandũ eſſe in cordibus eorum idem docet pſaltes Regius, dum de ſe ait, *& in meditatione mea exardeſcet ignis.*

9. Huic etiam veritati conſonat illud ſolemne Apoſtoli effatum, *ſpiritualis homo iudicat omnia, & à nemine iudicatur.* ſpiritualis homo, vt alibi explicat idem Apoſtolus, ille eſt qui Deo, qui Spiritus eſt, mente adhæret, & vnus cum eo ſpiritus efficitur. eiuſmodi vir non humano ſed diuino cenſetur animatus ſpiritu, eius & non proprio, agit impulſu, cum in ſecreto quaſi ad aurem audit loquentem, qui torpentem excitat ad agendum, qui clamat nonnunquam velut Pater, & quaſi gemitibus exorat vt ad optima quæque ſe conuertat.

10. Si ergo quiſpiam Dei ſpiritum ita propriæ menti illapſum & loquentem in anima ſua fideliter audiat, quod maximè præſtatur meditationis tempore; verè & benè iudicat omnia, cum infuſo deſuper lumine

cordis omnes ſcrutatur anfractus, conſcientiā examinat minimas quaſque diſcutit feſtucas, aliquantum imperfecta corripit rigidiſſimè, ſuique extat iudex deprecanti naturæ inexorabilis.

11. Sed *nec iudicatur à nemine*: non enim comperendinatur dùm prælatus ipſum vrgeat, ipſi Religionis leges & ſtatuta denunciet, & inuitum ad quam refugit cogat diſciplinam; verè enim eſt ſibi lex. non ſtimulis ipſi opus eſt, quibus incitetur ad bona, non freno quo retrahatur à noxiis, non reprehenſionibus in capitulis, aut correctionibus vt negligens excitetur & renitens impellatur ad officium: amore fertur quocunque diuinus ſuggerit ſpiritus, & quidem rapido velut pondere: amori ſeueriſſimo ſimulque ſuauiſſimo Magiſtro pœnas perſoluit, etiam acerbas: eius iugo ſe ſubmittit, & legibus illius obtemperat: enim verò perſpicit intra ſe, conſcientiæque ſuæ teſtimonio irrefragabili agnoſcit, quantùm Deo debeat, quanta Dei ſint in ſe beneficia, quibus ita commouetur, vt non incitamento, ſed moderamine poſt hæc ſæpè indigeat.

12. Prætera conſtat apud omnes vitæ ſpiritualis & Aſceticæ magiſtros quod ſicut Oratio neceſſarium eſt & quaſi vnicum à Deo nobis conceſſum inſtrumētum, quo beneficia diuina in hac mortali vita nobis neceſſaria procuramus, & obtinemus; ita meditatio ſeu contemplatio, quæ ſingulari cùm excellentia Orationis nomen ſibi vendicat, effectum iſtum dignius operatur, nihilque efficacius adhiberi poteſt ad maximos in virtute progreſſus faciendos. Quod vt ritè probetur, placet huc tantum adducere verba B. Ioannis cognomine Climaci quæ veriores Orationis characteres ac præcipua emolumenta quaſi compendio exprimunt. *Oratio*, inquit, *eſt Dei & hominum coniunctio, virtutum fons, gratiarum miniſtra, nutrimentum animæ; mentis illumi-*

natio;

natio; Monachorum diuitiæ, ſolitariorum Theſaurus, ſpeculum profectus.

13. Inde eſt etiam, quòd nouiſſimé vir quidam noſtræ ætatis doctrina, pietate & Religione inſignis, interrogatus quænã media ad Religioſam perfectionem magis cõducebant; quæ nam eſſet via ad eam aſſequendam magis expedita & certa? reſponderit, ſtatum ſpiritualem cuiuſlibet Religioſi conſiderandum eſſe & diiudicandum ex modo quo ſe gerit in exercitio orationis mentalis & internæ cum Deo conuerſationis. Si ei vacat aſſiduè quantùm debet, fideliter quantùm poteſt & feruenter; certiſſimè euadet, apparebitque ſemper pius, deuotus, modeſtus, tranquillus, muniorum ſuorum diligentiſſimus obſeruator, atque perfectionis ſuæ ſtudioſus zelator. Si verò raró adſit & vacet meditationi, tempore quo ab omnibus ſimul fieri præcipitur; aut ſi ibi non accedit cùm debita præparatione; ſi ibi præſens ſit corpore, & mente vagetur in rebus vanis; ſi cùm tædio & perpetua diſtractione huic ſancto incumbat exercitio, cò quod alijs curis & negotijs plerùmque nimis ſecularibus occupatus ſit, & perpetuò fere implicatus; conſequenter non niſi indeuotus, immodeſtus, diſſipatus, perfectionis ſuæ, immò & virtutis parũ ſollicitus; demùm fere omninò irreligioſus apparebit.

14 Harum itaque rationum momento & pondere ritè penſato à patribus noſtris, Reformationem noſtram in hac ſacra exercitatione vt præcipuo inſidere voluerunt fundamento. Nec ſuperna pijs hiſce in primigenium Ordinis noſtri Spiritum propenſionibus defuit prouidentia: noſtro enim cœtui iam indè ab incunabulis theodidactos præbuit viros, virtutum omniũ, maximè verò ſacrarum ſecretarumque vitæ ſpiritualis viarum pedagogos exercitatiſſimos, quarum deſideria & ſtudia animis noſtris altius inprimere viua voce & ſcriptis laborarunt.

N

15. Teſtes huius veritatis ſunt plurium è noſtris elucubrationes in lucem editæ, inter quarum Authores non infimum locum occupat venerabilis Frater Ioannes à SanctoSamſone ſimplex laicus, & quidem cæcus à natiuitate, qui ſcientia diuinitùs infuſa potiùs quàm labore acquiſita pollēs, plurima edidit volumina ſcientię myſticæ tantæ eruditionis ac profunditatis, vt illuſtriſſimi, pijſſimi, Doctiſſimique Eccleſiæ Antiſtites ea non tantùm approbauerint atque admiratione digna eſſe cenſuerint; ſed ſibi aſſumpſerint tanquam ſanctiſſimas certiſſimaſque vitæ ſpiritualis quam ſectantur, inſtitutiones ac directiones.

15. His igitur Patrum noſtrorum documentis & exemplis adhærentes, reſtat vt nos cæterique omnes qui in iſtius Reformationis conſortium venerunt, & deinceps acceſſuri ſunt, agnoſcant Ordinem noſtrum (& conſequenter obſeruantiam noſtram) ex primæua ſua inſtitutione deſtinatum eſſe ad orationis mentalis exercitium accuratè colendum; & cùm proinde credēdum ſit Deum ſingulari beneficio, huius ſancti exercitij ſpiritum, quem gratiæ & precum ſpiritum, de quo eſt ſermo apud Zachariam Prophetam, vocare poſſumus, excellenter in eum infundere; vnicuique curandum eſt, vt ei quantum poteſt participet, ac menti ſuæ illabatur quò huic ſancto exercitio præ cæteris dignè vacare queat.

17. Neceſſe eſt proinde vt quæ præſcriptæ ſunt in noſtris conſtitutionibus ad acquirendum ſanctæ huius conuerſationis internæ habitum; & ad eius actus perfectè exercēdos leges, exactè obſeruētur ab vnoquoq;: quales ſunt præuiæ prandio & cænæ atque completorium ſubſequentes conſcientiæ diſcutiones, manè & ſerò ſingulis diebus meditationes ſimul faciendæ, præſentiæ Dei continua vbique attentio; ſingularum actio-

num per mentis in Deum eleuationem directio: quibus fere omnes Religioſi, maximè verò Conuentuum officiarij, addere conſuerũt quotannis per decem dies magis accurata recollectionis exercitia, nempe vt multarum orationum intermiſſionibus, diuerſiſque mentis euagationibus quibus expoſiti ſunt, ſuppleant, & noua lumina, nouaque propoſita de emendatione vitę & virtutis augmento, fõrment.

18. Cùm verò ex ſacro ſapientię diuinæ oraculo, conuerſatio animæ cum Deo, quæ meditationis tempore magis perfectè exercetur, *non habeat amaritudinem, nec tædium conuictus illius, ſed lætitiam & gaudium*; interno certè mœrore affici debent ij ex noſtris qui ad hoc tam ſanctum Orationis mentalis exercitium Carmelitis quaſi connaturale & neceſſarium, ſe adeò parùm propenſos & addictos ſentiunt, vt ad eam tanquam ad acerbum mentis tormentum accedant, ibique continuas experiantur anxietates, à quibus nituntur ſe liberare per vanas & inanes cogitationes quas vt plurimum integro meditationis tempore voluunt in animo: vnde propterea de ijs verè dici poteſt ſicut de alijs Pſaltes Regius, *quod oratio eorum ſit eis in peccatum.*

19. Certè qui ex Carmelitis verſantur in hoc peſſimo ſtatu conſcientiæ, maximo timore affici debent ac doloris interni compunctionibus agitari, eo quod eam quæ decet de oratione mentali æſtimationem non habeant, nec ad eam propenſionem, ſed potius auerſionem ab ea aut alienationem in ſe ſentiant; ideoque hoc ſanctum Dei donum poſtulare debent humiliter à Deo, de ſua parte ritè diſponentes ſe ad illud obtinendum, vt eo ritè vtantur. Quia vero ea quam ab oratione mentis alienationem ſentiunt nonnulli, prouenit communiter ex nimia ſenſuum & potentiarum animæ rebus in creatis effuſione, ex nimis frequenti conuerſatione

cum ſecularibus, & negotijs externis implicatione; ijs inprimis vel abſtinere, vel ſaltem modum imponere ſtatuant, recollectioni ſæpius vacantes: tùm vitæ regulari magis incumbant, ac librorum piorum lectioni ſerio vacent frequentius.

20. Quia etiam certò conſtat quod labor ſeu difficultas quam plerique experiuntur in exercitio Orationis mentalis prouenit ſæpè ex eo quod ad illud accedunt abſque præparatione materiæ circa quam meditari debent; Reformationis noſtræ Alumni ab ipſo nouitiatus ingreſſu edocentur, & perpetuò eis commendatur vt ſolliciti ſint maturè præuidere ſingulis diebus, atque diſponere materiam circa quam proponunt meditari: quod & præſtare ſolent poſt completorium & matutinum pro oratione matutina, & paulò ante veſperas pro ſerotina.

21. Quia verò plerique ſunt inter Patres antiquos qui ob continuas occupationes quibus per diem implicantur, orationis ſuæ ſeu meditationis materiam præuidere atque præparare nequeunt; ideoque vix vllum reportare poſſunt fructum ab oratione facta ſine præparatione; immò timendum eſt ne Deo magis diſpliceant, iuxta ſacrum iſtud Eccleſiaſtici documentum, *ante orationem præpara animam tuam, & noli eſſe quaſi homo qui tentat Deum*; eorum probanda eſt & ſequenda conſuetudo quam in Prouincijs Narbonæ, & vaſconiæ, atque in Conuentu Pariſienſi maiori & alibi paſſim vigere vidi, vbi publicè in Choro, ſeu loco in quo Oratio mentalis fieri ſolet ab omnibus ſimul congregatis, leguntur ex aliquo libro pio & compendiosè proponuntur duo aut tria puncta, circa quæ verſari poſſunt in ſua meditatione.

22. Præterea, quia ſpecialis eaque facillima meditationis faciendæ methodus inſtituta eſt apud nos, ſele-

ctaque ſunt ſubjecta, tùm circa myſteria diuina & feſtiuitates quas Eccleſia celebrat, tùm circa veritates Euangelicas quæ ſtatui noſtro magis congruunt, & ad religioſam perfectionem promouendam magis apta ſunt, quàm quæ alijs in libris paſſim ea de re conſcripta ſunt: ita etiam diſpoſita sũt quęlibet ſubiecta vt miniſtrent materiam meditationis ſingulis anni diebus faciendæ mane & veſpere; curare debent Confratres noſtri vt vbique ea habeant ad manum & continuò ijs vtantur.

23 Abſit vt Confratres noſtri occaſionem aliquam quærant, vel oblatam nòn niſi ægrè acceptent, diſpenſandi ſe ab Oratione mentali, maximè vero matutina: perſuaſi ſunt enim Orationem mentalem idem esse animæ quod cibus corpori: & ſicut diebus ſingulis communiter ei præberi ſolent dapes vt vegetum ſubſiſtat & ijs defficientibus debilitari, languere & tandem emori cernimus; ita accidit animæ quæ orationis dapibus quotidiè non paſcitur.

24. Hinc eſt etiam quod qui apud nos ſancti huius exercitij fideles ſunt cultores, quando ob neceſſarias occupationes, ei cum alijs vacare non potuerunt, partem aliam temporis eiuſdem diei ab alijs negotijs minoris momenti aſſumere ſolent quo ei ſe applicent & reſarciant, quantum fieri poteſt, quam prius jacturam fecerunt.

25. Demùm, ſicut apud nos multùm æſtimari ſolent ac in ſingulari reuerentia haberi ii qui Orationi mentali verè addicti, atque internæ cum Deo conuerſationi videntur magis attenti; vnde etiam eos, cæteris paribus, præferendos eſſe cenſemus alijs in adminiſtratione officiorum, maximè vero quæ curam Animarum ſpectant & quæ inſtruendæ iuuentuti ſiuè in moribus, ſiuè in ſcientis deſtinata ſunt; ita è contrariò qui ſan-

ctum iſtud exercitium non tantum non colere, ſed nimis negligere videntur, etſi alijs talentis Religioni vtilibus non deficiant; non ſatis bene audiunt, vt de eorum virtute magna concipiatur opinio ſpeſque habeatur vt ab eis quidquam magni commodi Religio conſequi debeat.

CAP. XVI.

Zelus Diuini Officij ab omnibus, ſingulis in Conuentibus ſimul in Choro recitandi cum Cantu figurato, & ceremonijs in Ordine conſuetis, ad Reformationis noſtræ inſtitutionem ac ſplendorem viſus maximè neceſſarius.

1. QVia Oratio mentalis, & vocalis duæ ſunt velut germanæ ſorores naturali nexu & fœdere ſociatæ; poſt tradita de priori, vt potè nobiliori, documenta; ritè ſuccedit commendatio dignitatis alterius, eiuſque exercitij, quod maximè conſiſtit in celebratione Officij Diuini.

2. Patet verò ſatis quo ſtudio & affectu diuino Numini cultum impendere debeamus, vel ex nomine quo ſtatæ ad eum finem preces quotidianæ breuiario comprehenſæ communiter appellantur, nempe *officium* ſeu *ſeruitium diuinum*. Cùm enim ſeruorum Dei nomine quaſi per antonomaſiam inſigniantur quotquòt per trium votorum vitæ monaſticæ profeſſionem obſequio diuino ſe mancipant perſonæ, nihilque magis incumbat ſeruo, ſeu famulo quàm vt officii ſui partes impleat

Digitized by Google

erga ſuum herum, ſeu Dominum, in ijs maximè quæ ex natura ſua ſeruitutis nomen habent; reſtat vt pre cęteris viri Religioſi vacare debeant diuino illi cultui, quod per preces ſeu horas canonicas quotidie exhibetur.

3. Et quidem aptè omninò hoc nomen precibus iſtis inditum eſt: quia cùm nullo præſtantiori modo ſeruitutem ſuam erga Deum profiteri & exhibere valeant fideles, quam per adorationem quæ ſupremam eius Maieſtatem, & abſolutum eius Imperium directè colit & veneratur; id etiam optimè perficitur Officii ſeu ſeruicii diuini per preces Breuiario contentas celebratione. In Pſalmis enim, in Canticis, Hymnis, Antiphonis, Verſiculis, & aliis quibus conſtat, nihil aliud continetur, quam quæ à nobis fit per fidem Maieſtatis diuinæ contemplatio; gloriæ ipſius ac nominis exaltatio, laudum eius celebratio; concepta de diuinis attributis admiratio; mirabilium eius operum publicatio; beneficiorum eius cum gratiarum actione recordatio; benedictionum ab omnibus creaturis diuino Numini tribuendarum apprecatio; cordis vocis & mentis iubilus; corporis inclinatio & proſtratio; propriæ demùm puſillitatis atque humilitatis Confeſſio.

4. Hæc certè omnia tantò præſtantiora ſunt humanæ ſeruitutis erga Deum officia, quô certum eſt eadem præſtari ab Angelis & Sanctis omnibus in Cœlis, eoque maiori ſtudio à nobis obeunda ſunt, quô ſunt velut rudimenta, & præludia eorundem omnium actuum, quos cùm illis beatiſſimis mentibus perpetuò in Cœlo Deo exhibere debemus. Propterea etiam nobis hic eo animo pſallentibus adſunt præſentes Angeli, qui nos aſſociant excitant, & iuuant ad *Pſallendum ſapienter*, vt docet Regius Pſaltes, hoc eſt cùm ſapida ſcientia quæ ex mentis attentione, ex verborum notione, & ex

deuotionis inde exurgentis ſuaui & ſapido guſtu pro-manat.

5. Hæc igitur vt facilè perſuadent quibuſuis Religioſis ſed maximè reformatis incumbere vt Officium diuinum quotidie perſoluant in ſuis Eccleſiis cum maxima deuotione; videndum eſt inſuper quomodo id à noſtris ſpecialiter faciendum eſſe iudicatum ſit atque decretum: plurima enim Reformationis noſtrę authoribus ſuadebant, vt abiecta notarum diuerſitate, vno tenore ac de plano cuncta decantarentur.

6. Primùm quidem multi recẽtiores Ordines, & celeberrimæ ex Antiquis Reformationes, præcipuè verò apud nos, R. Patres traditum à Sancta Thereſia inſtitutum ſectantes, qui *Carmelitæ excalceati* vocantur, qui figuratum Cantum in Ordine noſtro conſuetum non ſuſceperunt, ad vnius tenoris æqualitatem in Officii diuini quotidiana perſolutione exemplo ſuo inuitabant. Cùm enim mundi huius ſapiẽtia conſueuerit ea tantùm magni facere, & in pretio habere quæ obſeruari vident ab eiuſdem conditionis hominibus qui fama & æſtimatione ſunt inſigniores; harum illuſtrium Reformationum vt alia exercitia, ita ſimplicem cantum æmulari fortè noſtra debebat Congregatio, vt pari nominis ſplendore gauderet.

7. Plures aliundè rationes particulares ſe ſe offerebant quæ id adhuc efficacius ſuaderent: at ſicut priſcis noſtris patribus ignotæ non fuerunt, & licet vim magnam præ ſe ferre viderentur, eos tamen à figurato cantu obſeruando non deterruerunt; neque à recentioribus cum vt abiicerent obtinere valuerunt. In primis enim Patrum ſuorũ qui in antiquo etiam Teſtamento floruerunt, exempla ſibi ponentes ob oculos, aduerterunt quod licet maxima inter eos ſimplicitas ſemper viguerit; in more tamen poſitum habebant fatidicos verſus

modis

modis muſicis & ſaltem vt plurimum cùm ſymphonia decantare, adeo vt Prophetæ nomen, quo inſigniebantur, pſaltem communiter deſignaret. Inde eſt etiam quòd ſanctus Dei Proheta Eliſæus pſallendi cum ſymphonia ſuauitate ſupra ſe ſolitus in Deum eleuari, Pſaltem citharædum aduocauit, cuius melos mentem ſuam à ſenſibus abduceret, vt futura proſpiciens redactis ſummas ad anguſtias Regibus portenderet.

8. At fortaſſe cuipiam videri poteſt cantum figuratum non tantum repugnare ſimplicitati religioſæ, ſed maxime aduerſari mentis recollectioni & attentioni quæ in oratione etiam vocali quæ fit per pſalmodiam maximè requiritur. Sed aduertat quod pſalmodia non eſt tam humana quam Angelica exercitatio: eſt quippè Seraphici cantus, & gaudij & amoris quo erga Deum ardent in Cœlis & quo pariter Religioſa corda ardere debent in terris viua expreſſio. Duabus quaſi alis oratione ſcilicet externa & interna, cordis & oris volamus ſurſum ad Deum, vt contemplatiui amoris igne in eum transformati vnus cum eo ſpiritus efficiamur.

9. Hunc verò ignem in cordibus noſtris variata excitat pſalmodia, ad aſpectum diuinum mentem eleuat: hoc eſt verè ſapienter pſallere, quod Pſaltes Regius deſiderat, id eſt verè ſapere & ſentire in corde cum ſapore & guſtu ſuauiſſimo quæ ore proferuntur. Et verò excellentiſſima hæc eſt orationis exercitatio, nec vnquam melior eſt oratio quam dùm orans quiſque ſẽtit in corde quod ore profert. Vndè etiam fit vt non aliud orationis exercitium totius Eccleſiæ Religioſiſſimi Ordines Benedictinorum, Ceſtercienſium, Cartuſienſium, alijque nonnulli ſibi à Regulis ſuis obſeruandum habent, ac proinde etiam cantum figuratum in maximo habent prætio, & ex non minus ſancta quam antiqua praxi ei vacant aſſiduè. Vnde etiam authenticè conjicitur quod

non minus ſimplicitati Religioſę quam ſanctitati repugnat.

10. At ſaltem ex nimio labore cantus figurati, tùm corpora, tùm ingenia tædio affici conquereris? certè vno & æquali tenore magis grauari comprobatur, magis enim vocis organa ſubleuat mentemque recreat, modulationis varietas quam vnius tenoris recta cõformitas. Cùm itaque nota non plus ſed fortè minus grauet, nullatenus abjicienda, vt aſſumatur vniſona illa monotonia; & ſi quis à cantu vario nimis laborat, non cantus naturæ, ſed ſuæ ignauiæ aut ſaltem indiſpoſitioni impingat oportet.

11. Figurata ergo Pſalmodia cùm inſtituti Prophetici, atque adeo Carmelitici Ordinis primæua pars atque potiſſima ſit, nulla eſt ex ratione deponenda; & ſicut ab omni æuo noſtro viguit in Ordine, ex quo etiam Eccleſiæ ad obſequium traductus eſt; eò feruentiùs ei nos incumbere oportet quò ſeculares nihil magis noſtras in ædes perlectet quam modulationis ac ceremoniarum noſtrarum Religio. Campanæ in Templa Fideles vocant, at eos diuini cultus piorumque concentuum ibi detinet ſuauitas, quibus idcircò à primis Eccleſiæ temporibus organorum, tybiarum, ſydiumque acceſſit ſymphonia, vnde ſanctiſſimus præſul Auguſtinus ſuaue ſonantis melodiæ adeò vocibus afficiebatur, vt præ diuina dulcedine omnia ipſi commouerentur præcordia, prorumpenſque in lachrymas à quibus non poterat temperare coram omnibus fleret vberrimè, ſed quorſum Regius Propheta ad laudes ſuperni Regis decantandas in tympano & choro in chordis & organo in cymbalis beneſonantibus in pſalterio & cythara quoſlibet eius famulos inuitaret, niſi id pietati maximè conduceret?

12. His igitur ducta rationibus noſtra Reformatio ſi-

gurati cantus & organorum vſum retinet, grauitatem ſeruat, methodum præclaram ad deuotè cantandum pro viribus excolit, inter primas & præcipuas quorumlibet ſuperiorum curas reponit Officij diuini aſſiduam in Choro aſſiſtentiam, ac quantum fieri poteſt præclaram in pſalmodia perſolutionem. Demum certò ſibi perſuadent omnes quod quò magis ſingulis in cœnobiis viget & accuratius peragitur, omni etiam genere bonorum à Deo copioſius cumulantur.

13. Non ea nobis deſunt (Deo ſit laus) quæ populorum opinionem ac beneuolentiam cœtibus religioſis conciliare ſolent vt doctrina, eloquentia, vrbanitas, dirigendarum animarum peritia, proximorumque ſalutis ſtudium quibus in omnibus, aſpirante diuina bonitate haud tyrones noſtri comprobantur, attamē horum nihil æquè ac cantus noſtri præclaram rationem, ceremoniarū decorem, cultus diuini noſtris in ædibus maieſtatem huic Reformationi ad ſplendorem & dignitatem ab initio valere agnoſcimus, quare tamdiù vireſcere ac florere vbique conſpicietur Carmelus (vt apud nos quaſi oraculi loco habetur) quamdiù diuini Officii & ſacri cultus ſtudio efferueſcet.

14. Verùm quia nimio cantui niſi modus imponeretur, parandis concionibus, pœnitentium confeſſionibus excipiendis, piis conſalutationibus & conuerſationibus cum proximo exercendis aliiſque inſtitutum noſtrum ſpectantibus copia nulla vacandi ſupereſſet, idcircò Patres noſtri cātus figurati ſic vſum temperarunt, vt ex feſtorum dierum occurſu, communitatum Officio, populiuè frequentia eum ad certa tempora certaſque horas reſtringerent. Et vt pauca iſta meliori numero, maiorique ſtudio modulamur; cantus noſter vt minus frequens etiam ſuauior videtur & præſtantior.

15. Fateor antiquos Prouinciæ noſtræ Patres ſicut &

cæteros etiam in priſtina quam tenebant viuendi ratione totius Officii tùm nocturni, tùm diurni cùm nota decantandi Religioſam conſuetudinem conſtanter tenuiſſe, quod etiam labantem eorum æſtimationem apud vulgus vtcúmque ſuſtinuit; verùm præterquam ab eorum parùm quoad hoc praxi diſcedimus; totum id quo proximus ad pietatem accendi poteſt, accuratè ſeruamus, nec quicquam ſubtraximus cantui, niſi vt neceſſariæ magis cum Deo internæ conuerſationi ex integro operam nauemus, cui vacare, ſaltem vt nos tempore longiori, antiqui ex ſtatuto non tenebantur.

16. Dolendum tamen eſſe cenſeo integri officii de die ſaltem cùm cantu perſoluendi vſum apud nos minutum fuiſſe, maximè quoad Veſperas quotidiè cum cantu figurato decātari ſolitas, cùm vix vno paruo quadrante immorandum eſſet amplius quam in iis ſimpliciter recitandis: nam præterquam quod vſus ille communis eſt apud aliorū mendicantium Ordinū Reformatos, Auguſtinianos videlicet & Dominicanos, deſeruiret plurimū ad cōſeruandā populi deuotionē in noſtris Eccleſiis. Deinde cùm cātus ille Religioſis omnibus, maximè verò iis qui ad ſpirituales & myſticas exercitationes minus apti ſunt vel procliues, peruia & congrua ſit occupatio, certe illa ſublata metuendū eſt ne cùm illo hominū genere pleriq; Cōuentus abūdēt, inde quāplurimi otioſi, ignaui, indeuoti, vagi & ſcandaloſi euadāt.

17. Addo etiam quòd cùm ſat pauci ſint qui cum honore & fructu à Religione expectato, ſcientiis acquirendis & vitæ ſpiritualis exercitiis vacent, licet ob diminutam cantus figurati celebrationem pauco tempore detineantur in Choro, immò etiam plerumque non niſi ad aliquas eius partes recitandas aſtringantur, metuendum eſt valde ne paucos habituri ſimus inpoſterum pios, doctos, atque Choriſtas Religioſos. Sicque etiam

Digitized by Google

57

magis exulet à nobis pietas, ac doctrina, nec non congrua, & ſolita Officii diuini maieſtas; ſicque peior erit error priore.

18. Quidquid ſit, quia non agitur modo niſi de celebratione Officii diuini pro vt præſcripta eſt in ſtatutis pro Reformatione conditis, reſtat vt quiſque agnoſcat, quanti ſit momenti pro gloria Dei, pro Religionis honore, & propriæ conſcientiæ onere, ad eam ritè faciendam ſtudium animumque conferre.

19. Ad hoc igitur oportet vt ſinguli ſingularum communitatum alumni clerici memores ſint eorum quæ diximus initio huius capitis, quòd ſeruitutis quam erga Deum profitentur primæ potioreſque partes conſiſtunt in Officii diuini penſo quotidiè perſoluendo in Choro, ac propterea ei ſe muneri obeundo ita ſe aſtringant, vt omnibus alijs quibuſcumque curis illud anteponant. Si quæ ſibi gerenda negotia occurrant, ante vel poſt diuini Officij partem tunc complendam ijs vacent quantum fieri poteſt; nunquam verò ea de cauſa egrediantur de Choro, & durante Officio diuino tractent in Conuentu cum ſecularibus de vllis negotiis, niſi in vrgente neceſſitate, & in loco priuato extra Clauſtra: etſi propterea oporteat ſeculares illos expectare, aut negotiorum ſuorum expeditionem differre: teneantque pro certo ſinguli quòd tantùm abeſt vt ſeculares de ijs conqueri contingat; laudandos potius & magis æſtimandos ſibi ducunt eſſe Religioſos quos Dei ſeruitio ita addictos eſſe aduertunt.

20. Cogitent qui ita facile & tam frequenter de nocte & die ſe diſpenſant ab aſſiſtentia Officij diuini in Choro perſoluendi, quod cenſendi ſunt ita ſe cum Deo gerere ac potentiſſimi cuiuſpiam Monarchæ famulus cubicularius, qui ſerò & manè cùm lecto decumbit & ex eo exurgit, coram deberet aſiſtere vt ei

præſto eſſet & miniſtraret, id contemnens facere in vtramque aurem dormiret: vel qui de die, cùm in præſētia Domini ſui certis horis ſtare deberet ad excipienda exequendaque mandata ipſius; indè abſcedere non vereretur vt ſuis propriis ſtudijs ſeu cupiditatibus inſeruiret, vel rebus alienis, & quidem futilibus vacaret. Vt enim ſeruus ille non tantùm improbus, nequam, inſolens, ac in Dominum ſuum valde iniurioſus habendus eſt; certè non minori piaculo exiſtimandi ſunt rei Religioſi illi qui ſtatis Officij diuini horis de die recitandis in Choro coram Deo adeſſe negligunt, vt vel ſuis priuatis ſtudijs & commodis vacent, vel alijs inſeruiant maximo cum affectu ad expedienda pleraque negotia merè ſecularia, immò vel ad ſpatiandum ex mera voluptate, vt ſæpè accidit, vel ad terendũ tempus inaniter & ſæpius non niſi ſine conſcientię piaculo.

21. Cogitent inſuper ſinguli ſingularum communitatum clerici, quod conſtituti non ſunt ad ſeruiendum Deo ſingulatim ſeu ſeparatim ſed coniunctim cum alijs ſuis ſodalibus Choro ſimul aſſiſtentibus; id enim expreſsè conſtitutum eſt in noſtra Regula. Aduertant inſuper ob tres præcipuè rationes id ita fieri mandatum eſſe. Prima vt ex mutua vnione vocum & cordium, plerumque pſalmodia ſit Deo acceptior. Secunda vt ex mutua meritorum communicatione, quæ in illa vnione interuenit, perſonis ipſis quæ eam conſtant actio illa ſit vtilior. Tertia, vt cùm non ſine labore ſat graui & tædio frequenti diuinum Officium plerúmque perfici non poſſit, mutuis ſe auxiliis iuuent omnes, tùm ad tantis per reſpirandum, dùm voce ſat contenſa, & longiori tempore cantandum eſt; tùm vt aliquorum abſentia ſat frequenter occurrente, adſit ſemper ſat copioſus numerus Religioſorum, qui officiis Chori ritè fungantur. At præterquamquod fructu illo duplici qui in duabus pri-

58

mis rationibus reperitur ſe priuant, qui ſe ſæpe abſentant à Choro, non ſine maximo Gloriæ diuinæ ac proprii fructus ſpiritualis diſpẽdio; certe non poſſunt non peccare contra charitatem, cùm totum pondus noctis & æſtus diei ad quod ſuſtinendum æqualiter cum aliis aſtricti ſunt, portandum relinquant aliquibus, & ſat paucis bonæ voluntatis hominibus, cuius quidem oneris grauitati cum nonnunquam ſuccumbant, non poſſunt non iuſtè conqueri, & clamores excitare aduerſus eos in communitate, cui etiam propterea offendiculo ſunt plerumque & ſcandálo.

22. Cogitent denique ſinguli è noſtris quod licet non ſint habendi vt ſerui mercede conducti ad diuinum peragendum Officium, cum ſponte & ex ſola bona voluntate muneri illi ſe addixerint; propriis tamen ſtipendiis non militant, ſed alienis, cum ex ratione ſtatus Religioſorum mendicantium nonniſi ex eleemoſynis à proximo ſibi liberaliter erogatis ſiue per fundationes annuas, ſiue per eleemoſynas quotidianas ſuſtententur; in quorum etiam compenſationem tenentur celebrare Officia diuina, & intercedere apud Deum pro populo vt id maximè exoptat & expectat. Vndè cum æqualiter ſinguli communitatum Religioſarum aliunde bonis illis temporalibus æqualiter participent & de ijs viuant, eandem etiam retributionem per Officij diuini Recitationem exoluere tenentur, ac proinde qui in hoc deficiunt dum à Choro abſunt ob ſua priuata commoda ad quæ ex pura libertate, & plerúmque contra & præter voluntatem ſuperiorum ſe conferunt, proculdubio cenſendi ſunt peccare contra Iuſtitiam.

23. Nec verò id tantùm per exagerationem à me dictum vllus exiſtimet, quandoquidem id communiter tenent Theologi de Canonicis Choriſtis & Cantoribus Eccleſiarum Cathedralium & Collegiatarum Cho-

ro non aſſiſtentium, ac proinde inualuit vſus ferè vbique, vt quot vicibus ſe abſentant ab Officio diuino, & proportionaliter priuarentur portione pecunię quæ ex ſumma totali ei muneri addicta, eis obuenire deberet. Et verò in noſtro etiam Ordine ante Reformationem obſeruatum fuit vt qui ad Matutinas de noctè, & ad ſtatas Officii diuini horas de die ſæpiùs non accedebant, aliqua parte pitanciæ quotidianæ purà vini priuarentur tùm vt dignè pro culpa caſtigarentur ablatione partis illius beneficij à populo erogati, quam non lucrabantur per recitationem Officii diuini in choro; tùm vt ad frequentandum Chorum pœna illa ſat dura incitarentur.

24. Quod ſi apud Reformatos eiuſmodi pœnæ inflictio reciſa eſt; id ſanè factum eſt quia ab initio viſi ſunt maximo cum feruore, & tanta aſſiduitate Chorum frequentare de die & nocte, vt quaſi illud vnicum opus exequendum haberent, ſcirentque ſe excellentiſſimum & gratiſſimum Deo cultum exhibere: at ſi Zelus iſte frigeſcat & ita langueat, vt plures abſint ſingulis ferè horis à Choro, quam adſint; vt non niſi coactè & pœnarum inflictione reuocandi ſint plures à perpetuis diuagationibus, & vanis occupationibus, ratione quarum aut non accedũt aut facilè abſcedũt à Choro, vt ei muneri ſatisfaciant vt tenẽtur; certè partis pitanciæ reciſio adhibenda eſt tanquam iuſta & conformis Regulæ noſtræ præcepto à D. Paulo mutuato, ordinante, vt qui non laborat, hoc eſt ad votum & ordinationem Religionis, non manducet.

CAP.

CAP. XVII.

Quo pacto ſtrictiſſimam ſanctæ paupertatis Obſeruantiam vigere apud nos prouiſum fuit & Ordinatum.

1. IN quolibet Religionis Ordine ſanctæ ac euangelicæ paupertatis Obſeruantia mirum in modum commendatur. Virtutum trium quæ per voti emiſſionem Monaſticum ſtatum conſtituunt, nobiliſſima fortè non eſt, ſed potius infima; at ideo Religioſæ perfectionis, ac rectæ conſtitutionis cuiuſlibet Ordinis cœnobitici firmiſſimum exiſtit fundamentum. Votorum equidem aliorum infractio multum Religioni damnum infert; ſed paupertatis violatio eam funditùs euertit: hac abacta ab Ordinibus, corruunt Ordines, reſtituta, reſtituuntur, hac vigente, floreſcunt. At ſupereſt videndum in quo propriè conſiſtat voti iſtius Obſeruantia, vt ritè adimpleri cenſeatur.

2. Conſtat verò in primis paupertatis votum duas ſecùm præcipuè trahere conditiones: alteram, vt bonis omnibus quæ ſiue iure hæreditatis, ſiue donationis beneficio, ſiue quolibet alio iure, & titulo quiſque poſſidet, aut poſſidere poteſt, libenter & publicè renuntiet. Alteram, vt quæcunque bona ſiue mobilia, ſeu immobilia quæ Monaſteriis addicta ſunt, & deſtinata ad ſuſtentationem omnium & ſingulorum Religioſorum, ita communia ſint omnibus; vt nullus quidquam de ijs ſibi proprium reputet. Eorum etiam vſus ita pendere debet à Superiorum arbitrio, vt non niſi de eius ordinatione in publicas, vel priuatorum neceſſitates impendi debeant.

3. Quia verò non vno & eodem modo poſtrema iſta conditio ſeruatur à pleriſque, qui non tantùm ſanctæ paupertatis votum violare non prætendunt, ſed & Reformatè viuere profitentur; eorum hîc aliquas agendi rationes proponere ſtatui & examinare, vt inde appareat in quo perfectionis gradu Religioſæ paupertatis votum ſtatuimus obſeruare.

4. Exiſtimant ergò nonnulli quod quando agitur de Reformatione alicuius Prouinciæ & Conuentuum in quibus ab antiquo, ob præteriti temporis calamitates, & circumſtantias quiſque Religioſus conſueuit habere ſuum peculium, ſufficere vt illud ſuperiori ſuo locali reuelet, & tradat recondendum in arcâ communi quam vocant *depoſitum*, cum ſchedula pecuniæ ſummam, ac nomen priuatę perſonę ad cuius vſum cedit, cõtinente: & cùm pecunia iſta vel in toto, vel in parte aliqua indiget quiſpiam; neceſſitatem ſuam proponit ſuperiori, qui, accerſito clauis arcæ cuſtode, tradi curat poſtulanti quod petit.

5. Prætendunt verò peculij iſtius approbatores quod non tantùm nullum Conuentibus infert incommodum; ſed & maximum eis procreat emolumentum: tùm quia nihil pecuniæ quilibet Religioſus aſſumit à Conuentu præter id quod ſingulis pro veſtiario per ſe ſibi prouidendo annuatim & modicè concedendum eſſe iudicatum eſt à Superioribus: tùm quia peculium illud prouenit vel ex laboribus ſingulorum, vel ex parentum & amicorum quos habent beneficijs, vel ex charitate proximi, quam ſuis officiis, & piis induſtriis demerentur. Licet verò peculium iſtud non ſtatim cedat in bonum commune Conuentus (quanquam plerùmque in vrgentibus neceſſitatibus multi de ſuis aliquid liberaliter elargiuntur quo eis ſubueniatur;) ſaltem in obitu ſingulorum, certò manet acquiſitum Religioni, & quò

Digitized by Google

tardius id euenit, maius etiam emolumentum ei conferre frequenti probatum eſt experientia.

6. Vt ergo id totum licitum eſſe plerique arbitrantur; ita etiam ſufficere exiſtimant ad inſtituendam Reformationem: tùm quia valdè arduum eſt, & periculoſum vrgere antiquos Religioſos ad ſpoliandum ſe omninò peculiis quæ laboribus ſuis, ac induſtriis ſibi comparauerunt, maximè quando non ſatis certò illis conſtat, quod ſemper ſuppetere debeant facultates in communitatibus, ad ſibi plenè ſuccurrẽdum in neceſſitatibus occurrentibus. Tùm quia cùm adeò fragilis ſit Natura noſtra, ac debilis virtus humana, vt non diù permanere ſoleat in virtutis tramite in quem deuotionis, ac Reformationis feruor cõiicit Religioſos, ſed breui iiſdẽ recurrentibus occaſionibus, ab eo declinare coguntur; ſatius eſſe exiſtimant iſtam mediocritatis viam inire ad ſanctum paupertatis votum exercendum, & eam conſtanter tenere; quàm ea derelicta, cogi poſtea non ſine ignominia, ad priſtinam redire.

7. Certè cùm hanc paupertatis præſtandæ rationem à viris probis cõpluribus actu, & voce defendi, atque à ſuperioribus quibuſdam in locis tolerari non ignorem; damnare nequeo, immò ſeruandam eſſe exiſtimo, tùm reſpectu eorum qui cum ſint ſenes, & infirmi, nec volunt aut valent Reformationis legibus ſe ſubmittere; tùm etiam in majoribus Conuentibus ad quos perpetuò affluunt Religioſi ex diuerſis partibus Ordinis, ſiué ad ſtudia perficienda, ſiuè ad negotia tractanda, vt ſunt, verbi gratia, Romæ Conuentus Sanctæ Mariæ Tranſpontinæ; in Gallia Conuẽntus Pariſinus maior, & non nulli alij alibi, nempè quia ſunt ibi velut aduenæ & hoſpites: at quantùm ad eos qui ſunt de gremio & familia Conuentuum, ac ſumptibus eorum ſuſtentandi,

precor eos gratum habere, vt quibus de cauſis praxi iſti in noſtra Reformatione interdixerimus, viamque voti huius obſeruandi perfectiorem quæſierimus, aperiam.

8. Primùm quidem, loci ibi communitas, at non pecuniarum aduertitur. Cùm enim quilibet de ſua dumtaxat, nil verò de alteriùs crumena vnquam educat, nec liberum ſit ſuperiori vt in communes Monaſterii neceſſitates quidquam de pecunia illa impendat; profectò non pecunia communis, ſed pecuniarum locus communis cenſendus eſt: non res communitati; ſed tantum priuatis perſonis acquiſita: ita vt Conuentus non ius in re, ſed tantum ad rem habeat.

9. Si priuatorum pecunias eodem in loco ſub eiuſdem conſeruatoris, aut ſuperioris fide cuſtodiri, eodem omnes in Refectorio veſci, ac ijſdem cibis ſuſtentari communitatem inſtituat, qualis ſanctæ paupertatis ab inſtituto exigitur & ſufficere prætenditur; haud dubiè Collegiorum Conuictores ſeculares in quibus priùatorum pecuniæ vno in loco aſſeruantur, eodem omnes loco, eodem pane, ijſdem cibis omnes veſcuntur, ſicque eandem depoſiti & conuictus religioſi communitatem tenere videntur; æquè pariter ac ipſi quoque ſanctam ſeruare paupertatem pari iure cenſebuntur.

10. Saltem præsbytèri quos vocant *Oratorij*, alijque Congregationum aliarum votis ſolutarum Clerici qui ſimul habitant, & certis ſub legibus obſequio Dei ſe mancipant, quàmuis nec paupertatem nec virtutem aliam voueant, in religioſæ tamen paupertatis obſeruantiam coaleſcerent: vnam quippe domum inhabitant, vnâ comedunt, & apud vnum conſeruatorem ſingulorum pecuniæ deponũtur vndè vbi opus ipſis eſt, accipiũt. Illi tamen omnes nec pauperũ nomen, nec locũ inter Religioſos ſibi vẽdicãt. Cum ergò qui peculia

habent inter Religioſos in communi quidem loco recondita, ſed communitati non ita addicta vt iis vti valeat; non magis pauperes exiſtimandi ſunt quam illi: vera enim & Religioſa communitas omnia omnium, & omnia cuiuſlibet eſſe vult: adeò vt ad communes omnium neceſſitates omnia, & omnia ad priuatorum priuatas addicta ſint; nec vnquam *meum* ac *tuum*, frigida illa turpiaque verba; ſed diuinum illud *noſtrum*, inter eos audiri debeat.

11. Certum eſt præterea, quòd ex præfatis tam prouidis pauperibus Religioſis, vix vnquam vllus ſuas in alterius leuamen pecunias impendi patitur; & ſi ſuperior ipſe (quod vix vnquam accidit) illud aggrederetur; quot ſubditos, tot haberet aduerſarios: ipſique mox turbatìm, tumultuatimque vna voce dicerent, quærat aliunde, aut æqualiter ab omnibus exigat, aut de ſua propria crumena dumtaxat occurrenti neceſſitati ſubueniat.

12. Et verò frequenti nimis viſum eſt experientia, quod vbi, & quandiu peculij iſtius priuati vſus permittitur in Conuentibus, dùm quiſque ſuis ſtudet commodis, bona communitatis ita tenuia ſunt, vt vix ſuppetant quę ad victum communem ſunt neceſſaria. Vndique rimas agunt ædificia, nec reparantur; ædes etiam ſacræ ſordeſcunt in dies, & fiunt valde deformes; nec vnquam decorantur: pleraque demùm vel vetuſtate conſumpta, vel vſu detrita ruinam minantur, ſicque Conuentus corruunt & pereunt.

13. Quare cùm nec cœnobium, nec cœnobitę quidquam commodi ex depoſita priuatorum pecunia, donec defuncti ſint, percipiant, eaque praxis non niſi ad duritiam cordis hactenus tolerata ſit; eam à nobis omninò reiicere ſtatuimus, eò quod etiam iudicemus eam proximè accedere ad dominium & proprietatem rerum

quas quiſque retinet apud ſe: quod etiam ex frequenti nimis, & deploranda experientia inferre licet. Cùm enim aliquando ſuperiores tentare volunt ac experiri an qui habent loculos parati ſint ea ſibi tradere, & ad communitatis bonum applicare; non tantum id facere renuunt, ſed nec pœnis nec cenſuris ad id poſſunt adduci niſi in mortis articulo.

14. Neque verò eiuſmodi peculiorum in arca communi depoſitorum vſum tantum interdicimus; ſed nequidem vllam penſionem ad vitam vlli priuato Religioſo à parentibus, vel benefactoribus attributam acceptare licet, niſi ea lege vt à procuratore Conuentus in quo Religioſum illum habitare continget, percipiatur, ac per ipſum, non vero cuius intuitu ſoluitur, detur acceptilatio ſuo tantùm nomine ſubſcripta, ac vt per ipſum impendatur in rebus quæ religioſo illi fuerint neceſſariæ, iuxta ſuperioris localis, vel Prouincialis ordinationem, & non aliter.

15. Eſt & alius agendi modus in quibuſdam Religionibus etiam Reformatis pro exercendo paupertatis voto, qui à noſtris etiam Authoribus nunquam probatus fuit nec toleratus. pecunias equidem apud ſe retinere, aut in arca communi quaſi in depoſito cuſtodiendas tradere, grauè piaculum reputant, & quidquam aliud cuiuſcumque ſuppellectilis ſibi proprium dicere; at conſueuerunt habere vſum quarundam rerum, putà veſtium, librorum, aliarumque rerum ſibi commodarum, quas vel comparari curant ex pecunia ſibi ab amicis erogata, ex licentia generali à Superioribus ſibi conceſſa, vel ſibi dari ex charitate; ea tamen lege, vt nihil de illis à Conuentu diſtrahant, vendant, aut commutent cum exteris; ità vt etiam nullus ex ſociis & Alumnis Conuentus ea vſurpare queat, & ad ſuum proprium vſum adſcribere, abſque conſenſu, tam ſuperioris, quàm poſſeſſoris.

16. Id verò tantò magis licitũ eſſe plurimi exiſtimant, quò ea à Religione non aſſumentes, eius maiori commodo conſulere videntur, dùm ea Religioni acquirunt & eorum vſu gaudent. Id etiam Superiores eò facilius permittunt, quo exoneratos ſe ſentiunt à cura quam adhibere deberent ad prouidendum illis de eiuſmodi rebus ipſis neceſſariis.

17. At facile eſt aduertere quod licet modus iſte agendi bono temporali Religionis ſit vtcumque proficuus; noxius eſt valdè quantùm ad ſtatum ſuum moralem ac Monaſticum: multa enim ſecum trahit incommoda, quæ licet forſan ſanctæ paupertatis votum non omninò violent, ſaltem multùm labefactant, pacem fraternam perturbant, æmulationes, murmurationes, ac diſſentiones generant, praua inducunt exempla quæ ſunt aliis offendiculo & ſcandalo.

18. Ea enim ſtante conſuetudine plerùmque accidit vt illi qui frequentiùs verſantur cum ſecularibus, & rem habent cum illis, ſiue concionandò, ſiue confeſſiones excipiẽdo, ſiue ex vrbanitate aut charitate eos viſitãdo, ac iis inſeruiendo in aliquibus; ſiue eleemoſinas ſolito quæſtu colligendo, rebus ſibi commodis, putâ veſtibus, vtenſilibus, libris, ac nonnullis aliis abundent. Quando illi veſtes nouas habere volunt, eas ſæpiùs per ſemetipſos requirunt in officinis mercatorum, atque magis politi, leuis ac ſplendentis panni aſſumunt: de pretio nihil aut parùm curantes, quia ſat abundantes ſibi pecuniæ ſuppetunt, dum alij ſæpius non niſi precibus importunis, ac dum redacti ſunt ad extremam neceſſitatem, veſtes, & cætera ſibi neceſſaria obtinent ab officiariis, qui etiam tunc non niſi vilioris panni & minoris pretii ipſis tradunt.

19. Illi præterea curant ſæpiùs cameras ſibi gratas accommodari ac ſuppellectile optima inſtrui, dum alij

minus gratas & male aptatas habitant. Illi veſtes nouas ſæpe aſſumũt, dupliceſque ſibi vt plurimùm prouident, quibus pro ſuo maiori commodo vtantur; alij ſæpius habent veſtes detritas, immundas, ac vſu ferè conſumptas, nec non niſi ægrè nouas obtinent à Conuentu. Illi breuiariis ac libris ad ſuum arbitrium & nutum abundant; iſti vix neceſſariis gaudent. Si quando illi lautioribus epulis cùm familiaribus intra vel extra Conuentum gaudere proponant, vt ſæpè accidit, aut ſtatuant aliquo proficiſci animi recreandi gratia; pecunias habent in prõptu, quia ab amicis certò eas ſe accepturos eſſe confidunt, quia forſan eas ſibi ab eis ſponte oblatas procraſtinant acceptare, donec ijs ad ſuum maius commodum vtendi præuiſa ſeſe offerat occaſio; alij verò iis mediis & commodis priuati cùm ſint, ſimilibus etiam ſolatiis frui haud quaquam poſſunt.

20. Demùm nonnulli ſunt qui licentiam quandoque obtinent à ſuperioribus, ſub prætextu alicuius rei gerendæ ad commune Religionis bonum & decus, putâ, fabricę alicuius ſeu ornamenti in Eccleſia conficiendi, libri alicuius impreſſioni vacandi, vel alijs, pecunias eum in finem colligendi ab amicis & benefactoribus, quas cum tradere deberent ſuperiori conſeruandas, eas ſaltem ex parte retinent apud ſe & partem eius notabilem conuertunt ad ſuos vſus priuatos, itâque hoc ementito prætextu pecuniam ſemper habentes ad manum, non veri pauperes, ſed palliati proprietarij habẽdi ſunt.

21. Enimverò quis non videat, abuſiuè omninò & ridicule eos qui ita ſe gerunt prætendere ſe votum paupertatis verè & benè obſeruare, cum nedum hoc ſit pauperum, ſed diuitum vitam gerere, & quidem eò commodius, quo ex burſa aliena ea omnia aſſumunt: ita vt verè de ijs dici poſſit ſed longe alio ſenſu, quod de aliis D. Paulus, *nihil habentes & omnia poſsidentes.* Neque

que verò ſufficit nobis Religioſis pa uperes eſſe ſpiritu, ad eum modum quo idem S. Paulus volebat eſſe Corinthios, ita vt *qui emunt, eſſent tanquam nihil poſſidentes, qui vtuntur hoc mundo tanquam non vtantur.* Loquebatur enim ad eos quibus cùm bonorum temporalium poſſeſſio ſit neceſſaria, & licita, eos ſic iis vti volebat, vt *etian ſi diuitiæ affluerent, cor ad eas non apponerẽt.* At cum hic agatur de ijs qui nihil poſſidere debent, & quos per conſequens parùm aut nihil ſollicitos eſſe conuenit de bonis, aut commoditatibus huius ſeculi; longè abſunt à vera praxi paupertatis, cùm tam ſollicitè, & tam auidè ſibi procurãt ab amicis ſiue ea quæ appetunt, ſiue pecuniam vnde ea ſibi comparent, quæ etiam ſæpiùs magis ad luxum, vel lautitiam aſſumunt quam ad neceſſitatem.

22. Has itaque tam graues licet ſubtiles ſanctæ paupertatis infractiones, & corruptelas Patres noſtri longè amandare ſtatuentes; etſi non improbent quod qui habitâ prius ſuperioris localis licentia, ex motiuo ſubleuandæ neceſſitatis communis Monaſterij, cùm re aliqua indigent, putà veſtibus, & alijs ad vſum ſuum permiſſis, quandò ab amicis ſeu benefactoribus ea ſibi erogari procurant, modò id fiat cùm prudentia & decentia neceſſaria; at ſi pecuniam ad ea requiſitam per ſe recipiant, tenentur tunc ſtatim eam tradere ſuperiori ſuo, vt ea per officiarios Conuentus ipſis curet comparari, maximè verò pannos pro veſtibus, quos nec per ſe ipſos emere, nec ſeligere debent, nec etiam procurare vt alterius ſint qualitatis, pretii, & conditionis, quam quæ in conſtitutionibus alijs omnibus æqualiter præſcripta eſt.

23. Prætereà in ſtatutis noſtris expreſsè & ſeuerè prohibita eſt pecuniæ cuiuſcunque apud priuatos, officiarijs Conuentus exceptis, aſſeruatio, ſub quocunque

prætextu, etiam exoluendæ alicui ſatisfactionis nomine alterius, vel erogandæ eleemoſynæ à pijs perſonis commendatæ, vel cuiuſlibet alterius cauſæ intuitu id fiat. Si quid etiam ſuperſit alicui Religioſo de tradita ſibi pecunia ex ſuperioris ſcitu & licentia ad aliquid exequendum ſiue pro ſe, ſiue pro alijs, id diutius apud ſe retinere, aut ad ſuos vſus conuertere nefas eſſe ducicimus: ſed tenetur id ſtatim ſuperiori vel alteri ex eius mandato fideliter tradere ſub pœna proprietariorum.

24. Vt verò etiam eatur obuiam incommodis quæ ex Camerarum accõmodatione vel commoditate reperiri ſupra notatum eſt, ordinatum eſt etiam vt ſicut cellulæ noſtræ omnes, in dormitorijs conſtructæ ſunt æqualiter quantum fieri poteſt; ita pari ſupellectile ſint inſtructæ abſque vlla particulari decoratione, & ſuperfluitate: & vt ad earum habitationem quando ſunt magis commodæ mentem non nimis adiicere edoceamur; ſapienter ordinatum eſt, nonnunquam cum alijs ex ſuperiorum diſpoſitione, ſicut & veſtes mutandas eſſe.

25. Vt cautius etiam proſpiciatur ne quidquam particulare in cameris ab vnoquoque habeatur, aut pro tempore aſſeruetur; lege cautum eſt apud nos, vt nulla camera, iis dumtaxat exceptis quæ à certis Officiariis Conuentus habitantur, claui aut alia quauis arte ſiue inſtrumento vnquam ità claudatur, quin Superior omni hora, de die & de nocte eam aperire poſſit, intrare, & luſtrare: quod & ſatis frequenter exequi debet ad euitanda plurima, eaque grauiſſima incommoda quæ in perniciem non tantùm paupertatis, ſed & ſanctitatis Monaſticæ nonnunquam accidunt.

26. Caute etiam ſibi cauendum ſtatuunt cœnobiorum Officiarij, putà æditũus ſeu ſacrarij cuſtos, procurator ſeu expenditor, & alij, qui pecunias communitatis percipiunt, vel adminiſtrant; ne quidquam ex iis retineant & ad ſuos priuatos vſus conuertant ſine ſcitu

& licentia ſuperioris: Cùm certum ſit eos non tantum ſimile tunc admiſſuros eſſe delictum cōtra votum paupertatis ac quilibet alii, qui id facerent, ſed multo grauius ſi in rebus ſuperfluis, & ad lautitiam potius quam ad neceſſitatē aſſumptis eas impendant. Tum etiam ob rationem fraudis & cuiuſdam furti quod admittunt, tum ob ſcandalum quod aliis prębent & forſan incentiuum ad eiuſmodi Officia ſibi procuranda quò ſimilibus commodis facilius perfruantur.

27. Immò, hæc eadem Superioribus localibus incumbit conſideratio & cautio habenda. Etſi enim ipſis propriè data ſit adminiſtratio bonorum temporalium quæ ad ſuam communitatem attinent, non maiori gaudent iure aut priuilegio vt ea ſibi applicent & alio modo quam alii. Nec minus grauiter peccarent quam alii Officiarii, ſi ad res ſuperfluas eis vterentur, maxime cum magis teneantur ſubditis ſuis prælucere exemplo, & gregi ſibi commiſſo formam viuendi præbere quam ſequatur. Vnde etiam non minus ipſi quam aliis ſupra memoratis Officiariis licet pecuniam vllam apud ſe retinere, reticere & ſecū tranſportare in Cōuentus ad quos commigrant ad habitandum, præter eam quæ ad viaticum tradi debet vt moris eſt: alioqui non tantum peccant contra votūm paupertatis, ſed & cōtra iuſtitiā, ratione infidelitatis & furti, quam induit pecunia illa quam ſecum ſecreto tranſportant.

28. Conformiter etiam ad præſcriptum noſtræ Regulæ, cum omnia omnibus debeant eſſe communia, & diſtribui vnicuique per manum Prioris, id eſt, per fratrem ab eo ad idem Officium deputatum, prout vnicuique opus eſt, inſpectis ætatibus & neceſſitatibus ſingulorum; tantâ curâ, & attentione proſpicere tenentur Superiores & Officiarii neceſſitatibus ſingulorum, vt antequam ipſimet eas exponere cogantur, ea quibus

prætextu, etiam exoluendæ alicui ſatisfactionis nomine alterius, vel erogandæ eleemoſynæ à pijs perſonis commendatæ, vel cuiuſlibet alterius cauſæ intuitu id fiat. Si quid etiam ſuperſit alicui Religioſo de tradita ſibi pecunia ex ſuperioris ſcitu & licentia ad aliquid exequendum ſiue pro ſe, ſiue pro alijs, id diutius apud ſe retinere, aut ad ſuos vſus conuertere nefas eſſe ducimus: ſed tenetur id ſtatim ſuperiori vel alteri ex eius mandato fideliter tradere ſub pœna proprietariorum.

24. Vt verò etiam eatur obuiam incommodis quæ ex Camerarum accõmodatione vel commoditate reperiri ſupra notatum eſt, ordinatum eſt etiam vt ſicut cellulæ noſtræ omnes, in dormitorijs conſtructæ ſunt æqualiter quantum fieri poteſt; ita pari ſupellectile ſint inſtructæ abſque vlla particulari decoratione, & ſuperfluitate: & vt ad earum habitationem quando ſunt magis commodæ mentem non nimis adiicere edoceamur; ſapienter ordinatum eſt, nonnunquam cum alijs ex ſuperiorum diſpoſitione, ſicut & veſtes mutandas eſſe.

25. Vt cautius etiam proſpiciatur ne quidquam particulare in cameris ab vnoquoque habeatur, aut pro tempore aſſeruetur; lege cautum eſt apud nos, vt nulla camera, iis dumtaxat exceptis quæ à certis Officiariis Conuentus habitantur, claui aut alia quauis arte ſiue inſtrumento vnquam ità claudatur, quin Superior omni hora, de die & de nocte eam aperire poſſit, intrare,& luſtrare: quod & ſatis frequenter exequi debet ad euitanda plurima, eaque grauiſſima incommoda quæ in perniciem non tantum paupertatis,ſed & ſanctitatis Monaſticæ nonnunquam accidunt.

26. Caute etiam ſibi cauendum ſtatuunt cœnobiorum Officiarij, putà æditüus ſeu ſacrarij cuſtos, procurator ſeu expenditor, & alij, qui pecunias communitatis percipiunt, vel adminiſtrant; ne quidquam ex iis retineant & ad ſuos priuatos vſus conuertant ſine ſcitu

Digitized by Google

& licentia ſuperioris : Cùm certum ſit eos non tantum ſimile tunc admiſſuros eſſe delictum cõtra votum paupertatis ac quilibet alii, qui id facerent, ſed multo grauius ſi in rebus ſuperfluis, & ad lautitiam potius quam ad neceſſitatẽ aſſumptis eas impendant. Tum etiam ob rationem fraudis & cuiuſdam furti quod admittunt, tum ob ſcandalum quod aliis præbent & forſan incentiuum ad eiuſmodi Officia ſibi procuranda quò ſimilibus commodis facilius perfruantur.

27. Immò, hæc eadem Superioribus localibus incumbit conſideratio & cautio habenda. Etſi enim ipſis propriè data ſit adminiſtratio bonorum temporalium quæ ad ſuam communitatem attinent, non maiori gaudent iure aut priuilegio vt ea ſibi applicent & alio modo quam alii. Nec minus grauiter peccarent quam alii Officiarii, ſi ad res ſuperfluas eis vterentur, maxime cum magis teneantur ſubditis ſuis prælucere exemplo, & gregi ſibi commiſſo formam viuendi præbere quam ſequatur. Vnde etiam non minus ipſi quam aliis ſupra memoratis Officiariis licet pecuniam vllam apud ſe retinere, reticere & ſecũ tranſportare in Cõuentus ad quos commigrant ad habitandum, præter eam quæ ad viaticum tradi debet vt moris eſt : alioqui non tantum peccant contra votũm paupertatis, ſed & cõtra iuſtitiã, ratione infidelitatis & furti, quam induit pecunia illa quam ſecum ſecreto tranſportant.

28. Conformiter etiam ad præſcriptum noſtræ Regulæ, cum omnia omnibus debeant eſſe communia, & diſtribui vnicuique per manum Prioris, ideſt, per fratrem ab eo ad idem Officium deputatum, prout vnicuique opus eſt, inſpectis ætatibus & neceſſitatibus ſingulorum; tantâ curâ, & attentione proſpicere tenentur Superiores & Officiarii neceſſitatibus ſingulorum, vt antequam ipſimet eas exponere cogantur; ea quibus

indigent ſubminiſtrent magnâ cum charitate, & cum tanta liberalitate vt nulla appareat ſordida parcimonia nec perſonarum acceptatio aut exceptio. Vnde fit vt cum nulli ſiue ſano ſiue ægro quidquam deſit de neceſſariis, nullus eis locus relinquatur vel conquerendi, vel murmurandi, vel pecuniam vllam retinendi, aut ſibi ab exteris procurandi. Quod aliàs licitum eſſe facile ſibi perſuaderent, abſque vllo voti paupertatis violandi ſcrupulo, maximo licet Religionis damno, idque ob nimiam Superiorum & officiariorum Conuentus incuriam & tenacitatem.

29. Quia tamen cunctis perſonis tantus ſui amor ineſt, tanta tenendorum commodorum cupiditas, vt aliquos nonnunquam ad pecunias retinendas reticendaſque, variã etiam ſuppellectilem Superiores celandã præſtigijs ſuis demon inducere conſueuerit; præter Cœnobiarcharum in Monaſteriis, R. P. Prouincialis in viſitationibus attentiſſimam malo huic præpediendo quam adhibere ſolent ac tenentur diligentiam; extremum adhibemus remedium, ſcilicet ſolemnem ac publicam quot annis votorum renouationem, in qua cuilibet contra præſcriptas, & ſupra expoſitas ſanctæ paupertatis Leges, aliqua proprium ad vſum reſeruanti, grauioris cenſuræ, ſcilicet excommunicationis tunc incurrendæ fulmen intentamus. Quippe nulla prorſus ratione dubitamus quin tandiu conſiſtere ac florere debeat noſtra Reformatio, quandiu ſanctæ paupertatis purus ac verus ſpiritus in ea perſeuerabit ac feruebit.

Digitized by Google

CAP. XVIII.

Speciales circa rerum temporalium adminiſtrationem & æconomiam ritè intra nos exercendam obſeruationes.

1. EXploſis longèque amandatis modis ſupra expoſitis Obſeruantiæ voti paupertatis tanquam perniciosis coruptelis; iam accedimus ad alias ſpeciales circunſtantias quas in virtutis iſtius Euangelicæ exercitio obſeruare ſatagimus, vt eam in puritate ſua colamus & poſſideamus.

2. Cùm itaque optimam rei familiaris cuiuſlibet Conuentus cōſtitutionem, bonorumque temporalium affluentiam ex duobus quaſi fontibus profluere exiſtimemus, ſcilicet ex prouidentiæ diuinæ theſauris, & ex proximorum charitate; ad vtrumque vnde ea hauriamus, recurrere adnitimur, ac bonis Officiis ea demereri

3. Quòd ad primum attinet, cùm à D. Paulo edocti ſimus *nobis primùm quærendum eſſe Regnum Dei & iuſtitiam eius, tumque cætera nobis eſſe adjicienda*: aliunde etiam docuerit nos Chriſtus *Regnum Dei intra nos eſſe*; primo illi capiti ſatisfacere adnitimur cùm *peccatū non regnat in noſtro corpore*, ſed *Deus ipſe triumphat nos in Chriſto*: Præterea eius gloriam ante omnia ſpectare & promouere contendimus. Quia pariter iuſtitiam Dei in eo coſiſtere arbitramur, vt debita ex noſtra profeſsione ſacro eius Numini reddamus officia; ea in primis præſtare ſtudemus: vnde etiam, iuxta eiuſdem ſacri oraculi documentum, nos totos prouidentiæ diuinæ permittentes, confidimus quod cum creaturis omnibus etiam inanimatis beneficia ſua mirabili largitate diffundat,

multo abundantiùs ac munificentiùs ea nobis elargietur. Tobiæ etiam conſilium auſcultantes firmiter credimus quod *pauperem quidem vitam gerimus, ſed multa bona habebimus ſi timuerimus Deum, & receſſerimus ab omni peccato.*

4. Quod ſpectat alteram bonorum originem, proximi nimirùm charitatem, præterquam quòd Deus optimus maximus ſummam ſibi exhibitorum ab hominibus officiorum etiam minimorum vindicans remunerationem, ſecularium voluntatem ad opem ferendam in neceſſitatibus eorum qui abdicatis rerum mundanarum poſſeſſionibus ſibi deſeruiunt præmouet, nonnulloſque quaſi miraculo ad multa pręter ſpem & conſuetudinem præſtanda ipſis beneficia non nunquam excitat; experimento didicimus quod vbi per Reformationis inſtitutionem noua quaſi facies Monaſteriis noſtris reſtituitur, & cum quilibet ex Reformatis in pietatę, modeſtia, grauitate, aliarumque virtutum externarum praxi ſe continet; tam benè de iis ſentiunt ſeculares, & tanto charitatis affectu erga eos accenduntur, vt non tantùm nihil ad vitam eis vnquam deeſſe contigerit, ſed & largas eleemoſynas ad res alias ſibi comparandas elargiri quiſque contenderit.

5. Certè diuinam illam munificentiam, & liberalitatem fidelium adeò experti ſunt Patres noſtri in Prouincia Turoniæ, vt cùm multa ex ſuis antiquis Monaſteriis ab hęreticis fuiſſent euerſa, & alia maximam in ruinam coniecta, ſtatim ac Reformationi cœperunt incumbere, tot eis prouenerunt eleemoſinæ, tot in rebus ſibi neceſſariis charitatis munera acceperunt, vt intra paucos annos reſtituta fuerint diruta Monaſteria, reparata quæ alijs in locis ſupererant ædificia, cœnobiis omnibus adiuncta prædia, nouis ædificijs & hortis amplificata, redditibus etiam ſat amplis ex piorũ fun-

Digitized by

tionibus promanantibus tam benè dotata, vt ſolus Conuentus Rhedonenſis in quo ante Reformationem duodecim Religioſi vix ſuſtentari valebant, iam à multis annis centum ferè Religioſos ſuſtineat. Similiter in alijs ſexaginta, quadraginta, triginta, viginti ſubſiſtunt: nec vllus eſt modo Conuentus ex quinque paruis, in quo ſaltem duodecim non ſuſtententur, aut proximè diſpoſiti non ſint ad eum Religioſorum numerum ſuſtinendum.

6. Quamuis grata eſſe debeat, & periucunda cœnobitarum noſtrorum ſingulis, ſi quæ ſe offerat paupertatis exercendæ occaſio, ex defectu rerum quarumpiam ſiue ad victum, ſiue ad veſtitum, ſiue ad alia vitę commoda neceſſariarum; ſumma cura vigilant Superiores, vt non tantùm habeant ſinguli, quod ſibi ſatis eſt; ſed cum aliqua etiam abundantia: quod adeò benè ſeruatum eſt apud nos vt qui ex Antiquis tranſierunt ad Reformatos ſibi apud eos melius eſſe quam vnquam apud alios fateri non dubitauerint.

7. Hoc apud nos certiſſimum habemus, quod ſicut durum eſt, & perdificile aſtringere religioſos ad exactè obeunda vitæ regularis munia, quando eis deſunt quæ ſibi ad benè eſſe competunt; pari quoque ratione liberum eſt, & iuſtum eos ad ea vrgere, & compellere, quando omnia quę ſibi ſunt neceſſaria magna cura ſubminiſtrantur.

8. Inde eſt quod licet in aſſumendis ad prioratus ſingulorum Conuentuum officia viris, pietatem prudentiam & Regularis Obſeruantiæ zelum in eis magis deſideremus, quam peritiam œconomicam; vtraſque tamen dotes requirimus. Ita vt ſuperiores iſtius ſolertia ſufficienter præditi attendant ad iuſtam bonorum temporalium adminiſtrationem continuò exercendam; vrgeantque ſuos officiarios ad ritè exequen-

da ſua munia. Defectu enim huiuſmodi curæ & ſolertiæ magnam in penuriam videmus ſæpe adduci Conuentus, ſimulque Diſciplinam regularem maximum damnum experiri.

9. Iidem Superiores dare etiam debent operam vt ſuorum Conuentuum Procuratores ſeu expenditores præſentem habeant pecuniam, non tantùm pro emendis maioribus annonis, ſed etiam ad quotidianos ſumptus faciendos: ita vt vel in toto, vel maiori ſaltem ex parte ſoluant pretium rerum victui quotidiano & ſolito neceſſariarum: hoc enim modo multo viliori pretio, ac melioris conditionis fruges omnes comparari ſolent, vt quotidiana patet experientia. Ideòque Superior vnâ cum ſuis Officiarijs debet inuigilare ac dare operam vt vel reſeruent, vel certi ſint vnde pecunias habeant tempore quo maiores fieri debent expenſæ.

10. Facultatum cuiuſlibet Conuentus, & præſentis in qua verſantur diſpoſitionis, ſedulam rationem habere debent Superiores, vt non plures aſſignentur in qualibet familia quam ſuſtentari poſſint abſque creandis debitis: & ſi quid ob preſentis temporis miſeriam, vel caſu alio ſiniſtro obortam Conuentui calamitatem miniſtrari non poſſit Religioſis, ac tribui ea in abundantia quæ ſolebat; non tantum id patienter ſupportare debent vniuerſi, atque in exercitium paupertatis quam vouerunt libenter acceptare; ſed maiori zelo, & cura applicare ſe & profundere, vt ita loquar, in aptis ad Conuentui ſubſidium afferendum functionibus.

11. Inde eſt etiam vt exercitiorum ſeu mediorum in Ordine conſuetorum ad eleemoſynas, exterioraque emolumenta a plebe procuranda nihil ſit omittendum, ſed vnicuique ſtudendum vt pro datis ſibi viribus & talentis iuxta Superiorum ordinationem ſe applicet: puta vrbanis ac ruſticis quæſtibus pro patrio more faciendis,

dis, infirmis conſolandis, inſignioribus ac honeſti-promiciue perſonis ex decentia inuiſendis, eas ipſi charitatis & vrbanitatis officiis ſibi demerendo. neceſſitates domeſticas honeſte, & non importunè eis interdum aperiendo; ſtationes etiam pro Concionatoribus procurando; aliis demùm viis & induſtriis pro Religionis bono & honore laborando.

12. Culinæ ſumptibus quantum fieri poteſt modus eſt adhibendus ab officiariis, ita vt diligenter proſpiciant ne immoderatæ tùm in opſoniis, tùm in ligno, tùm in carbone fiant expenſæ: curando vt fiant furnella in camino, aliaque accõmodamenta apud pleroſque Religioſos vſitata ad parſimoniã & ſumptuum moderationem valdè apta. Attendere etiam debent vt ſingulis Religioſis competentes dentur pitanciæ iuxta id quod præſcriptum eſt in ſtatutis; itaut nec nimis modicæ ſint, nec nimis grandes, ne quid ſuperſit quod deperdatur.

13. Exploratum habemus atque perſpectum quod reparationes amplificationeſque Monaſteriorum plurimùm conferunt non tantum ad ſolatium Religioſorum Reformatorum, ſed etiam ad eorum commendationem apud plebem eiuſque beneuolentiam ſibi conciliandã. Etenim Religioſi non Reformati domos ſuas ferè ſemper deperire ſinunt, hortos ſuos relinquunt incultos & incompoſitos, clauſtra, aulas ſemideſtructas, ac immunditiâ plenas, vnde ſatis malè audiunt apud plebem; ita efficitur, vt nouis ſtructuris, ac decorationibus quibus Reformati domos antiquas exornant, præ aliis æſtimentur, & authoritate apud plebem præualeant.

14. Notandum eſt porrò quod vbi quidpiam inſtaurationis in Conuentibus pro Reformationis vſibus ſuſcipiendum eſt, tempus ita commodè aucupari debet, vt id fiat quo potiſſimum tempore populus cœptis iſtis

da ſua munia. Defectu enim huiuſmodi curæ & ſolertiæ magnam in penuriam videmus ſæpe adduci Conuentus, ſimulque Diſciplinam regularem maximum damnum experiri.

9. Iidem Superiores dare etiam debent operam vt ſuorum Conuentuum Procuratores ſeu expenditores præſentem habeant pecuniam, non tantùm pro emendis maioribus annonis, ſed etiam ad quotidianos ſumptus faciendos: ita vt vel in toto, vel maiori ſaltem ex parte ſoluant pretium rerum victui quotidiano & ſolito neceſſariarum: hoc enim modo multo viliori pretio, ac melioris conditionis fruges omnes comparari ſolent, vt quotidiana patet experientia. Ideòque Superior vnà cum ſuis Officiarijs debet inuigilare ac dare operam vt vel reſeruent, vel certi ſint vnde pecunias habeant tempore quo maiores fieri debent expenſæ.

10. Facultatum cuiuſlibet Conuentus, & præſentis in qua verſantur diſpoſitionis, ſedulam rationem habere debent Superiores, vt non plures aſſignentur in qualibet familia quam ſuſtentari poſſint abſque creandis debitis: & ſi quid ob preſentis temporis miſeriam, vel caſu alio ſiniſtro obortam Conuentui calamitatem miniſtrari non poſſit Religioſis, ac tribui ea in abundantia quæ ſolebat; non tantum id patienter ſupportare debent vniuerſi, atque in exercitium paupertatis quam vouerunt libenter acceptare; ſed maiori zelo, & cura applicare ſe & profundere, vt ita loquar, in aptis ad Conuentui ſubſidium afferendum functionibus.

11. Inde eſt etiam vt exercitiorum ſeu mediorum in Ordine conſuetorum ad eleemoſynas, exterioraque emolumenta a plebe procuranda nihil ſit omittendum, ſed vnicuique ſtudendum vt pro datis ſibi viribus & talentis iuxta Superiorum ordinationem ſe applicet: puta vrbanis ac ruſticis quæſtibus pro patrio more faciendis,

67

dis, infirmis conſolandis, inſignioribus ac honeſti-promiſcue perſonis ex decentia inuiſendis, eas ipſi charitatis & vrbanitatis officiis ſibi demerendò. neceſſitates domeſticas honeſte, & non importunè eis interdum aperiendo; ſtationes etiam pro Concionatoribus procurando; aliis demùm viis & induſtriis pro Religionis bono & honore laborando.

12. Culinæ ſumptibus quantum fieri poteſt modus eſt adhibendus ab officiariis, ita vt diligenter proſpiciant ne immoderatæ tùm in opſoniis, tùm in ligno, tùm in carbone fiant expenſæ: curando vt fiant furnella in camino, aliaque accõmodamenta apud pleroſque Religioſos vſitata ad parſimoniã & ſumptuum moderationem valdè apta. Attendere etiam debent vt ſingulis Religioſis competentes dentur pitanciæ iuxta id quod præſcriptum eſt in ſtatutis; itaut nec nimis modicæ ſint, nec nimis grandes, ne quid ſuperſit quod deperdatur.

13. Exploratum habemus atque perſpectum quod reparationes amplificationeſque Monaſteriorum plurimùm conferunt non tantum ad ſolatium Religioſorum Reformatorum, ſed etiam ad eorum commendationem apud plebem eiuſque beneuolentiam ſibi conciliandã. Etenim Religioſi non Reformati domos ſuas ferè ſemper deperire ſinunt, hortos ſuos relinquunt incultos & incompoſitos, clauſtra, aulas ſemideſtructas, ac immunditiâ plenas, vnde ſatis malè audiunt apud plebem; ita efficitur, vt nouis ſtructuris, ac decorationibus quibus Reformati domos antiquas exornant, præ aliis æſtimentur, & authoritate apud plebem præualeant.

14. Notandum eſt porrò quod vbi quidpiam inſtaurationis in Conuentibus pro Reformationis vſibus ſuſcipiendum eſt, tempus ita commodè aucupari debet, vt id fiat quo potiſſimum tempore populus cœptis iſtis

R.

applaudit, ac beneuolentiæ ſuæ ſigna erga Religioſos ardentius oſtendit. vt enim omnia initia feruere, ac paulatim frigeſcere cernimus; multò difficilius eſſet longiori temporis lapſu magna recipere ſubſidia à populo quæ facile initio elargitur.

15. Eſto nihil operis temerè præcipitique conſilio ſuſcipiendum ſit in ædificiis, ſeu reparationibus Conuentuum magnas exigentibus expenſas; anteuertere tamen ſatius eſt, quam prorogare, modo tres interueniant circunſtantiæ. Prima, vt ſuperior id ardenter ſuſcipiat, curaſque ſuas fortiter adiiciat ad opus. Secunda, vt religioſos habeat eiuſdem intentionis, & propoſiti, qui labores ſuos etiam & induſtrias conſtanter adhibeant, ad procurandas eleemoſynas, & ſubſidia neceſſaria à populo. Tertia, vt ſi non omninò certa, ſaltem magna ſpes affulgeat notabilis auxilij conſequendi à proximo.

16. Ea ratione ſuſceptas, & quidem cum modica pecunia domorum noſtrarum reſtaurationes, non proſperè modo, ſed ſupra omnem omnino expectationem ſucceſſiſſe; paucos ſed ſtrenuos è noſtris operum iſtorum coadiutores multas pecunias aliaque beneficia ad ædificiorum perfectionem collegiſſe, nobis vſu frequenti perſpectum eſt,

17. Porrò duo hac in re extrema præcauenda ſunt & euitanda. Vnum, cùm quidam Cœnobiarchæ nimio zelo perciti, vel ædificandi prurigine commoti, opera ingentia non niſi magnis ſumptibus perficienda aggrediuntur, quæ vt abſoluant bonis exhauriunt Conuentus quos, proindè multo ære alieno grauatos relinquunt à ſuis ſucceſſoribus vt poterunt redimendos. Alterum extremum eſt, cùm alii ſuperiores necnon eorum ſubditi, animi ſui quieti ac commodis ſui corporis nimiùm indulgentes, etiamſi Conuentus inhabitent valde in-

Digitized by Google

commodos ob caducitatem, vel deformitatem, vel paucitatem ædificiorum; hortos etiam, & areas valdè anguſtas poſſideant, quibus amplificandis via patet ſatis facilis; nihilominus eorum omnium curam negligunt, vt lautiùs viuant, & plerùmque in otio vitam terunt ac inertiâ, prouentus omnes quoquo modo obuenientes conſumunt, nulla ſaltem notabili facta in Conuentibus reparatione.

18. Vtrique vero incommodo proſpicere ſolitum eſt apud nos. Priori quidem lato decreto, vt nullum opus notabile ſuſcipere, & inchoare valeant Superiores locales, etiam de conſenſu ſuæ communitatis; abſque licentia R. P. Prouincialis in ſcriptis, quàm etiam dare non ſolet niſi tribus adiectis conditionibus. Prima, vt expenſæ quæ fieri debent in ſuſceptis operibus nullum ſaltem incommodum afferant quò ſubminiſtrari non valeant quæ neceſſaria ſunt ad honeſtam Religioſorum omnium ſuſtentationem, qui ſunt de familia illius Conuentus, tam ad victum, quam ad veſtitum vt antea. Secunda, vt attente conſiderata facultate quam habet Conuentus de præſenti, & quam certo breui poſtea habiturus eſt ad perficiendum opus quod proponitur, limitet etiam & aſtringat ſuperiorem ad eam tantum operis partem aggrediendam, cuius expenſæ reſpondeant circumcirca facultatum quæ ſuppetunt in eo inſumendarum quantitati. Tertia, ſi perfectio operis integri ita vrgeat, vt ad id pecunia mutuò aſſumenda ſit, vt prius non conſentiat R. P. Prouincialis, quàm ſimul cum Superiore locali & Communitate non proſpiciat quod certò & breuiori quam fieri poterit tempore debita procreata extingui poterunt, idque fieri mandet in ſcriptis ſub certis pœnis Superiori, & Officiariis Conuentus imponendis.

19. Quantum ad aliud incommodum, præterquam

quod abundè ei ſatisfactum eſſe arbitror per primam ex ſupra poſitis conditionibus, quas R. P. Prouincialis obſeruare tenetur; pudere debet viros Religioſos priuatis ſuis commodis ita addictos eſſe, vt tantillam illorum priuationem ſibi metuentes, neceſſitatum ſuorum Conuentuum quæ in ſuas etiam priuatas perſonas redundant, nullam curam ſuſcipiant, tamque recedant ab exemplo prædeceſſorum ſuorum, qui graui cum incommodo perſonarum ſuarum & diuturnis laboribus Conuentus primò extruxerunt, amplificauerunt, ac diu optimo in ſtatu conſeruarunt; ij verò iam quaſi degeneres eiuſmodi zelo & ſtudio careant.

20. Et verò, Deo ſit laus, vix vnquam hoc apud nos contigit ex quo Reformatio propagata eſt in Conuentibus noſtræ Prouinciæ Turoniæ; imo zelus adeò communis & ardens apparuit hac in re inter omnes, vt iam antiqui noſtri Conuentus quaſi à fundamentis, & in integrum reſtaurati ſint ſolo Rupellenſi excepto, cuius etiam in dies vrgetur fabrica & reſtitutio. Prudenter etiam plerúmque obſeruatum eſt, apud nos vt quando ędificiorum quorumdam licet ſatis neceſſariorum non multum vrgebat conſtructio, eorum duntaxat iacerentur fundamenta, & quædam initia quæ apparerent extarentque inditia & quaſi motiua quibus populus ex ſe ipſo ad ea perficienda excitaretur, aut iis vterentur fratres noſtri ad conquirendas & facilius obtinendas eum in finem eleemoſynas, quod & feliciter ſemper ſucceſſit.

21. Quia verò optima rei familiaris conſtitutio quolibet in Conuentu eſt quaſi neruus obſeruantiæ Regularis ac primum illius fundamētum quo firma conſiſtit; duo alia, præ cæteris, ſuperioribus localibus præcipue volumus commendata, & quidem tanquam capitalia officiorum ſuorum munia & rectæ adminiſtrationis in-

Digitized by Google

ſignia. Studeant in primis œconomiæ domeſticæ ita vigilare ac prouidere vt debitis oneratos non relinquant ſuos Conuentus quando regiminis ſui tempore elapſo ab iis recedere debent. adhibeant propterea remedia quæ ad id præſtandum viſa fuerint opportuna. recurrant verbi gratia ad R. P. Prouincialem, & rogent vt ſibi concedat aliquot ſtrenuos operarios qui hunc in in finem laborent; inſtent etiam apud eum vt non maiorem numerum Religioſorum in eis collocet quam ſit tunc neceſſe; ita vt ex annua & conſueta prouentuum perceptione fiat expoſitio alicuius partis extinguẽdis debitis inſumendæ. Dent etiã operã vt nullę fiant expẽſę extraordinariæ, nulluſque exceſſus in ordinarijs.

22. Secundò, Iiſdẽ ſuperioribus localibus incũbit vt diligenter curent ædificiorũ reparationem ac prędiorum culturã debito tempore & modo fieri: officinarum omnium inſtructum, cubiculorum ſupellectilem, Bibliothecæ libros, Eccleſiæ vaſa & ornamenta non tantum conſeruare in integrum, aut quod detritum fuerit reſarcire, aut quod deperditum reſtaurare; ſed quod ſummè laudandum, amplificare. Id adeo viſum eſt ſemper neceſſarium, vt negligentes hac in re Superiores Monaſticarum rerum adminiſtratione digni non reputentur, & qui grauius hac in re peccare deprehenduntur, Comitiorum Prouincialium tempore publicè argui debent, ac ſi caſus exigit, extatque periculũ ne denuò Religio ſimile detrimentum ab eis recipiat, ad officia Prioratus imposterum declarari debent inhabiles, ſicut etiam ante Reformationem fieri conſueuerat.

23. Demùm, omnibus & ſingulis tam ſuperioribus quàm inferioribus commendatum eſſe volumus, vt memores ſint quod non tantùm pauperes ſunt ex voto ad modum eorum qui in ordinibus copioſis redditibus do-

tatis, profeſſionem emittunt; ſed ad normam ordinum mendicantium quorum numero aſcripti ſunt: Hocque de ſe ipſis verè ſentientes, res ſibi conceſſas à Religione & datas ab Officiariis ad victum & veſtitum recipiant ac ſi mendicatim oſtiatimque à Chriſti fidelibus tunc ſibi eſſent erogatæ. Si quid minus ad nutum & guſtum ſuum ab officiariis Conuentus ſibi dari contigerit, caueant ne de ijs murmurent aut conquerantur, Chriſti paupertatem in hoc experiri gaudentes.

24. Iuxta etiam regulæ noſtræ præceptum, aſſueſcant pedites itinerare, quamdiù per vires licuerit, & apud ſeculares diuertere ad hoſpitalitatis beneficium ab eis ex charitate recipiendum. Si aliquando cogantur ad tabernas publicas diuertere; caueant diligenter ne dapes delicatiores & magis caras ſibi miniſtrari curent; conſiderantes quòd cùm viaticum quod ſibi tributum eſt à Conventu, prouenerit ex eleemoſynis fidelium & plerumque valdè pauperum, Religioni exhibitis; graue credant eſſe coram Deo piaculum, & ſecularibus ſcandalū quando ijs ad delicias abutuntur.

CAP. XIX.

Burſæ ſeu pecuniæ communis conſtitutio grauioribus quorumlibet Prouinciæ Conuentuum neceſſitatibus applicanda, efficaciſſimum ſanctæ paupertatis ſtabilimentum ac Reformationis vbique confirmandæ inſtrumentum.

1. ETſi ſupra poſitæ ſanctæ paupertatis apud nos exercendæ rationes & vnicuique noſtrum pluri-

omnium commendatæ, capaces ſint & ſufficientes ad hoc vt votum quod de ea emittitur perfectè adimpleatur; nihilominus viſum eſt nobis aliam iis adjungere circunſtantiam quæ nouum ei perfectionis gradum addit, eſtque ipſarum velut complementum. Exiſtimamus enim non ſufficere, vt inter omnes & ſingulos Religioſos omnia communia ſint, & ſingulis à ſuperiore ſeu eius officiarijs ſuppeditentur quæ ſunt ſibi neceſſaria; judicauimus etiam neceſſe vt inter omnes & ſingulos Conventus reformatos ejuſdem Prouinciæ tanta intercedat bonorum omnium communitas, tanta vigeat inter eos vnio & charitas, vt pauper Conuentus à ditiore iuuetur; & habeatur inſuper ærarium commune vndè communibus, & vrgentioribus Prouinciæ neceſſitatibus prouideatur.

2. Nouum iſtud politiæ Monaſticæ genus (neque enim audiui apud vllos extitiſſe Ordines, ſeu Congregationes etiam reformatas aut de nouo formatas, antequam apud nos fuiſſet inſtitutum) viſum eſt non tantùm ad maiorem commoditatem, & vtilitatem, ſeu quaſi ex abundantia, & ſupererogatione introducendum; ſed tanquam neceſſarium in præſenti rerum ſtatu, tùm ad regimen Prouinciæ magis ſuaue, & facile reddendum, tùm ad fouendam, promouendamque Reformationem: cum ſine iſta praxi eam nec florere, nec diù perſeuerare poſſe exiſtimemus, ob rationes hic à nobis expendendas.

3. In primis igitur conſiderandum eſt, quod quidem in cœnobiis quæ neceſſaria, & commoda habent ædificia, quæ ſupellectili copioſa ſunt inſtructa, & in quibus ex certis redditibus vel piorum fidelium beneficiis, vel laboribus Religioſorum, neceſſitatibus priuatis & communibus ſubueniri poteſt ſufficienter, ſancta paupertas, ac diſciplina regularis facilè à quolibet

obſeruatur. Cùm enim ex neceſſariis, ſiue ad animum, ſiue ad corpus nihil cœnobitis deeſt, modo alieni à ratione non ſint, & ſaltem vtcùmque ſuo munere defungi velint, certè à profeſſiōis ſuę lege tam grauitèr deficere non poſſunt, nec non quietè viuere. At non omnes Conuentus iſtis gaudent æqualiter commodis. Alii enim vetuſtate nimia ſunt valdè caduci, alii ab hæreticis direpti, alii aliis caſibus agitati corruerunt: ſicque ſiue hominum improbitate, ſiue bellorum vaſtationibus, ſiue aliis temporum iniuriis ad tantam redacti ſunt inopiam, vt nec Religioſos niſi perpaucos ſuſtinere valeant, nec illi arctam vitæ Regularis diſciplinam ibi obſeruare.

4. Inde verò aliud graue ſequitur incommodum: fit etenim vt cœnobia illa parua & egena, in quibus præ paucitate incolarum Religio languet, à grandioribus Conuentibus ac locupletibus in quibus viget tantùm differant, etiam ſeculárium iudicio, quantùm (aut parum abeſt) irreformata olim à reformatis Monaſteria diſcrepabant.

5. Sed horum inter cœnobiorum colonos longè majus adhuc diſcrimen intercedit: qui enim domos commodis abundè inſtructas incolunt, in quibus ad vnguem regularis diſciplina obſeruatur, virtutibus etiam & piarum exercitationum ſtudio præcellunt: qui verò exiguas illas ac minus commodas inhabitant; diſſoluti plerùmque, atque à religioſa perfectione ſatis alieni aduertuntur. Præterea qui piè in deum affecti ac ſtrenui virtutū cultores apparent, huius generis cænobia ægrè petunt, non ſine tædio in iis commorantur, nec diù ibi retineri poſſunt: quippè ſemireligioſos ſe dumtaxat exiſtimant, atque inſolito ibi more viuere moleſtiſſimè ferunt.

6. Qui è contrà, eorum incolatu delectantur, cò

quod integræ ibi obſeruantiæ non aſtrigantur, ſed ſumma vtantur, & vt plurimum ob tantam licentiam peſſimos paulatim contrahant mores, ac ſæculari potius ritu viuere aſſueſcunt quàm religioſo. Si verò, vt huic malo adhibeatur remedium, in Monaſteria traducantur in quibus vigeat regularis obſeruantia; non niſi ægrè ac ſumma cum difficultate in iis continentur. Cum enim chorum frequentare, inde in cellam ſe recipere, perpetuò ferè ſilere, matutinis nocturnis intereſſe, animi motus reprimere planè deſueuerint; iam eas exercitationes repetere quàm olim Religionis ab ingreſſu obire, multò ipſis grauius eſt: & licet neruos omnes prælatus contendat, vt eos ad officium reuocet; deprauationes cordibus eorum tam altis infixæ radicibus meliorem ad frugem eos redire nequaquã patiuntur. Sua ſic alienatione ab exercitiis virtutis profeſſioni ſuæ congruis obdurati, alios etiam facilè inficiũt, atque fortè eundem in ſtatum prauo exemplo ſe contrahunt ſibi ac Religioni valdè pernicioſum.

7. Dùm itaque vna ex parte ædificatur, ex alia deſtruitur: dum vno in cœnobio diſciplina Regularis erigitur, in altero prolabitur, nullúſque tanta in viciſſitudine progreſſus perfectionis ſeu Reformationis apparet in Prouinciis, quod certè non aliundè quam ex domorum quarundam egeſtate, ac incommoditate proficiſcitur ob quam ſufficientem ſtrictæ regularitati ſeruandæ Religioſorum numerum ſuſtinere non poſſunt.

8. Tanto itaque malo, quo ſtatim initio aggrauari ſenſerunt ſuam obſeruantiam Patres noſtri, vt mederentur, ſapienter decreuerant quòd quemadmodum humano in corpore ſe inuicem membra adiuuant omnia, mutuoque ſubleuant auxilio; ita noſtra in Reformatione opulentiora cœnobia tenuibus ac egenis ex ſuis com-

ıodis impertirent, cunctæque ſibi domus inuicem opi-
ılarentur.

9. Eam ergo ſtatim ab initio Reformationis noſtræ Prouinciæ domos inter charitatem intercedere viſum eſt debere ac bonorum communitatem, vt pauper Conuentus ſponte à ditiore iuuetur iuxta Superiorum ordinationem, & Conuentuum facultatem: itavt qui ſupellectili, libris, ornamentis Eccleſiæ, pecuniis & aliis abundaret, hoſpitiis, & pauperioribus Conuentibus libenter & liberaliter impertiretur. Hoc pacto loca noua ſtatim acceptata ſunt & Monaſteria ibi cōſtructa, Conuentus antiqui diruti reſtaurati, inopes ea rerum neceſſariarum copia inſtructi, vt congruum reformationis exercitationibus numerum Religioſorum exciperent ac ſuſtentarent.

10. Verùm ne charitas quæ ſemper initio ardens eſt ſtatim deferueſceret, ac mala prænotata denuò repullularent mutui huius auxilij impoſterùm confirmandi rationem hanc prudenter excogitarunt, nempe vt commune Marſupium in Conuentuum dirutorum reparationes, in nouorum conſtructiones, & in publicæ ſubuentionem neceſſitatis apud nos habeatur. Huic velut Prouinciæ ærario eleemoſynas omnes, ſiue pecunias prouenientes ex Fratrum concionibus per aduentum, Quadrageſimam, & Octauas ſancti Sacramenti attribuerunt: ſapienter attendentes quod hac diſpoſitione Conuentus vnius non magis infringuntur iura quam alterius, cùm omnibus æqualiter generis huius pecuniæ adimantur; nec quiſquam de Prouinciali conqueri habet, quod diſtributione concionatorum plus alteri quam ſibi faueat; ſiquidem tota ad Prouinciam reſeruata pecunia omnes priuati æquiparantur.

11. Nihilominus varia propter incommoda quæ acciderunt, ſumma incerta, & vaga ad certam determi-

ñata eſt, quæ à Conuentibus ſiue plus, ſiue minus emolumenti à concionibus percipiant, annuatim ſoluatur. Equidem hac reductione minuitur ſumma pecuniæ, quæ in commune Prouinciæ cōmodum cedere debet; at etiam ſecura redditur de qua certò diſponere poſſunt Prouinciæ miniſtri.

12. Altera pars fundi huius ex pecunijs habetur quæ proueniunt ex receptione nouitiorum, ſiue dentur ex liberalitate, & charitate ab eorum parentibus, ſiue ab ipſis nouitiis de ſua ſubſtantia in religionis vtilitatem ex pietate tradantur, ſecundùm quod regni leges legitimè faciendum eſſe præſcribunt. Quod quidem æquitati, ac bono regimini apprimè congruit: cùm enim non iam niſi in vno aut altero Conuentu, qui à Prouinciæ definitorio deſignatur, nouitij recipiantur; vnus ille ex omnibus totum ſentiret commodum quod inde non mediocre plerùmque eruitur, fieretque dùm ille optimis inſtrueretur redditibus, ac copijs abundaret; alij præ inopia & egeſtate, perpetuò jacerent, & identitem dilaberentur. Atque adeò cùm quædam Monaſteria, & ſatis pauca recipiendis, & educandis nouitiis ſint apta, illa ſola præ cæteris ſemper perciperent & alijs præriperent emolumentum, quod haud dubiè ab æquo valdè abhorreret.

13. Sapienter igitur prouiſum eſt & ordinatum, vt abſque vllius cœnobij particularis injuria, huius pecuniæ receptio cedat in bonum commune Prouinciæ, eiuſque diſpoſitio definitorio reſeruatur, vt communi Prouinciæ bono applicetur: ſicque vni dumtaxat, aut alteri vtilitatem, & commodum afferat, pro vt præſens neceſſitas exigit. Vnde etiam ſtrictè prohibetur ne Prouincialis, & deffinitores eam diſtrahāt in alios vſus quàm in reparationes Conuentuum dirutorū, aut conſtructiones nouorum, aut pauperum ſubuentionem ac

enda noua Monaſteria noſtri Ordinis pluribus in locis ac Ciuitatibus nobis valde commodis: ſicut iam iam audio factam adhuc eſſe conuentionem inter R. P. Benedictinos Anglos, & Patres noſtros Prouinciæ Turoniæ, pro tradendo ſibi Monaſterio totaliter perfecto ac ſuppellectile inſtructo quod illi extruxerunt in vrbe Maclouienſi maris Emporio non modo Armoricæ, ſed & totius Galliæ celeberrimo.

17. Danda igitur opera, non tantùm vt conſeruetur burſæ illius ſeu pecuniæ communis vſus; ſed augeatur potius quam minuatur: idque perficiendum eſt maximè zelo boni communis promouendi, ac Prouinciæ amplificandæ quo quiſque affici debet; maximè vero ſuperiores locales, qui propterea curare debent ſollicitè, vt quæ præſcripta ſunt in ſtatutis pro conflanda pecunia illa communi, exactè ſeruetur; præcauentes ne ſub prætextu conſulendi commodis priuatis ſuorum Conuentuum quidquam ſubdolè ſubtrahant, ac retineant de pecuniis quæ burſæ iſti communi addictæ ſunt.

18. Propterea conſiderent inſuper quòd cùm ex intentione Religionis & per authoritatem legitimam, non tantùm Ordinis Superiorum, ſed & ſummorum Pontificum, pecuniæ illæ deſtinatæ ſint ad vſum illum burſæ communis, non poſſunt vlli Superiores authoritate priuata eas vſurpare, nec quiſquam alius eas ſibi retinere, ſiue in toto, ſiue in parte abſque ſpecie quadam furti, ac violationis voti paupertatis, à quibus propterea tanquam à grauibus conſcientiæ criminibus debent abſtinere necnon abhorrere.

19. Addo inſuper quod cùm lege etiam naturali ac politica bonum commune præferendum ſit priuato, debeantque priuatæ cuiuſcunque communitatis perſonæ illud, vbi opus eſt, promouere cum aliquo etiam proprio damno ſi neceſſe ſit; illi certè contra vtramque

legem peccare cenſendi ſunt, qui non verentur modo contrario ſe gerere, & indigni iudicandi ſunt qui ad officia Prælatorum promoueantur.

20. Prætérea, ſi ſe offerat occaſio aliqua oportuna ſiue ſundi alicuius, putà horti alicui conuentui neceſſarii, vel Conuentus noui erigendi in aliquo loco ſeu ciuitate inſigni, vel aliud quid ſimile exequendi, in quo neceſſe ſit pecunia communi Prouinciæ vti, ſi ad id ſumma ſufficiens non adſit in burſa communi, gratum habere debent omnes Superiores locales, ac communitates, & facilè conſentire vt fiat taxa pro colligenda pecuniæ ſumma quæ fuerit determinata pro omnibus, & ſingulis Prouinciæ conuentibus, habita ratione facultatum cuiuſque, vt pro rata portione ipſis proportionata ab eis exigatur: & ſi neceſſe fuerit adhuc maiorem ſummam impendere quæ mutuò accipi debeat, conſentiant etiam & ſubminiſtretur portio ſibi contingens ad ſolutionem cenſus annui neceſſariam.

21. Demùm, vbi neceſſe fuerit debita aliqua creare pro bono communi Prouinciæ, curam maximam adhibeant ſuperiores majores & minores, vt quamprimùm iis ſe exonerent, vijs & medijs promptioribus, & efficacioribus, nullamque hac in re tergiuerſationem ac moram adhibeant: quia alioqui nullam amplius burſam communem haberent paratam ad ſubueniendum neceſſitatibus Prouinciæ, carerentque fructibus & commodis maximis, & valdè neceſſarijs qua ſupra recenſuimus, cùm maximo Religionis ac Reformationis damno.

Digitized by Google

CAP. XX.

Quo ſpiritu & quo gradu auſteritates corporis à noſtris aſſumendæ.

1. CArmelitas vniuerſos ex ipſa proprij nominis ſignificatione, macerationibus carnis, mentis abnegationi, paſſionum moderationi, & cuiuſlibet oblectationis illicitæ ſubſtractioni, addictos eſſe ſufficienter comprobatur: nil enim aliud ſonat vox iſta *Carmel* ſeu *Carmelus*, quàm Circoncisionis cognitionem ſeu ſcientiam, hoc eſt prauæ cuiuſquam libidinis reſecandæ artem, & peritiam, non ſecus enim ac arbuſta, vineaſque putari neceſſe vt fructus majori largitate fundant, vti Deum ipſum tanquam peritum agricolam facere docuit nos Chriſtus, dum dixit, *omnem palmitem in me non ferentem fructum tollet eum & omnem qui fert fructum purgabit eum vt fructum plus afferat*; Ita myſtici Carmeli frutices, hoc eſt Religioſæ Ordinis iſtius perſonæ, virtutum operibus abundare non poſſunt; niſi auſteritatis officio quaſi ſcirpicula prauos naturæ luxuriantis ſurculos reſecent.

2. Hæc autem vitæ auſteritas, cum ex Auguſtins duplex ſit, altera corporis, qua menti corpus, altera ſpiritus, qua mens Deo ſubjicitur; ita etiam duplici hac exercitatione religioſam ad perfectionem noſtris aſpirandum eſſe duximus.

3. Et quia licet aſperitates iſtæ cunctis cœnobitis communes ſint; diuerſis tamen modis à ſingulis Ordinibus ſeu Congregationibus exerceri ſolent: operæ pretium exiſtimaui hic exponere quibus patres noſtri ationibus ſubnaſcentis Reformationis primordijs, du-

cerentur ad eas amplectendas, quidue & quantùm de iis ſumendum ſtatuerint.

4. Ardentes primùm incipientis obſeruantiæ feruores præter ea quæ in regula noſtra ſtatuta ſunt, ac in antiquis ordinis conſtitutionibus perſcripta, patres noſtros ferebant in externas quaſdam aſperitates in ordine hactenus inuſitatas; quod eas tùm ad Religioſam perfectionem aſſequendam, tùm ad magis illuſtre Reformationis ſpecimen foris exhibendum crederent plurimum valere: nec aliundè parui referret ſecularium, qui ſuſceptum opus promouerent, hac via beneuolentiam comparare.

5. Deinde mouebat vehementer recentiorum omnium varijs in ordinibus Reformationum, & præſertim Carmelitanæ in Hiſpania non ita pridem formatæ exemplum, cujus Authores multas ac in Ordine antea inſuetas macerationes vſurparunt, maximè vero pedum nuditatem à qua vocantur *diſcalceati*.

6. Præterea, primarii Reformationis noſtræ patres, & operarii vtebantur conſilio, & documentis R. P. Capucinorum quorum vitæ genus totius Eccleſiæ fortaſſe rigidius eſſe nemo neſcit, qui propterea ſtrictæ & valdè auſteræ inter patres noſtros Reformationis inſtituendæ ſtudio accenſi, ſibi eos conſimiles peroptabant, nempè nudipedes, incultè coopertos, ſingulis aduentus & quadrageſimæ diebus & aliàs bis aut ter qualibet in hebdomada flagellis & ſcuticis contuſos, echinatis etiam ſubuculis, ciliciiſque frequentiſſimè coopertos, ac denique aſperrimis aliis quibuſcunque pœnitentiæ machinis contritos, ſuorum inſtar, & peroptabant & quantum in ipſis erat efficiebant.

7. Et verò eorum rationes, & exempla tantùm apud feruidos noſtros Reformationis candidatos obtinuerunt, vt iam indè à principio pleriſque his mace-

rationibus

Digitized by Google

75

rationibus dediti fuerint; ex quo tãtùm abeſt vt animo frangerentur; quin è contrà ſumma inde afficerentur voluptate, populique approbantis applauſu magis ac magis cõfirmati, mutuo ſe ad inuictã in rigidiſſimo illo vitæ genere perſeuerantiã cohortarentur.

8. Nihilominus noſtrorum quipiam, expenſis maturiùs his externis rigoribus, cùm ex illa inſolita ſeueritate tumultus in Ordine metuerent, & ne grauiora indè ſuis conſiliis obſtacula crearentur; diuinam primùm hac de re voluntatem maioribus ſolito fuſis precibus ſciſcitati ſunt. Tùm initio hac de re virorum totius Galliæ pietate celeberrimorum conſilio, præuiderunt Religioſos in tantis aſperitatibus licet ſanctiſſimis, & ope gratiæ diuinæ ſatis facilibus, diù tamen abſque relaxatione non poſſe permanere; ardere initio Congregationes, ſed deferueſcere citò, tepeſcere poſtmodum, ac tandem omnino frigeſcere.

9. Aduerterũt inſuper Patres noſtri ſuis vt laboribus, & exemplis ad religioſæ in antiquis Ordinis Monaſteriis diſciplinæ reſtaurationem aptiùs inſeruirent, onera non robuſtorum, fortiumque exæquanda viribus, ſed communi humanæ infirmitatis facultati accommodanda. Ex tantis autem macerationibus quas ſemel amplexi conſtanter tenere decreuerant, quaſdam rigore nimio plurimos deterrituras, nouitate verò abalienaturas alios, nec demùm Superiorum maiorum confirmandas vnquam calculo; ſe porrò inuidiam omnium vituperationem, ac deriſionem ſubituros, ac Reformationem non ſine maximo gloriæ Dei ac Religionis detrimento dicteriis, & cauillationibus illudendam & forſan elidendam.

10 Obſeruarunt etiam multos Ordines in his auſteritatibus quæ à ſuis maximo cum feruore exercentur, inſtituti ſui perfectionem haud ſitam velle, edocti ab

Apoſtolo quod *corporalis exercitatio ad modicum vtilis eſt, pietas autem ad omnia vtilis eſt.* Et verò quamuis non oporteat corpus impinguari, incraſſari & dilatari, ne poſtea recalcitret; extenuari tamen nimia ſeueritate adeò non debet, vt confectis viribus præ langore ſtare non valeat, ſicque ineptum ac inutile ſacris operationibus fiat inſtrumentum: aut oppreſſam nimiùm mentem ſecum humi iacere ſuo pondere cogat. Siquidem, vt benè monet ſapiens, *corpus quod corrumpitur aggrauat animam, & terrena inhabitatio deprimit ſenſum multa cogitantem.*

11. Præterea multas Eccleſiæ florentiſſimas Congregationes reſpexerunt, quæ licet Chriſti mortificationem, vt viam ad perfectionis culmen certiſſimam, arripuerint; eam tamen æquo moderamine ita temperandam eſſe exiſtimarunt, vt non tam aſperitatibus edomito corpore mentem ſubigere, quam virtutum exercitiis exculta mente corpus ſpiritui ſubiicere connitantur.

12. Demùm, ad hæc omnia accedebant tres nouiſſimæ in Carmelo, nec ab antiquo Ordinis ſtipite ſeiunctæ Reformationes. Prima Mantuaniſtarum in Italia; ſecunda à V. P. Ioanne Sorethio Priore Generali pluribus in Locis inſtituta; Tertia demùm Albigenſis in aliquot Galliæ partibus propagata, quarum Authores nullam inſuetam Ordini macerationem amplexi, antiquæ dumtaxat diſciplinæ, vt magna inſtitutæ ſapientiâ & maxima cum pietate ſeculis pluribus ſeruatæ, conſtanter adhærere propoſuerunt.

13. His ergo atque alijs rationibus tùm cœlitus inditis, tùm à viris inſignibus adductis, Patres noſtri conuicti, arreptas quaſdam à principio nimio feruore depoſuerunt auſteritates, & ablegatâ inſolitâ rigoris externi ſpecie, carni caſtigandæ, & animi motibus

ſeuerè coercendis ſine ſtrepitu, & oſtentatione decreuerunt incumbere.

14. Pœnitentiæ ergò exercitationes ad iuſtum pondus prudenter reduxerunt, ita vt, licet quod ſpectat jejunij & abſtinentiæ carnium obſeruantiam (qua in re ſola, à primitiua Regula, prout nunc ſeruari poteſt tantiſper recedimus,) adhærere ſtatuerint moderationi, quam ſummi Pontifices pro ſua prudentia & æquitate inſtituerunt. Aliundè ad plurima licet non omninò inſueta in Ordine, nuſquam tamen ex Regula vel ſtatuto, ſed pro libito tantùm ſeruata, ſe lege aſtrinxerint, putà interdictis laneis, aut alterius cujuſlibet generis culcitris, in laneis dumtaxat linteis ſuper paleam decumbendum; ad ter in Hebdomada quadrageſimæ & aduentus temporibus, ſingulis ſextis ferijs per annum, ſingulis diebus jeiunij Eccleſiaſtici, in vigiliis, omnium feſtiuitatum Beatæ Mariæ Virginis, & alias ſæpè pro caſibus occurrentibus accipiendas per ſe ipſum diſciplinas.

15. Tenetur etiam quilibet ad habenda in ſua cella cilicia, induſia, & cinctoria nodis & ſetis intertexta, vel catenas ferreas echinatas cingendis renibus accommodatas, & ſimilia ad macerationem corporis apta inſtrumenta, vt ijs, iuxtà præſcriptum, vel de ſuperioris licentia ſuis temporibus concedendâ vtantur. Alias demùm permultas humilitatis & pœnitentiæ rigidiſſimas exercitationes obire curamus clanculùm intrà ſepta Monaſterij, & extra conſpectum hominum, vt ſenſualitatis, ac ſuperbiæ motibus ſpiritui magis ſubmiſſis, Deo facilius mens poſſit adhærere.

16. Quamuis itaque inſtituti noſtri ratio non æquè aſpera foris ac quorumpiam appareat; ijs tamen ad quas nec ex regula nec ex ſtatuto tenebamur, aſſumptis auſteritatibus, tantùm corpora quantùm ferre

poſſunt macerantur. Cùmque aſperitatibus illis neceſſariò accedat horis diurnis ac nocturnis in choro recitandis aſſiſtentia quotidiana, cautus labor, matutinæ & ſerotinæ meditationis contentio, ſtudiorum aſſiduitas, concionum habendarum confeſſionumque excipiendarum cura, aliaque plura tùm charitatis tum neceſſitatis munia perpetuò exercenda occurrant; ea omnia in tam graue pondus coeunt, vt plurimi, quamuis ſtrenui, ſub ipſo magnopere laborent; cui etiam nonnulli tandem ſuccumbere cogerentur, niſi ſuperiorum interueniret vigilantia, qui pro ſua prudentia & charitate, habitâ ratione virium ac facultatũ vniuſcuiuſque, non niſi proportionata ipſis onera imponunt, aut etiam ab aſſuetis, & communibus nonnunquam ſaltem ex parte, illos diſpenſant.

17. Sed neque adhuc iſtis limitibus coarctatur apud nos auſteritatis exercitium ac ſtudium, ad plura alia ſe extendit, quæ à veris Carmelitis perfectionis ſuæ iuxta primarium Ordinis noſtri Spiritum cupidis obſeruari conſueuerunt in noſtra Reformatione. Conſiderant enim quòd Chriſtus Saluator noſter, ac Doctor nihil fidelibus commendauit cum tanta emphaſi, atque cum tam graui verborum pondere, quàm ſui ipſius odium aſſiduum & tantum vt ad crucem continuò ferendam eos aſtringat. Sed quod multò maius eſt, ad ipſam etiam animæ, vegetantis ſcilicet & ſenſibilis, hoc eſt corporis animati, deſtructionem, ita induxerit, vt etiam declarauerit quòd *qui voluerit animam ſuam ſaluam facere perdet eam: qui autem perdiderit animam ſuam propter ſe, inueniet eam.* Vnde egregiè Auguſtinus, *magna & mira ſententia quemadmodum ſit hominis in animam ſuam amor vt perdat, odium ne pereat. Si malè amaueris tunc odiſti; ſi bene oderis, tunc amaſti: felices qui oderunt cuſtodiendo, ne perdant amando.*

Digitized by Google

18. Inde eſt etiam quòd D. Paulus Diuini iſtius præceptoris optimus diſcipulus, ac eius mentem probè aſſecutus, hortatur omnes Chriſti aſſeclas & imitatores, inter quos certè viri Religioſi primo loco reponendi ſunt, *vt mortificationem Ieſu in corpore ſuo circumferant.* Hoc eſt, nihil in eis eluceat quod non ſapiat mortificationis opera, per quæ Ieſus ipſe Saluator noſter ſuum innocentiſſimũ corpus afflixit: *& vita Ieſu manifeſtetur in corporibus ſuis*: hoc eſt ſicut tota Ieſu vita vera mors fuit per continua mortificationis exercitia à ſe præſtita & ſibimet inflicta, morſque iſta veram vitam operata eſt; ita nobis facere incumbit, ſi veros eius imitatores, vt decet, exhibere deſideremus: qui enim *ſunt Chriſti*, vt idem ſubiungit Apoſtolus; *Carnem ſuam crucifixerunt cum vitijs & concupiſcentijs.*

19. Etſi verò iam ex his documentis ad continuam carnis macerationem fratres noſtri ita aſtringi ſe ſentiant, vt nullam cum Chriſto habituros eſſe partem ſibi perſuadeant, niſi ipſi conformes ſint in exercitijs mortificationis, credantque nullum peius ſignum extare ſalutis non conſequendæ, quam quandò quis nimiam carnis ſuæ curam ſuſcipit, & vt loquar cum Apoſtolo, *deſideria carnis ſtudet nimis perficere*; aliundè etiam conſiderant, ſe eò arctius teneri ad incumbendum corporis macerationibus, quò ſciunt eundem D. Paulum inter multa quæ adducit exempla eorum qui per labores maximos, per multas anguſtias & afflictiones ad regnum cœleſte peruenerunt, præcipuè recenſere Patres noſtros Eliam, Eliſæum & diſcipulos illorum filios Prophetarum: cùm ait *circuierunt in melotis in pellibus caprinis, egentes, anguſtiati, afflicti, quibus dignus non erat mundus, in ſolitudinibus errantes, in montibus & ſpeluncis, & in cauernis terræ.* Ex his igitur Patrum ſuorum exemplis eliciunt, quod tantùm abeſt vt

delicatam nimis, & ſuauem debeant vitam ducere; immò, vt veros ſe tam Sanctorum Patrum ſuorum filios, & dignos hæredes demonſtrent, valde ſeueram & auſteram vitam amplecti ſibi neceſſe arbitrantur.

20. Etſi verò nec Status præſens Ordinis poſtulet, nec vires ſuppetant quibus Primariorum & Antiquorum illorum Patrum aſperitates vel de longè aſſequi valeant noſtri huiuſce temporis Cœnobitæ; ad minus præſcriptas ſibi à Regula, & conſtitutionibus macerationes tam exactè & conſtanter obſeruandas eſſe ſibi ducunt, vt non tantùm non quærant prætextus & occaſiones diſpenſandi ſe ab eis, ſed & oblatas vel prudenter euitent, vel conſtanter recuſent. Et verò, niſi ita fieret, plerumque eueniret vt multi è noſtris multò lautius viuerent in Cœnobiis, quam ſibi conceſſum fuiſſet in ſeculo de facultatibus ſuis viuere, ob frequentes quæ reperiri poſſunt occaſiones genio largiùs indulgendi, fieretque clauſtrum pleriſque non auſteritatis Schola, ſed indulgentiæ ac lautitiæ Academia.

21. Inde eſt etiam quod diebus etiam à Religione quandoque conceſſis ad recreationem, quibus paulò lautioris menſæ vſus pręberi ſolet confratribus noſtris, non tantùm ſobrietatem, vt decet ſeruare ſtudent; ſed ſemper actum aliquem mortificationis exercere, putà fruſti alicuius dapis delicatioris reciſione, aliqua vini multâ aqua diluti potione, vaſculorum in coquina ablutione, & alijs ſimilibus: edocti ab Apoſtolo, quod *quæ ſeminauerit homo, hæc & metet: quoniam qui ſeminat in carne ſua, de carne metet corruptionem; qui autem ſeminat in ſpiritu, de ſpiritu metet vitam æternam.*

22. Cauent etiam jis diebus non tantùm non abeſſe à choro, horis ad perſoluendum diuinum officium de die & nocte deſtinatis; ſed majori cùm feruore eis

tunc adeſſe ſatagunt, quô plerùmque euenit, vt tunc plures Religioſi, vel abſentes ſint à Monaſterio, vel aliquibus occupationibus detineantur ob quas ab aſſiſtentia chori ſe credunt immunes : gaudentes quòd ſupplere poſſint vices aliorum, & ſimilem quam plerùmque habent propenſionem ad eximendum ſe ab eiuſmodi onere, vincere poſſint in fauorem aliorum & ſibi vim inferant.

23. A ſubtili etiam duplici tentatione cauendum ſibi eſſe ſtatuunt & errore periculoſo quo nonnulli ſæpè apparent infecti. Primò enim reperiuntur qui licet ſat probi ſint, & de cæterò ſuis munijs non malè fungantur, attamen ſub prætextu tuendæ ſanitatis aut confirmādæ valetudinis, non tantùm ab abſtinentijs & jeiunijs in Ordine conſuetis frequenter eximi poſtulant; ſed quotidie ſibi jentandum eſſe, & delicatiores dapes ſibi concedendas eſſe exiſtimant. Horum mentem & verba bellè admodum exprimit Bernardus, & itá inuehitur vt eos non tantum nomine & conditione Monachorum, ſed vix mente ſanâ præditos eſſe concludat.

24. Si qui igitur mente & corpore itá affecti reperiantur apud nos, multò ſalubriora ex doctrinâ iſtius ſanctiſſimi pijſſimique Patris haurire poterunt infirmitatibus ſuis ſubleuandis remedia, quam quæ tam auidè appetunt ſi eam conſulant. Interim verò eis Author ſum, quod cùm certum ſit, & omnium ferè ſanctorum exemplo comprobatum, temperantiam in cibo & potu, immò abſtinentiam à carnibus, & jeiunium fuiſſe ſemper validiſſima ſanitatis æque ac ſanctitatis inſtrumenta; tantum abeſt vt vtrique in ſe ritè inſtituendæ conſulant dùm perpetuò aut ſæpius jentare, & non niſi rariſſime jeiunare vt decet procurant, eis obſunt plurimum.

25. Licet verò teneantur ſuperiores attentè ſingulis proſpicere, & de neceſſarijs prouidere; certè tenendum eſt defectus illos quando occurrunt vt plurimùm prouenire ex certâ naturæ mollitie & tenella nimis corporis conſtitutione, quibus accedens naturalis ſui amor, ac praua imaginationis diſpoſitio in abſurdos illos & ridiculos appetitus & deguſtus eos deduxerunt: quibus etiam ſuperiores ab initio non ſatis cautè proſpexerunt, & dùm vitæ delicatioris habitus contraxerunt, vix vnquam ijs ſe exuere poſſunt: Ideóque cura maxima adhibenda eſt vt à iuuentute eiuſmodi indulgentiæ non facilè concedantur vlli ex tyronibus noſtris, etiam ſub prætextu debilitatis aut adoleſcentiæ quæ cibo abundatiori egeat ad ſufficiens alimentum; nam præterquam, vt communi fertur adagio *natura paruo gaudet*; ex certo etiam medicorum axiomate vix vnquam ciborum defectu & ſtomachi euacuatione, niſi valdè magna; ſemper verò ex plenitudine oriuntur morbi & omnes ferè corporis infirmitates. Quibus etiam pro coronide diuinum iſtud addo ſapientiæ oraculum, *qui delicatè à pueritia nutrit ſeruum ſuum, poſtea ſentiet eum contumacem.*

26. Alij ſunt qui cum ſciant S. Paulum dixiſſe quod *corporalis exercitatio ad modicum vtilis eſt, pietas autem ad omnia vtilis eſt*; aliundè etiam profiteantur ſe multùm incumbere exercitijs vitæ ſpiritualis in qua vera pietas conſiſtit; non tantùm non apparent multùm auſteri nec ſatis addicti exercitijs externis mortificationis; ſed potius procliues ſunt valdè ad omne genus epularum & oblectationum ſenſuum, quæ ſtatui ſuo non omninò repugnant: Vnde non tantùm non recuſant quaſcunque quæ ſe ſe offerunt lautioris menſæ occaſiones; ſed eas ſubtiliter conquirunt vel facilè acceptant, in quibus non minori ſuauitate ac libertate verſantur,

ſantur,

Digitized by Google

ſantur, quam qui ſpirituales nec ſunt nec æſtimantur.

27. Hoc vt certum eſt pietati nocere, & puſillos offendere; ita plurimùm intereſt ad Religionis bonum vt huic agendi modo quandò rationis metas excedit, remedium ſeu temperamentum afferatur: quod quidem maximè pĕdet ab iis qui ità ſe gerunt. Cogitent igitur illi qui ſe ſapientes & ſpirituales eſſe credunt, quod iuxtà Beati Iob documentum, *ſapientia non inuenitur in terra ſuauiter viuentium:* quod ad mentē magiſtrorū rerū aſceticarū, vera vita ſpiritualis exigit perpetuam & ſtrictam vnionem auſteritatum corporis & abnegationis mentis: vna ſinè alia perfectè ſtare non poteſt: proindéque ſanctos omnes vtrique ſimul & quaſi ex æquo ſtuduiſſe conſtat. Cogitent etiam quod quædam naturalis repugnantia intercedit inter ſpiritum & corpus & quidem adeò grauis, vt ſimul benè conuenire nequeant. Vnde egregiè D. Paulus, *ſpiritu ambulate, & deſideria carnis non perficietis.* Ac demum timeant ne de iis ſint de quibus idem Apoſtolus, *ſic ſtulti eſtis, vt cum ſpiritu cæperitis, nunc carne conſummemini.*

CAP. XXI.

Quo in pretio ſcientiæ ſunt apud nos.

NOs non latet hoc, inter cætera, aduerſus reformatas Congregationes contorqueri iaculum, ſcilicet litterarum ab iis ſtudia contemni, aut ſaltem non niſi perfunctoriè peragi: nempè quia earum inſtauratores plerúmque exiſtimant accurata nimis & & profunda ſtudia Religioſæ obſeruantiæ plurimùm

nocere, ideóque ſpectant vt pietatis ac ſimplicitatis inter ſuos fouendæ gratiá leui tantum Philoſophiæ ac Theologiæ tincturâ imbuantur, quæ ſufficiat vt non appareant imperiti, & ne cum dedecore cōuenientia profeſſioni ſuæ munia peragant.

2. Huiuſce verò opprobrij telum retundere ac fœdam adeò maculam à cœtu noſtro me omninò abſterſurum eſſe confido, dùm hîc exponere inſtituo quam de ſcientiarum vtilitate ac neceſſitate cōcepimus opinionem; quâ mente ad eas accedimus; quo labore eis incumbimus; quibus ad eas comparandas medijs vtimur; quo ordine in eis procedimus; quas curas & præcautiones adhibemus, vt ritè peragantur ſtudia noſtra; & quàm felici tandem ſucceſſu hactenus ſtudiorum labor ceſſerit apud nos.

3. In primis igitur quam vtilis ſit & neceſſaria doctrinæ ſeu ſcientiæ comparatio, colligimus ex infinitis propemodùm ſcripturæ ſacræ locis in quibus ipſamet diuina oracula varijs ex capitibus eius excellentiam mirificè demonſtrant, vnde vniuerſis non poteſt non eſſe plurimùm commendata.

4. Primùm ſpectat ſcientiæ ac doctrinæ pretium quod duo (vt alia omittam) ſacris ex prouerbijs deſumpta documenta præclarè teſtātur. Suadet enim in primis ſapiens ſapientiæ diuinæ Interpres & Spiritus Sancti ſuis in libris aptiſſimum organum, vt *doctrinam magis quam aurum eligamus. Aliundè* verò declarat quod *qui indocti ſunt, in cordis egeſtate morientur.*

5. Doctrinæ pariter ſuauitas, ſeu quod præbet menti poſſeſſoris ſui oblectamentū, ex iſto altero ſapientis conſilio bene colligitur. *Comede fili mi mel, quia bonum eſt ac fauum dulciſſimum gutturi tuo: ſic & doctrina animæ tuæ, quam cum inueneris habebis in nouiſſimis ſpem & ſpes tua non peribit.*

Digitized by Google

80

6. Prætereà, doctrina ſapientum portio, ſeu potius ſapientiæ connaturalis fœtus eſſe jiſdem ſacris ab oraculis aſſeritur. Ferunt enim quòd *ſapiens quærit doctrinam.* Et alibi cor *prudentis poſſidebit ſcientiam & auris ſapientum quæret doctrinam.* Sicut è contrario aiunt, *ſapientiam atque doctrinam ſtulti deſpiciunt.*

7. Si jam ſpectemus præmia quibus viros veré doctos donari ſacra eadem refert ſcriptura, & pœnas quibus plecti conſueuerunt indocti & ſcientiarum contemptores; vt illa præclara ſunt & excelſa, ſic iſtæ acerbæ ſunt & tremendæ. Quantum ad illa, hoc Danielis teſtimonium adduxiſſe ſufficiat. *Qui docti fuerint fulgebunt quaſi ſplendor firmamenti, & qui ad juſtitiam erudiunt multos, quaſi ſtellæ in perpetuas æternitates.* Quantum ad pœnas, *proptereà* ait Iſayas *captiuus ductus eſt populus meus, quia non habuit ſcientiã.* Et Oſeas, *quia tu ſcientiam repuliſti, repellam te, ne Sacerdotio fungaris mihi.* Demum D. Paulus *ſi quis ignorat, ignorabitur.*

8. Hinc igitur facilè ſentimus nobis attentè auſcultanda eſſe hæc duo alia ſapientis conſilia, & accuratè exequenda, *non ceſſes, fili mi, audire doctrinam, nec ignores ſermones ſcientiæ.* Et alibi, *fili à juuentute tua excipe doctrinam, & vſque ad canos ſapientiam: quaſi qui arat, & qui ſeminat accede ad eam, & bonos fructus ab eâ expecta.*

9. Etſi verò tam ſanctis oraculis & incitamentis ſatis prouocemur ad ſcientias comparandas; adſunt & alia inſtituto noſtro Religioſo magis conuenientia motiua, quæ nos ad eas adhuc magis vrgent: ea verò deſumo ex quatuor capitibus, in quibus inſtituti noſtri partes præcipuæ conſiſtunt: ſuntque ſacra meditatio; rerum humanarum contemptus, ac proprij corporis neglectus; charitatis opera erga proximum exhibenda; ac demum regularis diſciplinæ exacta ob-

ſeruantia. Quibus ritè obeundis ſcientiarum ſtudium mirum in modum conducere nobis omninò perſuaſum eſt.

10. Quantùm ad primum, cùm meditatio ex S. Thoma, ſit operatio intellectus, & proceſſus rationis ex principijs pertingentibus ad agnitionem veritatis, quæ cùm rebus diuinis occupatur, ſapientia, id eſt ſapida ſcientia vocatur, euidens eſt quod meditationi ritè obeundæ non tantùm inſeruit ſcientia, ſed in ea tanquam in ſuo nobiliſſimo exercitio verſatur. Neutra alteri officit, ſed mutuis iuuant ſe officijs, & ſuorũ communicatione luminum inuicem opitulãtur. Præcedit ſcientia ſapientiam, immò & quemlibet alterius virtutis actum: quia ſicut nemo poteſt verè appetere quod ignorat;ità malum niſi cognitum ſit, non timetur. Scientia parit cognitionem, cognitio vel amorem virtutis, & boni proſecutionem, vel odium mali, & fugam vitij.

11. At forſan inquies, Myſtarum omnium mens eſt rerum corporearum imagines contemplationi plurimum officere, ac ſi velut interjiciantur vmbræ ad diuini luminis illuſtrationem quæ ſacræ meditationi & rerum cæleſtium contemplationi neceſſaria eſt, viam intercludere; cuius aliundè facilè participes efficiuntur quicunque tam multiplici rerum caducarum ſpecie quam parit ſcientia, mentem expurgant. At tantum abeſt vt animã ſpiritualia rimantem diſtineant rerum creatarum ſpecies; quin potius etiam iuxta Doctoris Angelici, pluriumque Sanctorum Patrum Antiquorum mentem, earum beneficio in Dei cognitionem, reuerentiam & amorem quaſi manu ducitur & efficaciſſimè iuuatur vt eam perfectè attingat.

12. Sanè viri Religioſi litterarum ſtudijs & Sanctæ meditationi ſtatis temporibus vacantes, verè dici de-

Digitized by Google

51

bent ſimiles Angelis à Iacobo Patriarcha viſis per ſcalæ gradus deſcendere & aſcendere in cœlum. Illi enim per diuerſos quos potentia diuina operatur effectus in Creaturis, quaſi per gradus, è vanis & perituris ad æterna, è viſibilibus ad inuiſibilia aſſurgunt. *Inuiſibilia enim* vt ait Apoſtolus, *à creatura mundi, per ea quæ facta ſunt, intellecta conſpiciuntur, ſempiterna quoque eius virtus & diuinitas.*

13. Deinde, ſcientia quæ aſpirat ad cognitionem veritatis, quâ nihil optabilius, nihil fortiùs, nihil ſuauiùs, dùm mentis tenebras ab ignorantia promanantes diſcutit; mundi etiam errores & mendacia detegit, affectiones animi rectè ordinat, commotiones quietat, imaginatiuam moderatur, ne phantaſmata prauis ex objectis excitata tumultuentur, & mentem perturbent aut præpediant quominus diuino ſuo objecto meditationis tẽpore firmiter adhæreat, & quam indè percipit ſuauitatem amaritudine inficiat.

14. Prætereà cùm vias ſublimiores vitæ ſpiritualis, ac eminentis viri contemplatiui deambulant, quæ laqueis diuerſis ſuperſtratæ ſunt, periculoſiſque præcipitijs circumſeptæ; ea cauere, ac euitare abſque perfectâ neutiquam poſſunt ſcientia, quæ, vbi tutò cunctos greſſus figant, demonſtret.

15. Quot in deuijs ſolitudinum ſemitis myſticarum rerum erroris præcauenda pericula? quot inexplicabiles ferè extricandæ difficultates? Quot mentis anxietates ſufferendæ ac ſuperandę? Quot probandi animi motus? Quot detegendæ artes? Quot declinandę inſidiæ? Quot habenda propriorum diuinorumque luminum diſcrimina? Quot naturæ ſeipſam nimium amantis thecnæ diſſoluendæ? Quot vincendæ tentationes? Deinde cùm dæmon Religioſorum infeſtus & perpetuus inimicus, modò apertò marte in eos ir-

ruat, modò veſte ementitâ Lucis Angeli perſonam indu-us non niſi ſubdolè & ſubtiliter cōgrediatur: vndè niſi eos à ſanctitatis perfectioniſue culmine exturbare queat, maximas plerumque conjicit in anguſtias, in extremum forſan exitium adduceret, niſi ſcientiâ dolum anteuertere valerent viri docti.

16. Nec minus ad motus animi ritè ordinandos, comprimendas paſſiones, & carnem menti ſubigendam confert ſcientia, quod eſt ſecundum caput à me propoſitū hîc aſtruendum. Certè vt quotidianâ conſtat experientiâ, trahit animum quam habet doctrina variarum deliciarum vis incredibilis, trahit & ad ſe animus facultatum ſenſitiuarum operationes, aut itá dirigit, vt voluptates mundanæ vt inſulſæ reſpuantur. Vnde etiam voluptatum quarumcunque illecebræ adeó debiles & infirmæ plerumque aduerſus doctiſſimos, quoſque viros comprobantur, vt verè de illis dici debeat, *fruſtrà jacitur rete antè oculos pennatorum.*

17. Hinc in Pytagora ſobrietatem, in Biante diuitiarum contemptum, in Zenone vitæ auſteritatem, in Lycurgo morum rectitudinem, in Socrate continentiam, in Diogene opum contemptum, & alijs in pluribus doctrinâ illuſtribus viris aliarum diuerſarum virtutum exempla inſignia Idololatra etiam agnouit & demirata eſt antiquitas. Et verò ij omnes Chriſtianorum potius quàm Paganorum more perpetua in ſe ipſos odia exercuerunt, & bella geſſerunt, vt quas ex ſcientia agnouerant, & ad quas præ pulchritudine abripiebantur, virtutes adipiſcerentur. Adeò valet ſcientia, tùm ad inanium huius mundi opum deſpicientiam, tùm ad corporeæ voluptatis horrorem, tùm ad humanæ mentis ornamentum.

18. Ama ſcripturarum ſtudia, & carnis vitia non amabis, ait Hyeronymus. Caro ſub præſtantiſſimis

ſcientiarum luminibus deponit audaciam, totáque mens luci notitiarum veritatis ac virtutis intenta, nullum tenebrarum Principi relinquit intrandi aditum, ſed ijs munita ſuperior velut firmo ſtat inuicta propugnaculo.

19. Si jam ad varia officia & charitatis munia conuertamur, quibus Religioſi Sanctæ Matri Eccleſiæ debent inſeruire, quibuſque in particulari eius nutu & authoritate ordo noſter jam addictus eſt; nil ſcientiarum ſtudijs ad ea vtiliter & cum laude exequenda commodiùs & efficaciùs adhiberi poſſe ſatis per ſe conſtat. Commonendus populus, confeſſiones audiendæ, ſoluendi conſcientiæ caſus, pijs colloquijs deuinciendæ voluntates, propaganda Religionis fama, nominiſque ſplendor comparandus; quis hæc præſtabit? Nemo, quantacunque perfectâ indole, quantacunque facultate, quantacunque etiam pietate & ſanctitate præditus, ea vnquam ritè præſtare poterit, ſi doctrinâ & eruditione careat, niſi diuinitus, quod æquè infrequens ac mirabile, animis infundantur, ſtudiorum labore ac aſſiduitate comparanda.

20. Supereſt vt eandem doctrinæ neceſſitatem ac vtilitatem in fouendâ Regularis diſciplinæ obſeruantia ac Religioſo vitæ ſtatu, ad *cujuslibet* perſonæ ſtudij capacis guſtum & conſolationem ritè ordinando, demonſtremus. Id verò vt paucis conficiam, & obmittam plurima quæ hanc in rem aptè dici poſſent. Illud tantum propono quod ex mente cuiuſdam ex Antiquis Eccleſiæ Patribus benè & ſapienter pronuntiatum eſt, quòd ſi vnquam Paradiſus quærendus ſit in terris; vel in Clauſtris Monachorum, vel in libris ſit inueniendus. Cum verò vtrumque Religioſis ſuppetat; certè cæteris omnibus fœliciores æſtimandi ſunt.

21. Sed addo, quòd cùm etiam ex mente omnium Aſceticorum veriſſimum ſit omnium ferè monachorum vitæ curſum integrum, aut ſaltem maiori ex parte duobus potiſſimùm exercitijs addictum eſſe, orationi ſcilicet, & librorum ſacrorũ ac piorum Lectioni: Cum etiam jam oſtenſum ſit orationi mentali doctrinam plurimùm inſeruire; adhuc certiùs eſt euidentiùs eam omninò neceſſariam eſſe tùm ad Interpretandos Scripturæ Sacræ textus, tùm ad probè intelligendos cæteros tam pios quàm cuiuſlibet ſcientiæ Libros.

22. Porrò hanc eandem veritatem, nempè quòd ſcientiæ comparatio ad vitæ monaſticæ diſciplinam ritè inſtituendam & fouendam neceſſaria ſit, non à me tantùm, ſed à Pſalmiſta Regio, ſeu potius à Spiritu Sancto per os eius loquente; velim ediſcatis dum pro ſe ſic Deum precabatur. *Bonitatem & diſciplinam & ſcientiam doce me, vt diſcam iuſtificationes tuas.* Ijs enim verbis edocemur mentis bonitatem primò neceſſariam eſſe ad rectum vitæ ſtatum inſtituendum; de bonitate ad diſciplinam pergendum, & indè ad ſcientiam perueniendum quæ rectitudinem in alias inducat.

23. Id verò expreſſè & clarè interpretatum ab Hugone à Sancto Victore ex ipſiuſmet etiam verbis ſic accipe. *Via ad Deum eſt ſcientia, quæ ad inſtitutionem rectè & honeſte viuendi pertinet. Eſt diſciplina bonitas, ac beatitudo. Per ſcientiam itur ad diſciplinam, per diſciplinam itur ad bonitatem, per bonitatem ad beatitudinem.* Alibi etiam ſic loquitur. *Si quis familiariter ſcientiam amare didicerit & ei ſeriò vacare voluerit, jucundam valdè reddit vitam, & maximam in tribulatione præſtat conſolationem.*

24. His igitur tam diuinis quam humanis documentis inſtructi congregationis noſtræ Alumni, tantùm

tùm abeſt vt ſcientiarum ac doctrinæ apparatū ſtatui noſtro contrarium eſſe credant; cum ſibi valdè conuenire exiſtimant: non noxium reputant, ſed valdè proficuum; non inutilem, ſed ſibi omninò neceſſarium. Ideò etiam non impigrè ſed ardenter, non leuiter, ſed accuratè illi incumbendum eſſe ſtatuunt. Et verò ea propenſio & ardor ad ſtudia hactenus noſtros inter Fratres tantus fuit, vt fræno potius quam calcaribus viſi ſint egere. Nec mirum, quia vt nullos admittimus Nouitios qui humanioribus ſaltem in litteris non ſint inſtructi, & ad altiores ſcientias comparandas ſatis apti; ità nullus ex profeſſis Clericis eximitur à ſtudijs tardi quantumuis ſit ingenii & obtuſi acuminis, ſub quocunque prætextu: imò ad ea ità vrgetur, vt ſi ijs ſufficienter inſtructus non reperiatur per examen quod frequenter fit à ſuperioribus, non promoueatur ad ordines ſacros: aut ſi ad aliquos iam ſit prouectus, ad alios ſuperiores non euehitur, aut ſaltem nulli officio applicatur, ſaltem ex ijs quæ doctrinæ peritiam requirunt vt Prioris, Supprioris, Concionatoris, Confeſſarij & aliorum ſimilium,

25. Et verò, jam ſat multa extant nauatæ feliciter à noſtris litterarum ſtudiis operæ publica & inſignia monumenta. Id clamat in primis ſat copioſus eruditorum hominum numerus qui ab incœpta Reformatione ſcientiâ non vulgari claruerunt in noſtra Prouintiâ Turonenſi. Inter hos adnumerandi veniunt concionatores non pauci, qui tùm Pariſiis, tùm in primariis Galliæ ciuitatibus, intrà & extrà Prouinciæ noſtræ limites conciones per aduentum, quadrageſimam, & octauas Sanctiſſimi Sacramenti, Feſtiuitatum Deiparæ Virginis, & alias habere cōſueuerunt: Idque multâ cum proprii nominis commendatione, totiuſque noſtræ obſeruantiæ honore quotidiè adhuc

exequuntur. inter eos etiam tam inſignes non-nulli extitere, vt à Rege pro ſua curia in ordinarios aſſumpti ſunt prædicatores.

26. Veritatis eiuſdem teſtes ſunt etiam plurium varijs de rebus Librorum tùm latino tùm vernaculo ſermone Elucubrationes & opera in lucem edita, quæ vt notauit vir quidam Religioſus & curioſus indagator omnium operum hactenus editorum ab Authoribus Ordinis, in majorem aſſurgunt numerum quā quę in duobus poſterioribus ſeculis à Patribus noſtris Antiquis etiam aliarum Prouinciarum ſaltem Galliæ, fuerint compoſita. Teſtes denique viri plurimi qui tùm docendo, tùm ſcribendo, tùm conſertando variæ eruditionis ac pietatis ſpecimina quotidiè exhibent, vndè populus ædificatur & congregatio noſtra eximiè illuſtratur.

CAP. XXII.

Qua ratione ſtudijs piè ac Religioſè vacare Contendimus.

DVO ſtatui Religioſo perinde exitioſa, & ex æquo nobis cauenda viſa ſunt, ſcilicet, Ignorantia & faſtus. Ignorantia eſt certè cæcitatis Mater, vitiorum omnium ſentina, tumulus virtutum, deprauationum origo. Faſtus verò cordis venenum, animi tinea, mentis æſtus quo pij affectus hydargiri aut ſulphuris inſtar in putidos inanis gloriæ vapores reſoluuntur.

2. Duo ergo inter extrema adeò lethalia iuſtum ad pondus temperamentū inuenire, & hoc ſcopulo vtro-

que cautè declinato mediam virtutis legere viam, omninò intereſt. Eruit nos ab ignorantiæ malis ſcientia; ſed quia ex mente etiam Apoſtoli, animos inflat, atque vano æſtu plerùmque mētem effert in ſublime; in mala ſuperbiæ prona eſt conjicere, eóque periculoſior eſt, quò maiori cum doctrina neceſſitudine eſt ſtrictiùs cōiuncta. Splendor ſciētiæ ſplendor vitreus, eò fragilior quò lucidior; niſi ſcientiæ demiſſio mentis ſollicitè adjungatur, tota vertitur in faſtum & euaneſcit. Mel dulce licet, deprauat ſtomachū. Scire decet vt ſapere: nec plus ſcire nec ſapere quàm oportet, ſed ſcire oportet & ſapere ad ſobrietatē: aliàs valdè timēdum ne congregationes monaſticas ſcien tia deſtruat doctorum virorum abuſu.

3. Equidem pietas, quæ etiam ex mente Apoſtoli ad omnia vtilis eſt, contra tot tantaque damna ſat optimum præbet præſidium; ſed eam abſque doctrina ſufficientem menti quietem ac conſolationem allaturam eſſe inficiamur; & certè debilior eſt aduerſus corruptiſſimi ſeculi malignitatem, quam vt eius impetus ſuſtinere valeat, ac retundere. Doctrina abſque pietate, facta eſt ſicut æs ſonans aut cymbalum tinniens: illud lucet, iſtud obſtrepit, vtrumque verò nihil veri ſplendoris aut parum affert vtilitatis. Pietas abſque doctrina nec ſatis lucis, nec ſatis ardoris habet vt quidquam magni vnquam operetur.

4. Hæc igitur alia duo extrema vt effugere valeamus pietatem ſimul & ſcientiam ſummo ſtudio excolere proponimus, & vtramque arctiſſimo iungere vinculo, quo velut gemellæ Sorores mutuis propenſionibus & auxiliis ſibi inuicem opitulentur. Quibus verò mediis his duabus partibus, à quibus vitæ noſtræ actus præcipui in præſenti noſtro ſtatu pendent, vniendis, quantum in nobis eſt incumbimus, hic breuiter expo-

nere & legere neminem pigebit vt opinor.

5. Litterarum itaque in ſtudia non inanis gloriæ appetitu, aut rerum abſtruſarum curioſâ indagatione; ſed exigente inſtituti noſtri fine, & maioris Dei gloriæ intuitu incumbimus: non puram ſcientiam, ſed Dei Amorem ex ſcientia & per ſcientiam comparandum iam indè ab initio ſibi præſcribere noſtri norunt ſtudentes. Sicut in proceſſionibus diuinis, verbi diuini generatio, quæ eſt intellectus diuini naturam diuinam intimè conſiderantis operatio, tendit ad partũ ſpiritus ſancti qui eſt eſſentialis & notionalis amor in quo terminatur; Ità quælibet hominum ingenia, quæ intellectus diuini & ſapientiæ increatæ ſunt quædam participationes, natiuo quaſi pondere & curſu ad amorem diuinum tendere debent, nec alios quam ſancti amoris partus edere: non lucida tantum, ſed ardentia emittere debent lumina: non ſteriles & inanes notitias habere; ſed fœcundas quæ in quaſlibet charitatis operationes exeant.

6. Hinc eſt etiam, vt ſicut Spiritus Sanctus in Trinitate diuinarum proceſſionum terminus ſimulque ſcientiæ & ſapientiæ Dei fons viuus, ignis, charitas exiſtit, vt canit Eccleſia; ita ſciẽtias noſtras non tantum ad Deum vt finem vltimum dirigere debeamus, ſed eas ab eo vt principio prodire agnoſcamus, & indè hauriendas eſſe. Si enim omne donum deſurſum eſt deſcẽdens à Patre luminum, apud quem non eſt tranſmutatio, nec viciſſitudinis obumbratio; maximè profectò intelligentia ac ſcientia.

7. Quamuis ergo quiſpiam naturæ præſtantiâ, ingenii acie, aut mentis acumine polleat & cæteris antecellat; vnde natura, hoc eſt a Deo, inde dotes naturæ ſciat defluxiſſe: & ſicut radium à ſole perpetuò emanare & pendere certum eſt; Ita ſcientiæ cuiuslibet

Digitized by Google

notitiã quaſi ſpiritualem radiũ à ſole diuino emanare ſibi perſuadeat; vndè rectè à Dauide pronũtiatum eſt *Deus ſcientiarũ Dominus & ipſi præparantur cogitationes*, quas ſapientiæ ſuæ lumine illuſtret, ac recta veritatis intelligentia exornet. Etenim quamuis deus ſcientiarum dominus ſit qui eas largitur quãdo & quibus vult, non tamen eas communiter in nos ſine nobis transfundit. Idcircò cùm ex parte noſtrâ præparari debeant cogitationes noſtræ quæ ſcientiarum acquirendarum ſunt media; tria quatuorue ad id potiſſimum neceſſaria eſſe exiſtimamus, & adhibere ſtatuimus.

8 Primum eſt orationis cultus & inſtantia. Cùm enim oratio conſequendorum à diuina bonitate donorum omnium ordinatum & ordinarium ſit inſtrumentum; certè ad obtinendam à deo ſcientiam aptius eſt & efficacius ob maximam quæ intercedit inter eas affinitatem. Quocircà cùm ſemper lectioni ab vnoquoque oratio, ſit præmittẽda graue ſit piaculũ ſi quid quis legerit antequam flexis genibus in oratorio ſuo coram Deo lectionem & ſtudium ſuum commendauerit. Si quando maior occurrat difficultas in penetrandis quæſtionis cuiuſpiam arcanis, non ſibi omninò fidendum, ſed ad orationem confugiendum, ad exemplum Angelici ac Seraphici doctorum, qui multò plura per orationem didiciſſe confeſſi ſunt, quàm per ſtudium ac proprij ingenij vires.

9. Decet etiam vt oratio ſæpius ſtudium interrumpat, & ad patrem luminum per vices mens euolet, ita vt ab oratione ad ſtudium, & à ſtudio ad orationem irrequietis quaſi motibus mens tranſeat. Prolixiori meditationi, quæ à Scholaſticis exerceri non poteſt, ſuppleãt crebræ ſcintillanteſque aſpirationes ad Deũ, vigoroſæ cordis ejaculationes, flagrantia deſideria Deo placendi in omnibus. Cauendum etiam ne cum

jis ſentiant qui frequentiori ac longiori oratione, & exercitiis ſpiritualibus attentione maiori foueri ignorantiam exiſtimant, cum oppoſitum euincat omnium ſanctorum exemplum.

10. Cautè etiã proſpiciendũ ne ſcientiarũ ſtudia minuant ſtudiũ perfectionis & quaſi ſuâ mole mentẽ opprimant ne eleuet ſe ſupra ſe. Cauendum ne ſcientiæ lenocinio ſuo nos ad ſe nimium attrahant, & à rerum ſupernarum cogitatione auocent: proindè iuuat aliquot pijs quibuſdam vti ſententijs quas ob oculos ſibi quiſque frequenter habere curet ſiue in cellula ſua maiori charactere deſcriptas, ſiue in ſcriptorum ſuorum marginibus appoſitas. Quales ſunt iſtæ. Scientia inflat, charitas ædificat. Vani ſunt omnes homines in quibus non ſubeſt ſciẽtia Dei. Deus ſcientiarũ Dominus eſt. Similiter aliquot adjici poſſũt Sanctorũ Patrum Pij affectus ſicut iſti ex Gerſone mutuati. Quid prodeſt alta de Trinitate diſputare, ſi careas humilitate vndè diſpliceas Trinitati? Alta verba non faciunt ſanctum & iuſtum, ſed virtuoſa vita efficit Deo charum. Opto magis ſentire conpunctionem, quam ſcire eius definitionem.

11. Inter diſpoſitiones ad ſcientias ritè acquirendas viro Religioſo neceſſarias pono ſecundo loco, aſſiduam & fidelem pietatis ac vitæ regularis exercitijs adhæſionem. Idcircò nunquam committendum vt diſcendi appetitus obſeruantiæ vitæ regularis tempus ſurripiat aut à praxi virtutum ſtatui ſuo competẽtium & imperatarum auocet. Vndè cùm excitata fuerit intellectiuæ facultatis actiuitas, cauendum eſt ſummopere ne propterea differatur aut omittatur aliquis vitæ regularis actus, vel ex obligatione, vel ex conſuetudine inſtitutus. Item cum durante officio vel meditatione prurientes ſcientiarum cogitationes ſua-

Digitized by Google

dent abbreuiato tempore ab eis recedere, & toto impetu libros abripere, perſeuerandum eſt, & ſugeſtioni illi malignæ mora lõgior, ſi poſſibile eſt, opponenda: Iſta enim proprij ſenſus & appetitus abnegatio, teſtimonium Deo perhibebit, quòd ob ſolum illius amorem ſtudiis datur opera. Metus verò nè quæ tunc ſat ſæpè turmatim occurrunt conceptiones & mentis lumina, ex animo excidant & euaneſcant, mera reputanda eſt tentatio & repudienda.

12. Accuratè ergo Regularum ſtatutorumque obſeruantiæ, vt veræ virtutis perfectioniſque fonti, firmiter adhærere noſtros edocemus ſtudentes. Vndè furtiua ſtudia quæ regularium actuum ſeriej propria voluntate interſeruntur, vt Deo exoſa ſummopere abhorrere debent, nec à blaſphemia multum videntur abſcedere qui ſe peregrinos & hoſpites in ſcientijs ſemper fore cauſantur, ſi tam aſſiduè orationi, choro, cæteriſque communibus vitæ Regularis actibus incumberent: exemplo enim Sanctorum. Bernardi, Thomæ Aquinatis, Bonauenturæ, Vincentij Ferrarij & infinitorum aliorum exploratum eſt, plus longè doctrinæ ex meditatione ad Crucifixi pedes, quàm ex Bibliothecarum integrarum peruolutione, diuturnáque lectione reportari.

13. Addo etiam quòd quamuis non tantùm quæ ex obligatione incumbunt vitæ regularis exercitia, ſed etiam aliæ aut ex neceſſitate aut ex obedientia occupationes ab aſſiduitate ſtudiorum Religioſum auocarent, progreſſuſque ad ſcientias tunc morarentur aut multum interturbarent; diuinæ tamen voluntatis ex mandato ſuperioris notitia, muniorumque injunctorum religio & æquitas, motus animi vniuerſos temperare debent. Cùm enim non ſine priuato incommodo ad maiorem Dei gloriam ſuſcipiantur; ad infi-

Digitized by Google

nitam illius bonitatem & prouidentiam ſpectat ea præmio aliquo quod induſtriæ laborumque expectato fructui longè præſtet, remunerare: Memores illius verè aureæ D. Bonauenturæ ſententiæ. *Sudium quod pro Deo ex obedientia intermittitur, melius poſt completam obedientiam reparatur: Reddit enim Deus cum vſura, quod ei commodatur.*

14. Prætereà, dùm Religioſi noſtri aſſiduis ſtudiorum curis diſtrahuntur, varijſque tùm mentis tūm cordis motibus agitantur, vt in neceſſarijs humilitatis, pietatis ac ſimplicitatis exercitijs firmiùs contineantur, præter conſuetas reprehenſiones ac pœnitentiæ exercitationes, quæ ob tantillam ſuperbię notam, verborum exacerbationem, alioſue exceſſus aut defectus injunguntur; mos inualuit apud nos vt toto ſtudiorum tempore Infantis Ieſu, in quo ſunt omnes theſauri ſapientiæ & ſcientiæ Dei, cultum maximè commendemus, eiſque proponamus humilitatis eius, & ſimplicitatis exempla meditanda, & imitanda, vt à tanti magiſtri moribus, & documentis non recedant, ſed propè quantum fieri poteſt accedant.

15. Id ita obire ſtudemus, vt ſingulis hebdomadis virtutis alicuius earum quæ in eo elucere viſæ ſunt actibus ſe exerceant, cuius anteà naturam & partes ab eorum directore ſpirituali excipiunt in diſcurſu, dùm in oratorio priuato corā imagine diuini iſtius paruuli Ieſu de alia prius ad imitandum aſſumpta virtute ratio eſſet reddita ab eo cui per ſortem Chriſti Infantis imago aſſeruanda, & veneranda in propria Camera per hebdomadam eſſet conſignata.

16. Singulis prætereà menſibus dies vna à ſtudijs ferialis aſſignatur cuilibet è ſtudentibus, quò in cellula ſua ſolitarius manere, ſilentium obſeruare, operumſuorum diſcutioni attentiùs vacare debeat, & Di-

rectori

rectori ſpirituali ſtudentium conſcientiæ ſuæ ſtatum manifeſtare, quò neceſſaria profectui ſuo ſpirituali conſilia, & auxilia valeat excipere: quod & multò accuratius peragitur, dùm ſingulis annis quilibet è ſtudentibus per decem dies mentis recollectioni ex ſtatuta lege vacat.

17. Conſulimus etiam vt frequenter, ſi non ſingulis diebus, ſaltem ſemel per ſingulas hebdomadas publicè vel priuatim quemdã mortificationis actum ſtudentes exerceant, ne dùm mentis ſuæ facultates quaſi extra ſe ferè perpetuò poſitas & occupatas habent, ſenſibus quoque externis nimium indulgeant vndè ſatisfacientes carnis deſideriis, vt loquitur Apoſtolus, indè ſequantur virtutis quam acquiſiuerant deprauationes, morumque ſuorum corruptiones.

18. Sæpius etiam Scholaſticis noſtris inculcamus, vt licet ſtudiis non impigrè, ſed quantâ fieri poteſt diligentia, & aſſiduitate vacare debeant, ſibi etiam valdè timendum eſſe, ne ſicut ſerpens Euam ſeduxit inanis ſcientiæ ſplendore, ac ſpe cum dixit *eritis ſicut dij ſcientes bonum & malum*, & illa Adamum; itâ corrumpantur ſenſus eorum curioſâ nimis, & ardenti ſciendi libidine.

19. Attendant vt ſcientiæ omnes quibus incumbunt ſint ſibi ſalutis ſcientia, hoc eſt media quibus opportunè animæ ſuæ ſalutem operari valeant. Ad hoc vnum ſemper & in omnibus omnia ſua ſtudia dirigãt; hoc vnum ſibi neceſſarium & primò quærendum eſſe proponant. Pietatis exercitia omnibus aliis curis præferant; nuſquam permittant vt Ancilla dominam, ſcientia pietatem ſibi ſubjiciat; cum ipſi è contra, vt potè non niſi ad obſequium requiſita, debeat planè ſubiacere. Curent etiam vt profectus ſui ſpiritualis deſiderium ſat vehemens ſemper ſentiant, atque pro-

penſionem ad virtutem ac perfectionem; Infallibile enim argumentum erit quòd benè ſibi ſit cum Deo quandiu ſibi benèfuerit cum ſua conſcientia: ſicut è contrario indicium certum erit quod male cum Deo ſibi erit, ſi in iſtis deſiderium & ſtudium ſuum tepeſcant.

20. Horum igitur motiuorum ac exercitiorum beneficio non ſcientiam tantum, ſed *ſcientia religioſitatem*, vt ſacri monent codices, à noſtris aſſequendam eſſe confidimus, ſicque regulares noſtros non tantùm doctos & eruditos, ſed Religioſè & ſanctè doctos exoptamus.

CAP. XXIII.

Qua via & quo ordine in ſtudijs noſtros progredi curamus.

1. HABET, inquit Auguſtinus, *ſcientia modum ſuum*: & ſicut rei cuiuſcumque optima conſtitutio pendet maxime à partium eius integra connexione, & iuſtâ inter ſe ordinatione; Ita ſcientiæ ac doctrinæ apparatus qua Religioſos noſtros ornatos eſſe ſatagimus, à recta, & conuenienti ſtatui noſtro partium eius diſpoſitione proficiſcitur. Quare cùm iam oſtenſum ſit à nobis quanti ſcientia pretij ſit apud nos, quem in finem amplecti & quibus modis Iuniores noſtros eam excolere curemus; ſupereſt vt aperiamus quinam in ſtudijs ſeruatur ordo apud nos; propterea que noſtram hac in re methodum paucis hîc diſcribo.

2. Eam verò repetere opportet à primis cuiuſque profeſſionis annis, dùm in ſeminariis initium dare ſtu-

Digitized by Google

diis conſueuerunt, & hic aperiendum eſt quid de eorum ſtudiis dicere ſtatui, quia hoc in loco magis cōmodè & opportunè, vbi expreſſè de ſeminariſtarum exercitiis agerem, me id facturum eſſe ſpopondi. Primò igitur cùm nulli Adoleſcentes ad Religionem apud nos admittantur, qui non ſint nati annos ad minus quindecim, ſtudijſque humanioribus iam incubuerint, quamuis propterea charactere ſatis probato pingere norint; attamen peroptamus, & curamus vt doceantur nouo ſcribere characteris genere communi inter nos, vniformi, non nimis tenui ſed oblongo, pleno & lectu facili: cuius ob eumdem finem ab jis qui hoc ſcripturę genus optimè callent, exemplaria confici curantur, ad quæ noſtri Tyrones ſuos characteres efforment præſcripto ad id in ſeminariis tempore.

3. Etſi nulli inter nos admittantur qui ad ſtudia idonei non iudicentur, quique humanitatis claſſes ſi non omnes, ſaltem tertiam incluſiuè laudabiliter non decurrerint, artiſque Rhetoricæ vt plurimùm ſint periti; prætereà poſteriori ſeminarij anno poſt emiſſam profeſſionem litteris humanioribus reuoluendis iterum applicantur, ne illis quidem exceptis qui in ſeculo Theologiæ ac Philoſophiæ ſtudiis vacarunt.

4. Rhetoricam à Iunioribus antè Philoſophiæ ac Theologiæ ſtudia perfectè addiſcendam eſſe omnium noſtrûm non eſt ſententia: cum enim cuiuſlibet rei tractationes, ſubiecti deſcriptiones, amplificationes, demonſtrationes, cæteræque Rhetoricæ partes & argumenta non minùs à materia quæ à ſuperioribus ſcientiis miniſtratur, quam ab arte & dicendi formâ dependeant; poſt perfecta illarum maiorum ſcientiarum ſtudia, ediſcenda potius ſeu reuoluēda cenſemus eſſe Rhetoricę exercitia, & prępcepta, quatenus eius

Digitized by Google

leges faciliùs percipere, altiùs animo infigere, & perfectius obſeruare valeant.

5. Eo igitur poſteriori ſeminarij anno hoc vnum intenditur, vt linguæ latinæ congruitatem, eiuſque vſum facilem noſtri aſſequantur: docente experientia linguam latinam hominis cuiuſlibet eruditi præcipuum eſſe ornamentum, & comparandarum ſcientiarum magis neceſſarium inſtrumentum. Etenim vix acutiora ſolidioraque ingenia progreſſum vllum facere poſſunt ſublimioribus in ſcientiis, cum perfectè non callent linguam latinam: aut enim non audent ſenſus ſuos proponere, quando id latinè peragendum eſt; aut ſi eos Latinè loqui contingat vt opportet, impingunt in errores contra Grammaticam quibus, verecundiâ ſuffuſi, ſtudiorum exercitationibus non audent ſe committere, ſicque vix vllum ſaltem notabilem progreſſum eos facere contingit.

6. Conuenienti etiam tempore linguarum Græcæ ac Hebraicæ ſtudio noſtros applicamus, vt ſaltem Authores Græcos, maximè verò Nouum Teſtamentum & aliquot Patres Orientales interpretari: vetus verò Teſtamentum Hebraicè conſcriptum ſaltem legere valeant.

7. Cùm etiam plurimùm conferat verba latina aptè ad quantitatis leges pronuntiare; curam adhibemus vt iuniores noſtri eas perfectè teneant: & ſi quando dum publicè quidpiam legunt, ſiuè in choro, ſiue in Refectorio, vel communi colloquio impingunt in aliquos aduerſus ſyllabarum quantitatem errores; ſtatim vel à ſuperiore, vel ab alio ad id nominato corrigantur.

8. Quolibet in ſeminario Magiſtri aſſignantur ad docendum periti litteras humaniores, tempuſque neceſſarium tribuitur vt præſcriptis exercitiis vacent

Digitized by Google

89

cum diſcipulis, breuiori ac magis clara qua poſſint methodo: hacque lege ſtudētibus impoſitâ, vt in mutuis, familiaribuſque colloquiis ſemper latinè loquantur.

9. Eis etiam injunguntur nonnunquam quædam ſiuè ſolutæ ſiue ſtrictæ orationis elucubrationes, quas ex ſuggeſtu toto audiente Religioſorum cœtu pronuntiant, & quæ in eis deſiderari deprehenduntur ſiuè ad optimæ elocutionis modum, ſiuè ad vocis tenorem & inflexionem, ſiue geſtuum compoſitionem, edocentur à Magiſtro qua ratione obſeruatos defectus emendare debeant.

10. Anno his ſtudiis à Neophitis inſumpto, niſi fortè aliquod graue occurrat impedimentum, Philoſophiæ ſtudiis applicantur vniuerſi, nec iis quidem exceptis qui iam Philoſophiæ & Theologiæ curſum perfecerunt, quamuis etiam in eo cum laude verſati ſint, niſi iam ætate ſint prouectiores, ſatiſque idonei cenſeantur, qui alias Religionis functiones obeant non iteratis Philoſophiæ ſtudiis. Hac ratione plures è noſtris poſt alterum Philoſophiæ curſum apud nos accuratius perfectū doctiores facti, idonei facti ſunt qui Philoſophiam Theologiamque cum laude docerent, aliiſque apprime vacarent exercitiis quibus ſcientia eſt neceſſaria.

11. Donec vniuerſæ Philoſophiæ curſus in methodum reducatur, quæ ad ſolidiores veritates perfectamque & integram rerum naturalium cognitionem magis conducat, abſque tam longa mora in curioſis nimis & ſuperfluis plerumque quæſtionibus quæ hoc tempore agitantur, noſtriſque ſequenda tradatur, hortamur tùm lectores, tùm diſcipulos vt ea præcipuè conſectentur quæ in hac ſcientia firmioribus nituntur fundamentis; quæſtiones verò merè ſpeculatiuas, &

problematicas tantùm tractent quantùm neceſſe eſt vt ſe ex inuolutis illis diſceptationibus diſcipuli ſatis facile expediant.

12. Cùm in hoc propriè ſita ſit Philoſophia, vt rerum creatarum & ab arte promanantium naturam, quantùm fieri poteſt, cognoſcamus, ac proinde ſiuè cauſas per effectus, ſiuè vtrumque per principia inueſtigemus; noſtros ſtudentes in hoc præcipuè incumbere peroptamus, vt & Philoſophiæ principia, & Metaphyſicæ veritates præ omnibus addiſcant, & ad ſingulos effectus per concluſiones particulares applicent; Ita vt Philoſophiæ gnarum non cenſeamus eum qui eorum quæ ex rerum natura oculis vndique objiciuntur rationem reddere non poſſit.

13. Suademus inſuper vt tractatui de anima præcipuè incumbant, ſufficientemque Anatomiæ notitiã acquirant. Deindè vt tractatus de cælo & mundo apprimè calleant, nec non meteora, quorũ ſcientia perperam à multis contemnitur; quæ quidem eò pluris mihi facienda videtur, quò ſæpius ſiue in concione, ſiue in conuerſatione de eis loquendi ſe dat occaſio, eorumque explanatio cum delectatione applauſu & nonnũquam etiam cum admiratione ab auditoribus excipitur.

14. His etiam addi volumus ſtudium ſat accuratum opticæ, dioptricæ & catoptricæ. Naturæ item odorum, colorum, ſaporum & luminis, quæ paucis eſt peruia; paruorum etiam naturalium de quibus egit Ariſtotele, cognitionem commendamus.

15. Hortamur etiam noſtros vt addiſcant Euclydis elementa maximè vero ſex libros priores, qui cum veræ Philoſophiæ principia contineant & ſenſibili plerúmque demonſtratione illuſtrent; fieri non poteſt vt qui eos accuratè non legerit intellexitque, Philo-

ſophiam perfectè teneat, & Ariſtotelis doctrinam benè percipiat. Et quia Arithmetices notitiam ſupponunt, quæ aliàs ad omnes ferè vſus apta eſt & neceſſaria; ediſcendam eſſe cenſemus à noſtris, quod facilè & breui tempore fieri poteſt.

16. Quod attinet aliam Philoſophiæ partem quæ de moribus agit, magnoperè curamus vt Religioſi noſtri eâ exactè imbuantur; & præter principia communia ab Ariſtotele tradita, Authores ſumus vt noſtri ſtudioſè diligenterque perlegant quæ de vitijs & virtutibus in particulari Doctor Angelicus fusè & Angelicè ſcripſit, quibus etiam librorum moralium à Seneca, Epicteto alijſque conſcriptorum lectio non inutiliter adjungetur.

17. Cùm Theologia inter omnes ſcientias ſit omnium vtiliſſima, æque ac nobiliſſima, deceatque maximé profeſſionis noſtræ viros vniuerſos; Eius ſtudiũ noſtræ Reformationis alumnis ſummopere injungimus: monentes vt omnem ſuum conatum exerant, animi deiectionem excutiant, ſocordiam excitent, moralia ſaltem & poſitiua ediſcant, quod & ſinguli præſtare conantur.

18. In Conuentibus Theologiæ ſtudio deputatis, duo lectores inſtituuntur, quorum alter matutino tempore doceat, alter veſpertino. Solitis præterea poſt refectiones deambulationis tempore collationibus de occurrente materia, accedentibus poſteà repetitionibus, diſputationibuſque familiaribus, & quotidianis præter ſabbathinas & menſtruales, ſubſequẽtibus demumgeneralibus & publicis in fine cujuſlibet anni diſſertationibus, ſtudentes noſtros ſtrenue exercere ſolemus.

19. In Theologia ſicut & in Philoſophia id quod eſt magis eſſentiale, ac pręcipuum ſingulis in tracta-

tibus conſectari cupimus à magiſtris pariter & diſcipulis, ijs quæſtionibus quæ in vtramque partem diſputantur, inter acceſſorias minuſque vtiles reputatis, quas quidem ignorare non decet, at in eis minus ſiſtendum.

20. Diſtrictè injungitur noſtris ſtudentibus, vt attentius omnes Angelici Doctoris articulos de ea cui ſtudent materia perlegant, doctrinamque eius memoriæ infigant quantum fieri poteſt, etiamſi à lectoribus non explicetur, cum multò maioris momenti ſit, quam pleriſque eſſe videatur.

21. Suadentur vlterius vt dùm tractatum aliquem excipiunt, etiamſi tantùm id lectores ſcripto tradant quod verſatur in controuerſia & majori ſpeculatione indiget, eò quod non ſuppetat tempus poſitiuæ Theologiæ explicandæ; in iis tamen quæ eam ſpectant priuatim ſedulam nauent operam, perfectèque quantum poſſunt ediſcant, vt potè quæ ſæpius in vſum veniat, ſiue in concionibus & colloquiis priuatis, ſiue quia ad propriam eruditionem & animi ſatisfactionem plurimum confert.

22. Præter tres annos à noſtris Theologiæ Scholaſticæ ſtudiis impendendos, conceditur eis & quartus quo fidei controuerſiis, & conſcientiæ caſibus addiſcendis ſtudium ſuum collocent, quippe quorum notitia non modo ſit vtilis omnibus: Sed & miniſteriis noſtris ritè implendis omninò neceſſaria.

23. Prædictæ leges ordinis tùm ſtudiorũ tùm temporis in eis impendendi, tam neceſſariò ſunt obſeruandæ, vt cùm ſuperiores ſingulis annis ſtudentes coram ſe per ſe & per alios examinari curant, qui non ſatis magnum in ſtudijs progreſſum feciſſe inueniuntur, ſeriò monentur de adhibenda impoſterùm majori diligentia, aliàs aut retrahendi ſunt à ſtudijs, aut ſi

diutius in

diutius in eis retinendos eſſe viſum fuerit, id ea lege fit vt niſi in fine curſus ſufficientem doctrinæ magis neceſſariæ notitiam acquiſiuiſſe per examen deprehendantur, declaretur ipſis nulli impoſterùm miniſterio applicandos eſſe ad quod ritè eiuſdem ſcientia deſideretur, vt habendis ad populum concionibus, excipiendis cõfeſſionibus, dignitatibus adminiſtrandis. At cùm quiſque ſuapte naturâ, necnon minùs quàm adductis rationibus ad ſcientiarum ſtudia concitetur, factum eſt vt omnes ferè hactenùs, Dei fauente gratia, ſufficienti eruditione reperti ſint præditi, nec Religioni facti ſint inutiles.

24. Hoc modo peracto ſtudiorum ſtadio pro cuiuſque genio ac peritia ſuum cuique munus aſſignatur ſuperioribus maximè ad hoc intentis, vt quiſque in eo ſiue ſtudii ſiuè ſciẽtiæ genere ad quod magis idoneus iudicatur, quantùm fieri poteſt, perficiatur, omnibuſque partibus euadat idoneus; cui quoque rei ſuam quiſque curam adhibet.

25. Quantùm ad eos quibus ſuum ſtudium liberum relinquitur, hoc maximè commendatur vt ante omnia ſacræ ſcripturæ lectionem integram ſuſcipiant, eiuſque germanum ſenſum percipere enitantur, conſultis pro obſcuriorum ambiguorumque textuum intelligentiâ Interpretibus magis famoſis, ſiue pro hiſtoriæ, ſiuè pro ſenſus moralis & litteralis, ſiuè pro eorum captu quæ in controuerſia verſantur elucidatione. Cumque hoc ſtudium multùm temporis poſtulet, quidquid ſupereſt poſt ſolutum vitæ Regularis penſum, in eo debet inſumi.

26. Quod ſpectat ad eos qui licet ſcientiis apprimè eruditi, non ſunt idonei concionibus habendis, docendæ e Philoſophiæ ac Theologiæ, ſuadentur incumbere libris componendis ijs de rebus de quibus

tibus conſectari cupimus à magiſtris pariter & diſcipulis, ijs quæſtionibus quæ in vtramque partem diſputantur, inter acceſſorias minuſque vtiles reputatis, quas quidem ignorare non decet, at in eis minus ſiſtendum.

20. Diſtrictè injungitur noſtris ſtudentibus, vt attentius omnes Angelici Doctoris articulos de ea cui ſtudent materia perlegant, doctrinamque eius memoriæ infigant quantum fieri poteſt, etiamſi à lectoribus non explicetur, cum multò maioris momenti ſit, quam pleriſque eſſe videatur.

21. Suadentur vlterius vt dùm tractatum aliquem excipiunt, etiamſi tantùm id lectores ſcripto tradant quod verſatur in controuerſia & majori ſpeculatione indiget, eò quod non ſuppetat tempus poſitiuæ Theologiæ explicandæ; in iis tamen quæ eam ſpectant priuatim ſedulam nauent operam, perfectèque quantum poſſunt ediſcant, vt potè quæ ſæpius in vſum veniat, ſiue in concionibus & colloquiis priuatis, ſiue quia ad propriam eruditionem & animi ſatisfactionem plurimum confert.

22. Præter tres annos à noſtris Theologiæ Scholaſticæ ſtudiis impendendos, conceditur eis & quartus quo fidei controuerſiis, & conſcientiæ caſibus addiſcendis ſtudium ſuum collocent, quippe quorum notitia non modo ſit vtilis omnibus: Sed & miniſteriis noſtris ritè implendis omninò neceſſaria.

23. Prædictæ leges ordinis tùm ſtudiorũ tùm temporis in eis impendendi, tam neceſſariò ſunt obſeruandæ, vt cùm ſuperiores ſingulis annis ſtudentes coram ſe per ſe & per alios examinari curant, qui non ſatis magnum in ſtudijs progreſſum feciſſe inueniuntur, ſeriò monentur de adhibenda impoſterùm majori diligentia, aliàs aut retrahendi ſunt à ſtudijs, aut ſi

diutius in

diutius in eis retinendos eſſe viſum fuerit, id ea lege fit vt niſi in fine curſus ſufficientem doctrinæ magis neceſſariæ notitiam acquiſiuiſſe per examen deprehendantur, declaretur ipſis nulli imposterùm miniſterio applicandos eſſe ad quod ritè eiusdem ſcientia deſideretur, vt habendis ad populum concionibus, excipiendis cõfeſſionibus, dignitatibus adminiſtrandis. At cùm quiſque ſuapte naturâ, necnon minùs quàm adductis rationibus ad ſcientiarum ſtudia concitetur, factum eſt vt omnes ferè hactenùs, Dei fauente gratia, ſufficienti eruditione reperti ſint præditi, nec Religioni facti ſint inutiles.

24. Hoc modo peracto ſtudiorum ſtadio pro cuiuſque genio ac peritia ſuum cuique munus aſſignatur ſuperioribus maximè ad hoc intentis, vt quiſque in eo ſiue ſtudii ſiuè ſciētiæ genere ad quod magis idoneus judicatur, quantùm fieri poteſt, perficiatur, omnibuſque partibus euadat idoneus; cui quoque rei ſuam quiſque curam adhibet.

25. Quantùm ad eos quibus ſuum ſtudium liberum relinquitur, hoc maximè commendatur vt ante omnia ſacræ ſcripturæ lectionem integram ſuſcipiant, eiuſque germanum ſenſum percipere enitantur, conſultis pro obſcuriorum ambiguorumque textuum intelligentiâ Interpretibus magis famoſis, ſiue pro hiſtoriæ, ſiuè pro ſenſus moralis & litteralis, ſiuè pro eorum captu quæ in controuerſia verſantur elucidatione. Cùmque hoc ſtudium multùm temporis poſtulet, quidquid ſupereſt poſt ſolutum vitæ Regularis penſum, in eo debet inſumi.

26. Quod ſpectat ad eos qui licet ſcientiis apprimè eruditi, non ſunt idonei concionibus habendis, docendæ Philoſophiæ ac Theologiæ, ſuadentur incumbere libris componendis ijs de rebus de quibus

tibus conſectari cupimus à magiſtris pariter & diſcipulis, ijs quæſtionibus quæ in vtramque partem diſputantur, inter acceſſorias minuſque vtiles reputatis, quas quidem ignorare non decet, at in eis minus ſiſtendum.

20. Diſtrictè injungitur noſtris ſtudentibus, vt attentius omnes Angelici Doctoris articulos de ea cui ſtudent materia perlegant, doctrinamque eius memoriæ infigant quantum fieri poteſt, etiamſi à lectoribus non explicetur, cum multò maioris momenti ſit, quam pleriſque eſſe videatur.

21. Suadentur vlterius vt dùm tractatum aliquem excipiunt, etiamſi tantùm id lectores ſcripto tradant quod verſatur in controuerſia & majori ſpeculatione indiget, eò quod non ſuppetat tempus poſitiuæ Theologiæ explicandæ; in iis tamen quæ eam ſpectant priuatim ſedulam nauent operam, perfectèque quantum poſſunt ediſcant, vt potè quæ ſæpius in vſum veniat, ſiue in concionibus & colloquiis priuatis, ſiue quia ad propriam eruditionem & animi ſatisfactionem plurimum confert.

22. Præter tres annos à noſtris Theologiæ Scholaſticæ ſtudiis impendendos, conceditur eis & quartus quo fidei controuerſiis, & conſcientiæ caſibus addiſcendis ſtudium ſuum collocent, quippe quorum notitia non modo ſit vtilis omnibus: Sed & miniſteriis noſtris ritè implendis omninò neceſſaria.

23. Prædictæ leges ordinis tùm ſtudiorũ tùm temporis in eis impendendi, tam neceſſariò ſunt obſeruandæ, vt cùm ſuperiores ſingulis annis ſtudentes coram ſe per ſe & per alios examinari curant, qui non ſatis magnum in ſtudijs progreſſum feciſſe inueniuntur, ſeriò monentur de adhibenda impoſterùm majori diligentia, aliàs aut retrahendi ſunt à ſtudijs, aut ſi

diutius in

Digitized by Google

91

diutius in eis retinendos eſſe viſum fuerit, id ea lege ſit vt niſi in fine curſus ſufficientem doctrinæ magis neceſſariæ notitiam acquiſiuiſſe per examen deprehendantur, declaretur ipſis nulli impoſterùm miniſterio applicandos eſſe ad quod ritè obeundum ſcientia deſideretur, vt habendis ad populum concionibus, excipiendis cõfeſſionibus, dignitatibus adminiſtrandis. At cùm quiſque ſuapte naturâ, necnon minùs quàm adductis rationibus ad ſcientiarum ſtudia concitetur, factum eſt vt omnes ferè hactenùs, Dei fauente gratia, ſufficienti eruditione reperti ſint præditi, nec Religioni facti ſint inutiles.

24. Hoc modo peracto ſtudiorum ſtadio pro cuiuſque genio ac peritia ſuum cuique munus aſſignatur ſuperioribus maximè ad hoc intentis, vt quiſque in eo ſiue ſtudii ſiuè ſciẽtiæ genere ad quod magis idoneus iudicatur, quantùm fieri poteſt, perficiatur, omnibuſque partibus euadat idoneus; cui quoque rei ſuam quiſque curam adhibet.

25. Quantùm ad eos quibus ſuum ſtudium liberum relinquitur, hoc maximè commendatur vt ante omnia ſacræ ſcripturæ lectionem integram ſuſcipiant, eiuſque germanum ſenſum percipere enitantur, conſultis pro obſcuriorum ambiguorumque textuum intelligentiâ Interpretibus magis famoſis, ſiue pro hiſtoriæ, ſiuè pro ſenſus moralis & litteralis, ſiuè pro eorum captu quæ in controuerſia verſantur elucidatione. Cumque hoc ſtudium multùm temporis poſtulet, quidquid ſupereſt poſt ſolutum vitæ Regularis penſum, in eo debet inſumi.

26. Quod ſpectat ad eos qui licet ſcientiis apprimè eruditi, non ſunt idonei concionibus habendis, docendæ Philoſophiæ ac Theologiæ, ſuadentur incumbere libris componendis ijs de rebus de quibus

diutius in eis retinendos eſſe viſum fuerit, id ea lege fit vt niſi in fine curſus ſufficientem doctrinæ magis neceſſariæ notitiam acquiſiuiſſe per examen deprehendantur, declaretur ipſis nulli impoſterùm miniſterio applicandos eſſe ad quod ritè eiuſdem ſcientia deſideretur, vt habendis ad populum concionibus, excipiendis cōfeſſionibus, dignitatibus adminiſtrandis. At cùm quiſque ſuaptè naturâ, necnon minùs quàm adductis rationibus ad ſcientiarum ſtudia concitetur, factum eſt vt omnes ferè hactenùs, Dei fauente gratia, ſufficienti eruditione reperti ſint præditi, nec Religioni facti ſint inutiles.

24. Hoc modo peracto ſtudiorum ſtadio pro cuiuſque genio ac peritia ſuum cuique munus aſſignatur ſuperioribus maximè ad hoc intentis, vt quiſque in eo ſiue ſtudii ſiuè ſciētiæ genere ad quod magis idoneus judicatur, quantùm fieri poteſt, perficiatur, omnibuſque partibus euadat idoneus; cui quoque rei ſuam quiſque curam adhibet.

25. Quantùm ad eos quibus ſuum ſtudium liberum relinquitur, hoc maximè commendatur vt ante omnia ſacræ ſcripturæ lectionem integram ſuſcipiant, eiuſque germanum ſenſum percipere enitantur, conſultis pro obſcuriorum ambiguorumque textuum intelligentiâ Interpretibus magis famoſis, ſiue pro hiſtoriæ, ſiuè pro ſenſus moralis & litteralis, ſiuè pro eorum captu quæ in controuerſia verſantur elucidatione. Cumque hoc ſtudium multùm temporis poſtulet, quidquid ſupereſt poſt ſolutum vitæ Regularis penſum, in eo debet inſumi.

26. Quod ſpectat ad eos qui licet ſcientiis apprimè eruditi, non ſunt idonei concionibus habendis, docendæ e Philoſophiæ ac Theologiæ, ſuadentur incumbere libris componendis ijs de rebus de quibus

aptius ſe ſcripturos arbitrantur: quod iam hactenus abundanter ſatiſque feliciter peractum eſt à noſtris, vt ſuprà iam notaui.

27. Cum etiam præ cæteris ſtudiorum exercitationibus Religioſæ profeſſioni magis conuenientibus Eccleſiaſticæ hiſtoriæ notitia ſit præcipua, ac magis vtilis; hortamur plurimùm noſtros alumnos vt ei gnauiter incumbant; & cum Coſmographia, Geographia & Chronologia ſint eius velut partes integrantes, aut ſaltem diſpoſitiones neceſſariæ ad eam faciliùs comparandam; ſumus authores vt illas ſcientias perfectè diſcant, quod & horis exciſiuis & quaſi animi relaxandi gratia facili negotio perfici poteſt.

28. Varias autem inter materias quæ in hiſtoriæ Eccleſiaſticæ ſerie deſcribuntur, ijs maximè noſtros attendere volumus, quæ Hæreſeon & Schiſmatum ortus, Authores, fautores, fundamenta & temporum reuolutiones ac circunſtantias ſpectant: tùm Conciliorum Oecumenicorum in vtroque Imperio celebratorum ſeriem ac ſcopum præcipuum, cæteraque eiuſmodi quæ fidei dogmata & Eccleſiæ politiam ſpectant, quæ perfectè callere decet virum Religioſum ſi doctus euadere ſtatuat.

29. Demùm id damus conſilij, ijs præſertim qui ad inſignem doctrinā aſpirant, vt nouerint authores, ſi non omnes, quod expediret, ſaltem pleróſque: hoc eſt quo ſeculò floruerint, quibus de rebus ſcripſerint, & quo in genere magis excelluerint: ad quod non parùm conducet quorundam authorum lectio qui vniuerſales confecere cathalogos omnium Authorum, ſeu Bibliographias cum annotatione etiā rerum ab eis agitatarum. Valdè etiam vtilis erit Librorum in Bibliothecis contentorum in quibus habi-

Digitized by Google

tare contigerit, exiſtentium notitia quæ facilè comparari poteſt, & quaſi remittendi animi gratia horis quibuſdam pomeridianis vtpotè ſtudio magis ſerio ineptis.

CAP. XXIV.

Problematicè agitatur an conueniat promouere Reformatos ad gradus Theologicos: & primò partis affirmatiuæ præſidia proponuntur.

1. SVSPENSOS hactenus tenuit animos noſtros grauis hæc propoſitio, an ſcilicet Reformationis noſtræ alumnos ad ſolitos Theologiæ gradus, videlicet poſt peractum Philoſophiæ curſum, Magiſtri Artium; poſt perlectos Theologiæ Scholaſticæ tractatus, ad lauream Bacchalaureatus; demum poſt præſcriptos diſputationum actus peractos, ad licentiati ac Doctoris ſeu Magiſtri in Theologia gradum promoueri expediret.

2. Tot verò tantique momenti pro affirmatiua & negatiua parte æqualibus quaſi viribus militant rationes, vt hactenus quæſtio hæc nobis viſa ſit problematica; & ita quidem vt etſi nec dum vllum è noſtris ad illos gradus euexerimus; illos tamen aſſumendi ius, cum expedire ritè fuerit iudicatum, retineamus.

3. Vt igitur quid iuris hac in re, quid vtilitatis, quid denique neceſſitatis ineſſe poſſit, quiſque perſpicere valeat, hîc breuiter rationes præcipuas quibus vtraque fulcitur opinio, exponere ſtatui, ita

tamen vt quid etiam vtriſque reſpectiuè dari poſſit Reſponſi ſimul aperiam, ad hoc vt euidentius appareat quam ponderis grauitatem, & quem ſynceræ veritatis gradum contineant. Deinde noſtram hac de re mentem aperiam, qua vtrique parti vtcumque ſatisfaciendi via aperietur. Hæ igitur in primis pro parte affirmatiua ſe ſe offerunt rationes.

4. Prima petitur ex eo quod hæc fuerit à temporibus antiquis in toto noſtro ordine conſuetudo, in omnibus ferè conſtitutionibus ſtabilita, & ad noſtra vſque tempora continuâ praxi deducta, tamque in noſtra Prouincia Turonenſi, quam in alijs introducta. Vnde cùm, vt ſtatim operis iſtius initio declaraui, ratum ſit apud nos antiquas Religionis Patrum noſtrorum obſeruantias non deſtruere, ſed reſtaurare, & eas maximè quæ eius commodo & honori conducunt; Hæc graduum aſſumptio minimè deſerenda videtur, quæ vtrique plurimum inſeruit.

5. Concedendum equidem à ſatis longo tempore, legem & Conſuetudinem in ordine noſtro inualuiſſe gradus ſciėntiarum aſſumendi; at certum eſt id etiam factum fuiſſe non tantùm ob priuatas ordinis vtilitates, ſed maximè ob vrgentes Eccleſiæ neceſſitates, eo ſcilicet tempore quo meſſis multa erat, operarij autem pauci ſatis apti & periti in ſcientijs quæ miniſterijs illius erant omninò neceſſariæ. Tuncque gradus illi introducti ſunt etiam quaſi ſtimuli qui Religioſos noſtros ad ea tunc munia ab Eccleſia Aduocatos acriùs concitarent. Adde quòd eo etiam tempore vigebat apud omnes Religioſos noſtros pietas cum ſufficentia, ſcientia cum humilitate, legum Monaſticarum obſeruantia ſimul cum ſalutis proximorum cura. At poſtquam temporis decurſu, morumque deprauatione gradus illi facti ſunt velut

inſtrumenta faſtus, extrouerſionis, ac nimiæ libertatis in Religione; iamque Eccleſia ſtrenuorum copiâ operariorũ abundat; ſuadet non minùs neceſſitas quam prudentia, vt ab ęis apud nos abſtineatur.

6. Id igitur nec nouitati, nec leuitati tribuendum, ſed rerum noſtrarum ſtatui & tempori, cui ſæpè ſeruiendum eſſe communi apud omnes ſapientes placito ſancitum eſt. Et verò neſcit nemo quòd ſimiles ob rationes piæ quædam conſuetudines priſcis temporibus in Eccleſiam introductæ, vſu temporis viſæ minus bonæ aut commodæ, fuerunt abrogatæ. Satius igitur erit & conſultius ablatis gradibus primæuam Patrum noſtrorum virtutem reuocare, & reſtaurare, quam graduum promotione retenta, eandem abjicere aut abiectam negligere.

7. Secunda ratio eſt, quod graduum decoratio dignitatis plurimùm & authoritatis confert Religioſis, ad obeunda erga Eccleſiam & proximũ conuenientia profeſſioni noſtræ numia: Putà, aperiendis ſacræ Pœnitentiariæ litteris quæ ſemper ad aliquem Theologicis in gradibus conſtitutum diriguntur; libris approbandis; varijſque grauis ponderis officijs præſtandis, ſiue in concilijs Eccleſiæ, ſiue in Academiarum cœtibus, & aliis ſimilibus occaſionibus.

8. At reſpondetur, ſummos Eccleſiæ Patres qui Conſtitutionibus Reformationis noſtræ, & conſequenter graduum renuntiationi approbationem tribuerunt, priuilegiis nobis aliundè conceſſis ſufficienter prouidiſſe iis quæ ſpectant ad ſolita ergà proximum munia à nobis præſtanda. Præthereà ſatis nobis eſt ſi ad eundem ſtatum reducamur quem illuſtriores Eccleſiæ Religioſorum ordines, & magis celebres Reformatorum Congregationes etiam

mendicantes nunc obtinent, in quibus nullus graduum Theologicorum vſus extat, in quibus tamen Religioſi, vt videre eſt, non dico tantùm, ſed multo majori inſtantiâ & ſollicitudine proximorum ſaluti quam nos incumbunt.

9. Quod ſpectat præſertim vtilitates quas ex gradibus, ſeu à graduatis Eccleſia vniuerſa percipere aſſeritur, in promptu eſt reſponſio, non tàm à Doctoratus gradu, quam ab ipſamet doctrina ſeu viris doctrina præditis fructus illos promanare. Et verò experientiâ quotidianâ conſtat, multò plures viros illuſtres Religioſis in ordinibus extare gradibus non ornatos, qui Eccleſiæ commodum & decus promouent, quàm alios: Putà, concionibus habendis, libris in lucem mittendis, ſuſcipiendis miſſionibus, ac pluribus in omni occaſione fidei & virtutis exiſtentibus ſtrenuis vindicibus: Horum enim ſi cùm graduatis ijſdem aliquando munijs vacantibus numerum comparemus, vix duo vel tres ex illis, centum verò ex iſtis venient in oppoſitum computandi.

10. Quod attinet librorum approbationem à Doctoribus ex conſuetudine faciendam, ſi ad ea quæ ex graduum renuntiatione oriuntur commoda comparetur; tam exigui videbitur momenti, vt nulla eius habenda ſit ratio, cùm aliundè librorum approbatores facillimè occurrant.

11. Quantùm verò ad ius & diſpoſitionem conueniendi ad Concilia generalia, non præcisè Doctorum gradibus id conceſſum eſt, ſed perſonarum peritiæ ac ſcientiæ. Cùm enim conuocatio ad Concilia dependeat à ſummis Pontificibus ſeu alijs Eccleſiæ Prælatis, ſitque in eorum poteſtate qui ad cœtus illos publicos conuocantur, viros doctos ſibi benè viſos ſecum aſſumere, Doctum non graduatum

perinde ac graduatum pro arbitrio eligere poſſunt. Et verò id ſatis probant exempla omni tempore tradita plurimorum Religioſorum, qui licet nullis graduum inſignibus ornati, Concilijs interfuerunt, & ſæpius viſi ſunt præcellere graduatis.

12. Tertia ratio profert in eiuſdem theſis probationem exemplum plurimorum eximiæ ſanctitatis virorum, cùm ordinis noſtri, tùm aliorum: nec non hoc etiam tempore ſuperiorum noſtrorum maiorũ, aliorumque virtute præcellentium Religioſorum, qui eiuſmodi gradibus quos aſſumunt, ordinum ſuorum decus vt & commodum promouent. Immò etiam ipſæmet Religionis dignitates, & officia majora, prædictos gradus tanquam præuias ad ea ritè capeſſenda diſpoſitiones ſupponunt & expoſcunt; vt ex omnibus ferè Ordinis noſtri conſtitutionibus euidenter conſtat.

13. Reſpondetur quod ſi pridem, vt certò conſtat, præſtantioris virtutis ac ſanctitate conſpicui Religioſi gradus Theologicos aſſumpſerunt, id contigit in longè diuerſis rerum Monaſticarum Eccleſiaſticarumque circunſtantijs, vt iam monui, nec ex Doctoris gradu præcisè ſanctitatem ſuam atque nominis commendationem contraxere; ſed ex ſcientiæ quam ſupra deſcripſimus religioſitate, & ſtrictâ regularis obſeruantiæ diſciplina, à qua, ſcientiarum ſtudio & cultu non obſtante, minimè receſſerunt.

14. Quantùm verò ad aliam rationis iſtius partem, graduum ſcilicet promotiones optimas eſſe de ſe ad obeunda Religionis munia, non inficior, ſed abſolutè neceſſarias eſſe conteſtor. Non Doctoris titulus, ſed doctrinæ poſſeſſio verè ad ea conducit: Idque neutiquam ignorant qui iam diuerſis in Prouincijs

ac Regionibus doctoris gradus aſſumunt. Neque etiam nimia eo honoris titulo gaudendi prurigine id tam faciunt, quàm vt non recedant à conſuetudine laudabili & praxi hactenus apud ſuos vſitata. Quia etiam fortaſſe nondum experti ſunt incommoda & damna quæ inde religioni obuenire poſſunt, maximè quando ſeſe offert magna multitudo Religioſorum ſtudijs egregiè vacantium, qui ad gradus æquali iure aſpirare poſſunt, & vbi ad eos via erit aperta, ſtatim & ex aliqua æmulatione eos aſſequi totis neruis contendere videbuntur.

15. Quod ſpectat id quod allegatum eſt de præuia graduum promotione requiſitâ ad poſſidenda prælaturæ officia in ordine, huic impedimento ſi legitimũ ſit, ſapienter prouiſum eſt in conſtitutionibus Reformationis, dum gradus præciſè non poſtulantur vt quis ex reformatis ad dignitates promoueatur, ſed ſufficientis ſcientiæ ornatus: quæ conditio hactenus ſemper & abundè reperta eſt apud nos.

16. Quarta ratio eſt, quod ceſſatio à ſuſceptione, & vſu graduum vergat in detrimentum Eccleſiæ ac totius Catholicæ Religionis ſtatus, maximè verò Monaſtici, immò & ſecularis: cùm ſæpe accidat vt Theologicæ facultatis doctores conuenire debeant ad diſſoluendas pleraſque difficultates, ſiue quæ ſpectant doctrinam fidei, ſiue morum diſciplinam: immò etiam ſæpè contingat, vt de multis agatur quæ ſpeciatim attinent ad Religioſorum ordinum iura & priuilegia. Et verò experientiâ iam ſatis compertum eſt frequenterque in dies confirmatur, quod multæ factæ fuiſſent deciſiones, in pleriſque Galliæ Academiis, maximè vero Pariſienſi, in damnum Regularium, immò & in fauorem doctrinæ mi-

nus

Digitized by Google

nus probatæ, ac etiam in præiudicium totius Regni Galliæ, niſi ibi adfuiſſent Religioſi graduati, ſtetiſſentque firmiter pro aris & focis. Vndè ſatis euidenter apparet neceſſariò faciendum eſſe; vt ex quolibet Religioſorum Ordine, maximè verò Mendicantium, ſat multi inpoſterùm promoueantur ad gradus ex quibus aliqui ſemper interſint cœtibus Theologorum, qui qua de re agitur aduertant, atque Eccleſiæ paci, doctrinæ puritati, ſtatus Politici conſeruationi, tuendiſque ſuis iuribus inuigilent.

17. Certè adeò grauis eſt hæc inſtantia, vt exiſtimem magnam eius habendam eſſe rationem, quodquomodo faciendum ſit poſteà indicabo. At interim duo occurrunt hîc aduertenda. Primum eſt, quod etſi ab antiquo acquiſitum fuerit ius omnibus & ſingulis in facultate Pariſienſi renuntiatis Doctoribus in Theologia, ad habendum locum & votum in cœtibus qui à facultate Theologica fiunt, eoque iure vſi ſint hactenus omnes & ſinguli quorũcumque Ordinũ Religioſi in eadem facultate Doctores; attamen ab vno & altero anno, duplici edicto Regio decretũ eſt, quòd inpoſterùm duo tantùm Religioſi ex ſingulis Ordinibus Monaſticis ad votũ ferendum admittantur in ſingulis cœtibus facultatis. Eo verò ſtante & perſeuerante placito, patet euidenter ius illud Religioſorum, vndè tam magna vniuerſæ Reipublicæ promanare emolumenta aſſerebantur, aut omninò abrogatum eſſe, aut adeò parum vtile reſtare, vt vix de eo iam curandum ſit.

18. Alterum hac in re notatu dignum eſt, quòd etiamſi ius illud Religioſis iam ademptum, ipſis eſſet breui reſtituendum, & in ſuo priſtino robore conſeruandum, hoc ſupereſt incommodum valdè graue, nempe neceſſum eſſe vt illi omnes Religioſi gra-

duati continuò habitent in Conuentu Pariſienſi, quò primis cuiuſque anni menſium diebus quibus infallibiter conuenire ſolent Doctores Theologici, ad eorum cœtum accedere valeant. Id autem fieri nequit nec debet ob multas iuſtas cauſas, maximè verò ſtante lege ab antiquo conſtituta in Conuentu Pariſienſi, qua tenentur omnes qui lauream Doctoralem aſſumunt, ſtatim eâ receptâ in ſuos proprios Conuentus ſe recipere, excepto eo qui primò renuntiatus fuerit Doctor, ad quem ſpectat ſecundi Regentis Theologiæ in Conuentu Pariſienſi munus implere. Vnde patet rationem illam quæ quaſi Achilles hac in materia profertur, aut nullam eſſe, aut non-niſi valdè debilem.

19. Quinto loco allegant fautores graduum benè & ſapienter ab antiquis noſtris Patribus introductos eſſe eiuſmodi honoris titulos, eò quòd cùm ſint præmia laborum, ſeu notæ ſatis inſignes peritiæ in ſcientiis, & perfectionis quam præ alijs poſſident qui iis gaudent, Idque multùm conferat ad proprij nominis ſplendorem, & commendationem; eiuſmodi honorum conſequendorum ſpe juniores ad ſcientias comparandas inardeſcant: ideóque permittendum eſſe vnicuique vt liberè ad eas aſpirẽt, media etiam concedenda quibus eos ritè cõſequantur: alioqui labore nimio qui adhiberi debet ad ſtudia deterriti, deſides fient, & ignari non minori cum Religionis dedecore quam cum propriæ perſonæ damno & ignominia.

20. At conſiderandum venit, quòd quidquid praxis iſta apud antiquos virium habuit & roboris, aſcribendum eſt maximè præteritorum temporum circunſtantijs, & tritæ pridem conſuetudini Nouitios admittendi ſingulis in Conuentibus & eos ibi

inſtituendi tam in virtute quam in ſcientijs. Tunc enim fere ſemper in tenellis infantiæ annis adhuc conſtitutos Nouitios admittebant, quos curabant magis erudire in cantu, Eccleſiæ in ritibus, ac Regularis diſciplinæ inſtitutis quam in ſcientijs. Vndè etiam nec ipſi animum adjiciebant ad ſtudia, nec niſi leuiter & perfunctoriè plerùmque ijs incumbebant: ac proinde valdè pauci euadebant docti, cæteris omnibus in ſat graui & turpi ignorantia remanentibus. Quare neceſſum fuit graduum promotione ac priuilegijs illis annexis, illos quaſi ineſcare, & ad ſcientias pellicere.

21. Hoc verò tempore quo nulli è ſeculo admittuntur ad Nouitiatum antequam ſaltem decimum quintum ætatis annum attigerint, ſintque ſufficienter eruditi in ſcientijs humanioribus; quin maturo iudicio Religioſæ Profeſſionis ad quam vocati ſunt vincula & munia inſpexerint; quin ſcopum ad quem collineare debeant ſibi propoſuerint; quin media quibus eum ritè atttingant agnouerint, inter quæ cum ſcientiam quaſi præcipuum & maximè aptum inſtrumentum eſſe ſciant, eandem non vanitate aut ambitione ducti proſequuntur, ſed pietate, obedientiâ, charitate ergà proximum, zelo propagandæ fidei, hæreſis extirpandæ, propugnandæque Eccleſiæ deſiderio id exigente: quibus etiam accedit cura maxima ad inſtruendos illos in omni ſcientiarum genere ſtatui noſtro competenti, diuerſis ad hoc inſtitutis Collegijs in noſtris Conuentibus, vt ſuprà expoſui. Vnde tantum abeſt vt calcaribus indigeant ad amplectenda & proſequenda ſtudia; quin ſæpius remoram & temperamentum in eorum ad illa ardore, ac laboribus adhibere debeamus.

22. Siqui tamen nimis pigri aut tardi appareant

duati continuò habitent in Conuentu Pariſienſi, quò primis cuiuſque anni menſium diebus quibus infallibiter conuenire ſolent Doctores Theologici, ad eorum cœtum accedere valeant. Id autem fieri nequit nec debet ob multas iuſtas cauſas, maximè verò ſtante lege ab antiquo conſtituta in Conuentu Pariſienſi, qua tenentur omnes qui lauream Doctoralem aſſumunt, ſtatim eâ receptâ in ſuos proprios Conuentus ſe recipere, excepto eo qui primò renuntiatus fuerit Doctor, ad quem ſpectat ſecundi Regentis Theologiæ in Conuentu Pariſienſi munus implere. Vnde patet rationem illam quæ quaſi Achilles hac in materia profertur, aut nullam eſſe, aut non-niſi valdè debilem.

19. Quinto loco allegant fautores graduum benè & ſapienter ab antiquis noſtris Patribus introductos eſſe eiuſmodi honoris titulos, eò quòd cùm ſint præmia laborum, ſeu notæ ſatis inſignes peritiæ in ſcientiis, & perfectionis quam præ alijs poſſident qui iis gaudent, Idque multùm conferat ad proprij nominis ſplendorem, & commendationem; eiuſmodi honorum conſequendorum ſpe juniores ad ſcientias comparandas inardeſcant : ideóque permittendum eſſe vnicuique vt liberè ad eas aſpirét, media etiam concedenda quibus eos ritè cõſequantur : alioqui labore nimio qui adhiberi debet ad ſtudia deterriti, deſides fient, & ignari non minori cum Religionis dedecore quam cum propriæ perſonæ damno & ignominia.

20. At conſiderandum venit, quòd quidquid praxis iſta apud antiquos virium habuit & roboris, aſcribendum eſt maximè præteritorum temporum circunſtantijs, & tritæ pridem conſuetudini Nouitios admittendi ſingulis inConuentibus & eos ibi

Digitized by Google

inſtituendi tam in virtute quam in ſcientijs. Tunc enim fere ſemper in tenellis infantiæ annis adhuc conſtitutos Nouitios admittebant, quos curabant magis erudire in cantu, Eccleſiæ in ritibus, ac Regularis diſciplinæ inſtitutis quam in ſcientijs. Vndè etiam nec ipſi animum adjiciebant ad ſtudia, nec niſi leuiter & perfunctoriè plerùmque ijs incumbebant: ac proinde valdè pauci euadebant docti, cæteris omnibus in tat graui & turpi ignorantia remanentibus. Quare neceſſum fuit graduum promotione ac priuilegijs illis annexis, illos quaſi ineſcare, & ad ſcientias pellicere.

21. Hoc verò tempore quo nulli è ſeculo admittuntur ad Nouitiatum antequam ſaltem decimum quintum ætatis annum attigerint, ſintque ſufficienter eruditi in ſcientijs humanioribus; quin maturo iudicio Religioſæ Profeſſionis ad quam vocati ſunt vincula & munia inſpexerint; quin ſcopum ad quem collineare debeant ſibi propoſuerint; quin media quibus eum ritè atttingant agnouerint, inter quæ cum ſcientiam quaſi præcipuum & maximè aptum inſtrumentum eſſe ſciant, eandem non vanitate aut ambitione ducti proſequuntur, ſed pietate, obedientiâ, charitate ergà proximum, zelo propagandæ fidei, hæreſis extirpandæ, propugnandæque Eccleſiæ deſiderio id exigente: quibus etiam accedit cura maxima ad inſtruendos illos in omni ſcientiarum genere ſtatui noſtro competenti, diuerſis ad hoc inſtitutis Collegijs in noſtris Conuentibus, vt ſuprà expoſui. Vnde tantum abeſt vt calcaribus indigeant ad amplectenda & proſequenda ſtudia; quin ſæpius remoram & temperamentum in eorum ad illa ardore, ac laboribus adhibere debeamus.

22. Si qui tamen nimis pigri aut tardi appareant

in ſcientiarum ſtudijs, eos vrgere ſolemus frequentī examine à ſuperioribus & ſuis Magiſtris publice facto; pænarum quarumdam, vt caſus exigit, inflexione, maximè verò, non promouendo eos ad ordines ſacros; comminando etiam quòd declarandi ſint inhabiles ad officia Religionis quæ doctrinæ peritiam requirunt, & ad ſeruilia opera deijciendi. Quod cum ſummi opprobrij & ignominiæ loco habeatur; hactenus vix vllus repertus eſt qui ſufficientē ſcientiæ peritiam non acquiſiuerit apud nos: Immò certum eſt & euidens multò plures extare in ſcientiis inſignes apud nos, quam antè Reformationem extiterint Doctores: ſicque euidens eſt non tantum gradus non eſſe neceſſarios; ſed & media quibus vtimur ad inſtruendos noſtros iuuenes in ſcientiis, non tantum ſufficere, ſed & aptiſſima eſſe ad eos inſigniter erudiendos.

23. Sexta quæ accedit ratio eſt quòd cum nonnullæ ſint in Gallia facultates Theologiæ quibus certi noſtri Conuentus ità inſerti ſunt, vt ipſis incumbat aliquem è ſuis Alumnis miniſtrare qui Theologiam publicè doceat: & cùm eum qui eiuſmodi munere fungitur, doctoris titulo inſignitum eſſe deceat; neceſſum eſt prorſus ad iuris illius non minus vtilis quam honorifici conſeruationem vt aliqui è noſtris Religioſis ad Theologicos gradus promoueantur. Et verò ex quo tempore Prouinciæ ſeu Conuentus quibus illæ Cathedræ ſeu Regentiæ, vt vocant, addictæ ſunt Reformationem ſuſceperunt, ſemper ex Reformatis nonnulli gradus illos aſſumpſerunt, vt Cathedras illas implerent, & publicè docerent.

24. Cum ergo iuri iſti Ordo noſter neceſſario cedere deberet, ſi à gradibus in poſterum omninò

9

abſtineretur, nec hoc fieri poſſit abſque graui Prouinciarum & Conuentuum particularium damno; nonmodò rationi, ſed æquitati videtur conſentaneum, vt in omnibus Prouincijs etiam Reformati gradus aſſumant. Huic rationi vtpote maximi momenti, ità attendendum eſſe exiſtimo, vt ei aliquatenus deferendum ſit, modo à nobis infra proponendo.

CAP. XXV.

Quæ militant pro parte negatiua rationes.

1. DEDVCTIS jam rationum momentis quæ Magiſtri titulum nec à Reformatione quidem arcendum eſſe conficiunt, quanquàm ſatis euidenter apparet vt opinor, nihil indè aut parum vtilitatis veræ prouenirè poſſe Religioni; ſupereſt vt ſtando promiſſis, pariter proferamus & examinemus rationes quæ militant pro parte negatiua: ad hoc vt habita ratione incommodorum quæ ex eâ prouenire ſolent, vel omnino abſtineatur ab eiuſmodi graduum aſſumptione, aut ſaltem maturè de opportunis remedijs contrà ea prouideatur.

2. In primis igitur aduertendum eſt duas eſſe in Ordine noſtro ad gradus Theologicos promotionis vias. Alij quidem à ſolo Reuerendiſſimo Patre Generali noſtro ad id honoris euehuntur poſt examen ab ipſo, vel ab alijs ad id nominatis priuatim factum de præcipuis Theologiæ tractatibus: aliquando etiam cum aliqua publica vel priuata exercitatione.

Digitized by Google

3. Alij, accedente Prouinciæ ſuæ conſenſu, & accepta prius licentia à Reuerend. P. Generali aſſumendi gradus Theologicos in facultate cuiuſdam publicæ Academiæ, præſcriptos actus cum Theſium propugnatione obeunt coram Rectore, Decano & aliis facultatis illius proceribus, quibus vt ritè ſatisfecerunt, laureâ Doctorali donātur, & in Theologiâ Magiſtri vocantur. Qui modus paſſim in Gallia, Hiſpania, Italia, Belgio & alibi obſeruatur. Neutrum autem harum promotionum genus cum legitimâ Reformatione ſtrictâque obſeruantia ſtare poſſe ſuadere videntur ſubſequentes rationes.

4. Primò igitur quantũ ad vtrumque ſimul conſideratum, eò minùs probandum eſſe videtur, quod à Chriſto Domino condemnatum eſſe apparet, dùm acriter inuehens in Phariſæos dicebat, *Amant primos accubitus in cænis, & primas Cathedras in Synagogis, & ſalutationes in foro, & vocari ab hominibus Rabbi. Vnus autem eſt Magiſter veſter, omnes vos Fratres eſtis.* Et paulo poſt, *Ne vocemini Magiſtri, quia Magiſter, veſter vnus eſt.* Quid expreſſius? quid clarius? quid ad rem noſtram aptius? cum quod ad huiuſmodi faſtum Phariſaicum tam ſeuerè à Chriſto condemnatum propius accedat nihil ſit, quàm Doctoralis huius magiſterij inter Regulares vigentis vſus: cùm etiam qui eo potiuntur, doctores & magiſtri communiter vocari ſoleant, atque in eo multum complaceant, primas etiam ſedes inter alios occupant, ac ijs anteferri ſtudent.

5. At, non in ea ſum ſentẽtia vt locum illum tam ſeuerè interpretandum eſſe arbitrer. Et verò ſatis patet ex ipſomet textu, quod non doctrinæ vſum, ſeu Doctoris donum in Phariſæis; ſed abuſum Chriſtus condemnat: non quam ex magiſterij gradu aſſume-

bant ſuper alios præcedentiam;ſed quam indè complacentiam & ex Magiſtri nomine hauriebant vanitatem arguit. Non magiſterij titulum improbat; ſed morum ab eo diſcrepantiam increpat : vt ſatis ex eo patet quod ſtatim adjungit Chriſtus, doctrinam eorum auſcultandam eſſe & obſeruandam; ſed non iuxtà eorum opera agendum eſſe.

6. Et verò, quandoquidem D. Paulus inter Eccleſiaſticæ Hierarchiæ gradus tertiò loco reponit, non doctos ſimpliciter, ſed Doctores, hoc eſt Doctrinâ & titulo illo exornatos, & ipſemet ſanctus Apoſtolus ſe Doctorem gentium eſſe profitetur;non video cur condemnandi ſint qui ex communi vſu Eccleſiæ, & exemplo infinitorum virorum ſanctitate non minus quam Doctrinâ inſignium, Doctoris ſeu Magiſtri nomen aſſumunt.

7. Id etiam amplius ſuadetur, ex eo quòd eodem in loco Euangelii eodem modo prohibet Chriſtus *nè quiſquam Patrem ſibi vocet ſuper terram, vnus eſt enim Pater veſter qui in Cælis eſt*, ait Chriſtus, & tamen non alio frequentius nomine inſigniuntur vniuerſi Eccleſiæ Rectores, & Ordinum Monaſticorum ſuperiores quam Patris, vt Meridianâ luce clarius apparet. Sicut ergò quantùm ad Doctrinam fidei vnus Chriſtus eſt ille magiſter primarius, & quantum ad regenerationem ſpiritualem vnus eſt Pater qui in Cælis eſt,nullique ſunt homines qui ijs titulis eo modo gaudeant, licet in quantum ſunt Miniſtri vtriuſque Diuini illius principij, Magiſtri & Patres vocentur; ità ſentiendum eſt de titulo Magiſtri doctis perſonis tam ſecularibus quam Regularibus aptè attributi.

8. Vt verò non præcisè ex Chriſti verbis arguenda mihi videtur promotio ad gradus ſeu Ma-

giſtri in Theologia Titulus condemnandus; aliundè ſat multa ſe ſe offerunt in ejuſmodi gradibus conſiderenda quæ multò plus damni quam vtilitatis Religioni afferre videntur. Sed antequam ea adducam, conſideretis velim, quod non tam ex meo quam ex aliorum, imò & ex communi huiuſce temporis ſenſu locuturus ſim, idque abſque vllius perſonæ particularis injuria vel offenſa.

9. Abſit vt venerandum in Eccleſia Doctoris nomen vlla macula notare prætendam; abſit vt quaſlibet perſonas hoc titulo decoratas vanitatis & ambitionis arguere velim; Abſit vt credam pleroſque qui Doctoris titulum aſſumunt, id potiſſimum ſpectare quando Scholæ Lycæum ingrediuntur, quem Licentiam vocant, vt ſibi liceat ſe à pleriſque vitæ Monaſticæ exercitiis eximere, ſiue quæ ſpectant paupertatem, ſiue obedientiam, ſiue vitæ auſteritatem: ſcio enim plures è noſtris Magiſtros in Theologia renũtiatos eſſe qui ſanctitate non minùs quam Doctrina pridem floruerũt in Eccleſia. Plures etiam hac noſtra ætate tam ex Prouincia noſtra quam ex aliis ad gradus illos euectos vidimus, qui ſiue Regularitatis obſeruantia, ſiue humilitatis & fraternæ charitatis actibus, ſiue zelo Religionis aliis prælucent mirificè: verùm vbi pauca ſuppetunt in gratiam Magiſterij iſtius benè adminiſtrati exempla; infinita propemodum afferri poſſunt in oppoſitum: vnde fit vt licere mihi debeat eorum occaſione exponere quæ aduerſus eos communiter obiiciuntur: quod ita tamen facere aggredior, vt quæ in eorum defenſionem dici poſſunt non omittam, in quantum ea mihi comperta eſſe contigerit.

10. Vt igitur non niſi raro Magiſterium & faſtum, Magiſtri in Theologia nomen, & nimiam morum licentiam

licentiã ſeparari poſſe compertũ eſt, aut ſaltem nonniſi cuiuſdam inſignis virtutis beneficio id fieri poſſe, illud in primis obiicicitur quòd veræ humilitatis propriæque abiectionis ſtatui, in quo ſolidum & neceſſarium Reformationis fundamentum conſiſtit, repugnare videtur. Et verò quandò ipſæmet perſonæ quæ gradus aſſumunt, iis vti poſſent abſque elatione animi; qua ratione incitari poſſunt iuniores Religioſi ad humilitatis ſtudium conſectandum, ad infimum inter Fratres locum occupandũ, ingeniique dotes cum oſtentatione non patefaciendas, cùm nedum Prælatos ſuos, ſed quoſlibet alios conatum omnem adhibere viderint, vt illos honoris titulos conſequantur? Cui dubium eſt iuuenes illos eundem illum ab iis eò facilius ſpiritum hauſuros, & ad illos honoris gradus eò ardentius ſe promoueri curaturos, quó blandientis ſibi naturæ propenſionibus non parum arrident, exploratumque habebũt eo prætextu à pleriſque Regularibus Obſeruantiis eodem titulo, & ex aliorum conſuetudine ſe fore ſolutos.

11. Vt verò magis appareat quantùm Religioſæ perfectioni ac veræ inſtitutorum Monaſticorum obſeruantiæ noceant graduum inſignia; breuiter hìc annotare placet præcipua prærogatiuarum capita quæ ab antiquo conceſſa ſunt graduatis, ſicut ea ex diuerſis ſtatutis collegi. Primò igitur, quantùm ad eorum exemptionem ab aſſiſtentia chori, ſufficit hìc referre verba hæc quæ in Cõſtitutionibus generalibus Ordinis Anno 1625. in lucem editis authoritate R. P. Gregorij Canalis Veneti hac occaſione inſerta ſunt. *Quia graduatorum numerus, priuilegiatorumque abuſus adeò excreuit, vt Eccleſia ſuo debito defraudetur ſeruitio, &c.* Secundò, in Tabella communi ad Officia per Hebdomadam à ſingulis peragenda, vt fieri ſolet, eos aſſignare nefas, & quiſque ex eis manet liber ad celebrandam Miſſam quandò ſibi placet.

Tertiò, Magiſtris Bacchalaureis & actu legentibus habere licitum ad ſuam pacem, ſocios Religioſos qui ſibi inſeruiant. Quartò, Doctoribus ſeu Magiſtris formatis licet etiam habere famulum ſæcularem ſcilicet, aut ſaltem Laicum, ad expenſas Conuentus vbi ſtabunt, quoad victum & non vltra. Vnde ſequitur licitum quoque fuiſſe ipſis habere loculos, quibus de aliis famulis iſtis neceſſariis prouideant. Equidem per Conſtitutiones anni 1625. non licet ipſis habere famulum niſi extra Conuentum; ſed fortaſſe circunſtãtia iſta auget potius priuilegium quam minuit, eſtque etiã obnoxia multis magnis incommodis Religioni valde noxiis. Quintò, loci præcedentiam habent ſuper omnes etiam officiarios Conuentus Priori inferiores. Sextò, locum & vocem obtinent in Capitulis Prouincialibus.

12. Prætereà ius ſaltem ex conſuetudine ſibi acquiſitum eſſe prætendunt ad habendum cubiculum magis commodum, librorum quorumpiam retentionem in cubiculo ac vſum; immò & priuatæ plerúmque pecuniæ ſi non poſſeſſionem abſolutam, ſaltem liberam & ordinariam diſpoſitionem: ita vt non tantùm ad guſtum ſuum de deſideratis, ſed & de ſuperfluis nihil ſibi deeſſe patiantur. Liberam prætereà ſibi vendicant facultatem ſæpius egrediendi & redeundi in Conuentum vt ſibi placet, ſtationes & alias occupationes procurandi, Amicos viſitandi & liberè conuerſandi cum eis; vno verbo quodlibet faciendi, rati nihil ſibi à ſuperioribus ob ſuos titulos, præſumptaue merita denegandum.

13. Hæc igitur & ſimilia, vt Religioſam obſeruantiam oppugnare & funditus euertere certum eſt; ita Reformationis inſtitutum, in quo eiuſmodi prauitatum Origo, nempe promotio ad gradus reperietur, conſeruari immò nec diù ſubſiſtere poſſibile eſt.

14. Sed ad iſta primò dici poteſt, quod etſi alias præ-

Digitized by Google

dicti & forſan alij ab aliquibus dumtaxat ex ijs qui huiuſmodi gradus ſuſcipiunt, abuſus admiſſi fuerint; non tamen ab omnibus, vt ſatis conſtat ex dictis: vnde vitiũ non conſiſtit in gradibus, ſed in perſonis priuatis: proptereàq; ſicut huiuſmodi abuſus à nobis procul amandandus eſt; ita legitimus graduum vſus retinendus. Et verò conſtat ex memoratis anni 1625. generalibus Ordinis Conſtitutionibus nihil è recenſitis Doctorum prerogatiuis ſubſiſtere præter graduati titulum, loci præcedentiã, & aſſiſtentiam in Capitulo Prouinciali cum voce & loco, quæ tria nulli non tantum non nocere, ſed ad Religionis bonum & decus conferre videntur. Verùm circà iſta pariter multa occurrunt conſideranda, vt clarè appareat quid in eis ſubſit vtilitatis, vel incommodi quoad obſeruantiam Regularem, de cuius firmitate ac ſtabilitate per Reformationem inſtituenda hic agitur.

15. Quantùm ad Magiſtri appellationem in qu plures adeò ſibi complacent, vt grauiter ſe offendi arbitrentur ab iis qui alio nomine eos vocitant; mirum eſt quod viri adeò graues appellationis iſtius ſint tam auidi quæ nihil ponit in re, ſed ad ſummum ſupponit gradum Doctrinæ in perſona inſignem quæ non eſt plerumque quàm valde mediocris, & multò inferior ea quæ elucet in aliis nomen illud non poſſidentibus. Certè hoc longè videtur recedere ab illo antiquorum ſapientum ſenſu nempe ſatagendum cuique *eſſe & non videri.* Immò id propiùs quamquam non omninò, accedere videtur ad faſtum Phariſaïcum, tam ſeuere à Chriſto condemnatum dùm prohibuit expreſsè eos vocari Rabi & Magiſtri. Et verò magis dedecet eos vti appellatione Doctoris & Magiſtri, qui alios nunquam docuerunt, nec vllorum fuerunt Magiſtri, quandò contingit eos verſari cum magno Religioſorum numero inter Reformatos, qui licet ob excellentem doctrinæ gra-

ctum quo gaudent, & ex Officio Magiſtri & Doctoris, quo laudabiliter per plures annos functi ſunt, appellationes illas legitimè mereantur, nuſquam tamen iis ſe vocari permittũt: vnde eò maiori honore & æſtimatione digni ſunt, quò inanem illam & leuem Magiſterii gloriolam, ſi ita loqui fas eſt, contemnunt.

16. Quod ſpectat præcedentiæ prærogatiuam quam pariter graduati ſibi ſtudioſè conſeruandam eſſe exiſtimant; mirum etiam eſt quòd cùm inde maximũ ſibi honorem obuenire credant, non niſi aliorum odium & & contemptum conſequantur. Cum enim plerumque eueniat vt graduati illi ſatis ſint iuuenes, nec vllis adhuc forſan Religionis officijs, maximè verò Prioris & ſupprioris potiti ſint; accidit etiam frequenter, vt non tantùm perſonas ſenio & meritis ſpectabiles, ſed & eos qui Priores eorum fuerunt, præcedant, & alios qui etiam Doctrinâ ipſis ſæpè præcellũt. Vndè licet ex virtute & prudentia diſſimulent moleſtiam quam inde patiuntur; extat perpetuò inuidiæ, odii & diſcordiæ ſeminarium quod frequenter in contentiones & lites erumpit.

17. Quod attinet graduatorum in Capitulo Prouinciali aſſiſtentiam, quæ eſt altera ipſis ſuperſtes prærogatiua, certè non ſatis apparet quam ob cauſam ibi locum & vocem obtineant præcisè ex gradibus, cùm eo fine maximè celebrentur Comitia Prouincialia, vt Superiores reddant rationẽ tùm ſalutis animarum ſibi creditarum, tùm adminiſtrationis bonorum temporalium ſingulorum Conuentuum quorum curam habuerunt. Cũ ergo officiis illis prępoſiti non fuerint Graduati illi, vt ſupponitur; datur locus exiſtimandi illuc eos accedere vt officiis quæ ibi de nouo diſtribuenda ſunt, participent (quod ſuperbiam ſapit) aut ſaltem ſuffragiis ſuis faueant ad promouendos ad illa, quos ſibi magis fauere confidunt, atque votis ſuis obſecundare, quod priua-

tum ſui amorem magis quam Religionis zelum redolet. Sed & iuris iſtius eò minor habenda videtur ratio à graduatis, quò vt meritis ſpecialiter præ aliis abundare conſueuerunt; ferè ſemper vel ex officijs quæ occupant in Prouincia & Conuentibus ſi ſat probi ſunt, vel aliquo alio honoris titulo Capitulo Prouinciali intereſſe debebunt, abſque vllo aliorum offendiculo, aut titulo minus grato & accepto.

18. Quòd ſi vrgeas ſtante abrogatione vniuerſali, harum trium prærogatiuarum, ſicut & cæterarum omnium graduatis hactenus conceſſarum lata in Conſtitutionibus Reformationis cum circunſtantijs ibi appoſitis, nullum ſubeſſe periculum, vt etiam Reformati promoueantur ad gradus; Reſpondetur quod præterquam ijſdem in ſtatutis relinquitur libertas Prouinciis vtendi gradibus, vſuſque ille quamuis non communis in Prouincijs, adhæret iſtis tribus vltimis circunſtantiis in aliquibus, & fortaſſe non ſine experimento incommodorum quæ ſupra allegauimus; certum mihi videtur quòd etiamſi poſſibile eſſet reuocationem illam ad praxim redigere iuxta tenorem ſtatutorum Reformationis, qua de re dubitandum eſt valdè, haud quaquam diù vigere poteſt. Cum enim ea leniter blandiantur naturæ ob innatam in ſua commoda propenſionem; multùm erit facilis ad priſtinas libertates reditus, nullique dubium eſſe debet quin titulo & numero Doctorum perſeuerantibus, viam ſuam reſumant priuilegia, & antiquus eorum vſus redeat in Ordine, eóque facilius quò variis artibus adeſſe ſtudebunt Capitulis Prouincialibus, quibus iura ſua, boni melioris prætextu, proponent, nec deerunt qui eorum partibus adhæreant, & ſufficienti tandem authoritate valebunt vt optata conſequantur.

19. Id etiam faciliùs continget, ſi, quod vt pluri-

mùm fit, ij qui dictis gradibus ornati ſunt, ad Ordinis dignitates aſſumantur. Enim verò cùm ſe ab officiis certo tempore & neceſſariò, hoc eſt, poſt ſexennium abſoluendos eſſe præuideant, omnibus neruis contendent vt priuilegiorum vſus reuiuiſcat, ad hoc vt cùm officiis perfuncti fuerint, honoratiore loco & nomine habeantur, vitæque paulò licentioris facultate potiantur.

20. Alia accedit ratio non minus graui conſideratione digna, nempè quòd ſi huic licentiæ in Prouinciis Reformatis pateat aditus, vt frequenter gaudent ſat magno Religioſorum numero, quorum plerique notabilem in ſtudiis progreſſum facere conſueuerunt, graduatorum numerus quaſi in infinitum excreſcet cum æquali iure licitum eſſe debeat iis qui in Doctrina capaces fuerint, ad gradus aſpirare & eos via ordinaria conſequi: alioquî murmuri, querimoniæ & contentionibus dabitur locus; vnde grauiſſima Religioni obuenient mala. Eueniet ſaltem, vt qui ſtudiis felicius incumbent, & aliis ingenio præcellent, naturali quadam vanitate efferantur, gradus illos qui doctrinæ inſignia ſunt, acriter perſequantur, totiſque viribus enitantur amicorum ſuorum, & ſuperiorum etiam emendicato fauore, vt ad dictos gradus aſcendendi ſibi facultas concedatur.

21. Si igitur hoc liceat omnibus propter iam dictas rationes, certiſſimæ confuſioni ac ineuitabili ruinæ Reformationis omnis inſtitutum exponitur. Si verò quibuſdam, vt deceret, id denegatum fuerit, & aliis vel fauore vel per delectum, conceſſum; tunc præuiis negotiationibus, confœderationibus, colligationibus, conſpirationibus, inuidiis, diſſidiis, innumeriſque perturbationibus latæ patebunt fores, quibus miſerandum in modum fratrum concordia dilacerabitur. Vnuſquiſ-

Digitized by Google

que variis artibus aliorum gratiam & amicitiam aucupare conabitur, multáque fortaſſe profeſſionis Religioſæ ſanctitate indigna perpetrabit contra bonum & honorem Religionis: hincque turpiſſima iuuentutis corruptio, & totius inde Religionis euerſio ſubſequetur.

22. Quinta nec minus ponderanda ratio ſubſequitur inde petita, quòd præter æmulationem quæ oriretur inter Religioſos qui ad eoſdē gradus aſpirant, exurgent quoque ſchiſmata, & odia inter ſimpliciores Religioſos, & graduum honore decoratos, niſi, quod valde rarum eſt, illi haud vulgari præditi ſint virtute, ſuiſque cōmodis emortui, vel certè adeò omni ſcientiâ deſtituti vt nihil ſit vndè putēt ſe in aliqua æſtimatione habēdos eſſe: aut ita ſtolidi vt quidquid agatur nihil eos moueat quod rarius adhuc contingit: ignorantes enim & ſtolidi ſæpius in honeſtiſſimos ac modeſtiſſimos inſurgunt.

23. Id tantò facilius credendum eſt euenturum, quantò certius eſt ex Apoſtolo ſcientiam inflare. Inde enim fiet vt gradibus inſigniti inflationem illam contrahentes, non graduatos aſpernentur, voluntatis ſuæ iugo ſubijciant, atque in quandam ſeruitutis ſpeciem redigant, pluraque Religionis onera excutiant, vt iſtorum humeris imponant, vrgeant ipſos ad opera quæ nec digito velint attingere, zelum obſeruantiæ Regularis præ ſe ferant, nec niſi ſuis priuatis commodis ſtudeant. Inde murmurationes paruulorum, inde fratrum moleſtiæ, inde ſimplicium aduerſus Doctores colligationes, horumque aduerſus illos fædera; inde in communitatibus lites, contentiones ſcandala, inde denique certiſſima Religioſæ pacis ac tranquillitatis ruina.

24. Hæc ſunt quæ ex promotionibus tam intrà quàm extra ordinem factis naſcuntur incommoda; ſed & alia ſunt ſpecialia, & quidem grauiſſima quæ ex graduum in externis Academiis aſſumptione oriri certiſſimum

eſt. Inter quæ illud primò enumerandum venit quòd eiuſmodi promotiones publicis in Academiis factæ anſam præbeant violandi diuerſis modis voti paupertatis, diuagandi frequenter, & diſciplinæ regularis obſeruantiam in pluribus infringendi neceſſitatem quandam inducant, qua de re hoc vnũ afferre ſufficiat argumentum.

25. Exploratum eſt omnibus quód vt quis ad Doctoris gradum promoueatur in Academia Pariſienſi, verbi gratia, neceſſariò mille circiter librarum vltra penſiones annuas per ſeptem aut octo annos ſoluendas, ſumptus eſſe faciendos; vnde conſectarium eſt Prouinciam quæ Religioſos ſuos ad illos gradus Pariſijs conſequendos promouere voluerit, debere illos ſumptus pro vnoquoque ſuppeditare, adeóque vt tres, verbi gratia, promoueantur, iuxta deſignatum Carmelitis numerum & recurrentem licentiarum ordinem, expendendæ erunt tres mille libræ: quod & pariter de promotione Regularium noſtrorum in aliis Accademiis proportione ſeruata iudicandum eſt.

26. At rogo, vnde tanta pecuniæ ſumma ſuppeditabitur. Primò certum eſt vix alias à noſtra Turonenſi Prouincias communes pecunias habere; & ſi quæ eis gaudent, valde modicæ ſunt & eæ aliis magiſque vrgentibus Prouinciæ neceſſitatibus applicandæ: neque hactenus vlla apparuit diſpoſitio in Prouinciis ad cogendam ex diuerſis communitatibus tam notabilem pecuniæ ſummam ſuis decorandis Religioſis inſumendam.

27. Supereſt igitur vt vel illi ſoli à Prouinciis promouendi ſint ad gradus, quibus à parentibus & amicis illa pecuniæ ſumma ſuppeditetur, licet fortaſſe virtute & ſcientiâ pluribus aliis ſint inferiores: aut certè Religioſi promouendi dictam pecuniam ſua induſtria comparare tenebuntur, vnde inſuper duo mala non parua

oriri

oriri neceſſe eſt. Alterum, quòd id non ſint facturi niſi frequenti & ſæpe importuna parentum & amicorum viſitatione, crebris diuagationibus, multiſque diuerſis in locis habitis concionibus, quæ maiorem melioremque tẽporis partem cum ſtudiorũ vitæque Regularis iactura poſtulabunt. Alterum, quòd fortè pecuniam illam clanculum ex bonis Couuentualibus extrahere cogentur multis forſan viis & mediis ad furti & ſacrilegii crimen accedẽtibus. Et licet talis agendi modus ſalua cõſcientia teneri non poſſit, tamen interioris conſcientiæ ſtimulos conquiſitis vndique fucatis rationibus obtundere conabuntur, ſpretis quæ hanc ob cauſam contra afferri poſſunt rationibus.

28. Supereſt alia & quidem grauis difficultas circa delectum eorum qui mittendi ſunt ex Prouinciis ad ſtudium Pariſienſe, ad effectum eos promouendi ad gradus Theologicæ facultatis, vt ſeſe offerre poteſt occaſio: quos proinde virtute magis perfectos eſſe conuenit, ingenii quoque acumine, & iudicii maturitate multum pollere, vt ritè vacare poſſint ſtudiis tam pro ſua propria vtilitate, quam pro honore ſuæ Prouinciæ.

29. Quanti vero id interſit ex eo diiudicandum eſt, quod per duos annos Philoſophiæ curſum perficere debent in Collegio Pariſienſi Maubertino, vt Magiſtri Artium lauream conſequantur; tùm tribus annis ſequentibus vacare debent ibi ſtudio Theologiæ: tùm poſt aſſumptum Bacchalaureatus gradum ab iis qui licentiam & capacitatem ad id requiſitam habuerint, recedere debent omnes in ſuas Prouincias, & ibi manere donec accedat ttempus quo iuxta inſtitutũ inter Galliæ Prouincias ordinem pro aſſumendis gradibus Licentiæ, vt vocant, Lycæum ingredi debeant, qua per duos annos durante diuerſos actus obire tenentur: quibus ritè abſolutis, ſi licentiati titulum obtineant, ad huc expe-

ctare debent tempuſopportunũ pro conſequenda Laurea Doctorali : poſtea verò ſecundi Regentis in Theologia ibi fungi debet officio qui primo loco renuntiatus fuit Doctor inter eos qui in eadem Licentia eundem gradum obtinuerunt : quibus in exercitiis nouem aut ſaltem octo anni inſumendi ſunt.

30. Iis addendũ, quòd cùm certiſſimum ſit ex ſtudiis fere ſemper oriri ſat magnam virtutis conſectandæ incuriam, & negligentiam in obſeruantia Regulari: aliunde etiam ex loco ipſo, hoc eſt Collegio Pariſienſi, frequentes occurrere & opportunas occaſiones diſſipationis; ex multis etiam aliis circunſtantiis inſtant pericula facilè declinandi à vero Reformationis tramite; vix poſſibile eſt vt qui ex Reformatis morari debent per tot annos in Conuentu Pariſienſi, maximam non patiantur virtutis ſuæ iacturam, non obſtante vigilantia Superiorum, & Directorum qui ibi conſtituti ſunt ad eos exactè cõtinendos in obſeruãtia Regulari: & licet non omninò recedant à Reformatione, adeò aberrabũt ab eius ſemivt vix vnquam reducendi ſint ad rectam & priſtinam Reformationis quam profeſſi ſunt obſeruantiam. Immò potius etiam continget, vt alios Comprouinciales ſuos, ad quos redeunt, ſuis malis exemplis inficiant, & corrumpant, quàm ipſi per eorum imitationem ad optimam frugem redeant.

31. Aliud verò non occurrit remedium tot tantiſque malis magis opportunum, quam vt fiat delectus optimorum ex profeſſis qui in virtute magis benè fundati & radicati videbuntur : ſed quia cùm breui poſt ſuam profeſſionem eligendi ſint & illuc mittendi, quando necdum adfuit tempus & occaſio eos ritè probandi, & vt ſunt iuuenes non niſi debilem & adhuc puerilem, vt ita loquar, aſſequi potuerunt virtutem : quia etiam aliundè expedit vt non mittantur Pariſios niſi qui ingenii doti-

Digitized by Google

bus optimè prædit ſint; quæ talenta rarò eſt reperire cum virtute coniuncta; ideò quantacumque præcautio adhibeatur in eis ſeligendis, non niſi rariſſimè continget vt cum deſiderata ſatisfactione ijs in ſtudijs verſentur. Vndique igitur pericula, vn̄dique ſyrtes.

CAP. XXVI.

Quid hac in re tandem ſentiendum & Aptius Faciendum.

1. VT liberũ cuique circa duas præcedentes opiniones relinquo iudicium, ita licere mihi exiſtimo mentem meam de iis aperire: quod ita me effecturum propono, vt duas illas licet ſatis oppoſitas ſententias aliquo modo conciliare videar, & ſatis iuſtum inter duo illa extrema temperamentum præbere.

2. Exiſtimo igitur in primis quòd ſicut ante Reformationis inſtitutionem, melius erat ipſum quàm non ipſum; ita modò melius eſt non ipſum quā ipſum: hoc eſt, ſicut præteritis temporibus melius fuit aſſumere gradus Theologicos in Ordine quàm non aſſumere; Ita modò ſatius eſt ab iis abſtinere, quàm iis vti in Reformatione. Huius verò ſenſus mei ratio repetenda eſt ex varijs ratiocinationibus quas in duobus præcedentibus capitulis fuſè ſatis expoſui, nec vllus de me iuſtè conquerendi locus vlli relinquitur, qui iuſtum ad pondus allatas vtrinque rationes trutinare ſtudui.

3. Vt igitur gradus non reprobo, ſed nec omnino approbo; non reijcio, ſed nec abſolutè admitto; eorum apud nos vſum in hoc tempore a ſola neceſſitate pendere debere exiſtimo, & conſequenter illam modò ne-

ceſſitatem exiſtere arbitror in locis in quibus agitur de conſeruatione iurium aliquorum ſatis notabilium quæ tàm Ordinis bonum commune, quàm Monaſteriorum quorumdam decus, & ornamentum particulare ſpectāt: qualia ſunt ius quod competit Ordini vt ex Religioſis qui ſtudia ſua perficiunt in Conuentu maiori Pariſienſi tres aſſumantur qui in ſingulis licentiis laurea Doctorali inſigniantur in facultate Theologica Accademiæ Parienſis, gaudeantque gratiis & priuilegiis quæ cæteris Doctoribus eiuſdem facultatis competunt.

4. Aliud vero ius neceſſariò conſeruandum, ſpectat Conuentus aliquos noſtri Ordinis, qui ab antiquo munus habent docendi publicè Theologiam in aliqua vniuerſitate, ſuntque propterea non tantum membra eiuſdem facultatis, ſed ex præcipuis eius officiariis, quibus incumbit ius docendi, & occupandi vnam ex eius Cathedris. Quale ius competit Patribus noſtris Cadurcenſibus, Tholoſanis, & Burdigalenſibus in Gallia, aliiſque nonnullis in aliis Ciuitatibus & Prouincis: quæ certè iura nullus eſt, vt opinor, qui non cenſeat eſſe conſeruanda, & qua fieri poteſt dignitate ſuſtinenda.

5. Quòd verò neceſſitas conſeruandi iura illa iam ſpectet ad Reformatos ſatis per ſe euidens eſt. Cum enim Alumni Conuentus maioris Pariſienſis iam reducti ſint ad duodecim qui inpoſterum profeſſionē emiſſuri ſunt in eo, ordinatumque ſit à Reuerendiſſimo P. noſtro Generali Hieronymo Ari, quod Conuentus ille adminiſtrabitur deinceps ab Officiariis ſingulis ex Galliæ Prouinciis aſſumptis, quibus etiam officia omnia tradentur per turnum gerenda; & præterea quòd ſingulæ Prouinciæ mittere tenentur certum Iuuenum ſuorum profeſſorum numerum in dictum Conuentum Pariſienſem ad effectum perficiendi ſtudia ſua Philoſophica, & Theologica, & poſteà gradus aſſumendi etiam per Tur-

num: aliunde etiam non alios quàm Reformatos mittere teneantur Prouinciæ, ſiue ad gerenda Conuentus officia, ſiue ad vacãdum ſtudiis, euidens eſt ab iis etiam & non aliis gradus eſſe neceſſariò aſſumendos.

6. Quòd ſpectat etiam iura ſupra dicta Conuentuum ſupra memoratorum, vt incumbit ipſis onus docendi publicè ex Cathedra; ita neceſſariò ij qui ad hoc munus ſunt deputati debent prius aſſumere gradum Doctoris quod docendo obeunt de facto: idque omninò neceſſarium eſt, vt eiuſdem Doctoratus inſignia tradere valeant cæteris omnibus qui ad eum aſpirant: nemo enim dat quod non habet. Prætereà verò cum nedum tres illi Conuentus Prouinciarũ Aquitaniæ, Vaſconiæ, & Tholoſæ; ſed & cæteri alij qui ab iis dependent ſint reformati; Reſtat vt ad eos etiam ſolos ſpectet onus Doctoratus lauream iis in ciuitatum illarum facultatibus aſſumendi, & tanquam Magiſtri formati publicè docendi ex Cathedra.

7. His igitur ſuppoſitis tanquam certis, reſtat, quod præcipuum eſt, vt oſtendamus quomodò incommoda quę ſupra notauimus & mõſtrauimus neceſſario ſequenda eſſe ex aſſumptione graduum, euitari poſſint, & quî fieri poteſt vt nullum inde detrimẽtum Reformatio patiatur: quod & præſtare ſpero ſubſequentium Regularum inſtitutione, ſeu propoſitione.

8. Prima ſit, quod ii tantum, & non plures promouendi ſunt ad gradus, quàm qui neceſſarij ſunt ad conſeruanda iura ſupradicta, ;& ad occupanda loca Ordini noſtri attributa in cõuentib⁹ & Accademiis memoratis. Ita tamen, vt ad ſupplendũ locum eius qui vel morte vel caſu aliquo ſeu officio ſuperueniente commiſſum ſibi munus Regentis implere non poſſet, alius aut alter gradibus pariter inſignitus maneat, ad hoc præparatus in quolibet loco ex iis, in quibus ſunt Accademiæ parti-

culares, quæ cum quatuor tantum memoratæ in noſtra Gallia, quod ſciam, exiſtant in quatuor diuerſis Prouinciis; nullum timendum eſt incommodum ex multiplicatione vnius aut alterius Doctoris in ſingulis illis Prouinciis & Accademiis.

9. Secunda Regula ſit, vt quæ merces Magiſtris illis, ſeu Doctoribus addicta eſt, ſiue ratione gradus quod ibi poſſident, ſiue ratione officij Regentis ſeu Cathedræ ſibi conceſſæ ad docendum publicè, tradatur in integrum Procuratori Conuentus, & ſicut cętera monaſterii bona temporalia ad communem vtilitatem cedat, ne minima quidem parte detracta, vel retenta ab eo cuius intuitu ſoluitur, idque ſub pœna proprietariorum.

10. Tertia Regula, ne publici illi Profeſſores extra Iuridicos facultatis ſuæ actus, cæteris fratribus præeant gradus ſeu Officij ſui titulo, ſed debitum dumtaxat Profeſſionis ſuæ ordini locũ ſeu officio alicui Monaſtico quod ab eis occupari contigeret. Aliiſque etiam circunſtãtiis & præcautionibus adhibitis, quæ præſcriptæ ſunt in ſtatutis, niſi cõformiter ad illa alias eſſet admiſſa praxis & probata à Reformatis in aliqua prouincia.

11. Iam verò quòd ſpectat Conuentum ſeu Collegium Pariſienſe ſingulariter & paulo accuratius inſpiciendum: quia inde multa & maxima incommoda obuenire poſſunt, quibus obuiam ire neceſſum eſt.

12. Primò igitur ſtante Decreto Reuerendiſſimi P. Generalis, & Conuentus Pariſienſis neceſſitate vrgente ob præſentem ad quem redactus eſt ſtatum, cùm mittendi ſint ex Prouinciis Iuuẽnes ad ſtudia ſua ibi perficienda, ſinguliſque bienniis incipi debeat curſus Philoſophicus; maturè præuidere debent Prouinciæ Superiores, & attentè obſeruare iuuenes profeſſos vt ex eorum moribus, atque ingenij dotibus quas aduerterint, fiat ſelectus duorum ex eis quos ad ſtudia magis aptos iudi-

cauerint, & de quorum profectu ſpirituali, ac in perfectionis tramite firmitate ſpes maior affulſerit.

13. Selectus ille pendere debet maximè, à Priore, Supperiore, Patre Magiſtro Nouitiorum, & Directore Seminarij in quo iuniores Profeſſi detinentur: tum habito ab eis conſilio, R. P. Prouincialis vel ſua priuata Authoritate, vel etiam de iudicio & aſſenſu Definitorum, ſi ita videbitur, duos ex eis nominabit qui mittantur Pariſios, ad curſum Philoſophicum proximè incipiendum. Cauere autem debent ſummoperè omnes illi iudices, & ſuffragatores, ne quemquam ex illis iuuenibus ad illud ſtudium deſtinent, alio quam iuſtitiæ & meriti perſonalis intuitu: non fauore aut rei cuiuſpiam externæ conſideratione, quæ ad maius bonum Religionis non tendat, vt verbi gratia, ob parentum vel amicorum ad quos ſpectant conſiderationem; aut etiam quia fortaſſe continget eos offerre pecunias quæ ſiuè ad penſionẽ eorum, ſiuè ad alias plures expenſas faciendas Pariſiis in curſu ſtudiorum neceſſariæ ſunt. Si enim vel ſemel Prouinciæ Rectores ex motiuo parcimoniæ, & expenſarum euitandarum conſentiant, vt quorum parentes eas facere ſe offerent pro filiis ſuis, ij & non alij mittantur ad ſtudium Pariſienſe; frequenter accidet, ſi non ſemper, vt neque magis apti ad ſcientias, neque magis in virtute perfecti aliis præferantur, & quidem magno cum dedecore & damno Prouinciæ.

14. Si verò aliquando, vt fieri poteſt, quidam parentes, amici, vel benefactores eorum qui cum æquè apti ſint, vel etiam magis digni quam alij Pariſios eſſent mittendi, ſtatuerent ac promitterent ſe tradituros pecunias iis ſuſtentandis ac de omnibus ſibi neceſſariis prouidendis; non alio modo mihi acceptanda videtur eiuſmodi promiſſio, quam ea conditione, vt tradant pecunias procuratori Scindico Prouinciæ, qui de mandato,

& ordine R. P. Prouincialis eas tranſmittet ad Scindicum Conuentus Pariſienſis inſtitutum ad habendam curam rerum externarum ad ſtudentes pertinentium.

15. Qui ſtrenuè ſe geſſerint in curſu Philoſophico, dignique fuerint reperti qui Magiſterij Artium palmam conſequantur, eâ habita promoueantur ibi ad ſtudia Theologiæ per tres conſequentes annos, quibus ſi ritè cum honore incubuerint, liceat ipſis Bacchalaureatum aſſumere, ſeruatis aliundè ſeruandis, & ſtatim poſteà recedere teneantur in ſuam Prouinciam vt moris eſt, donec recurrat per Turnum tempus cuilibet Prouinciæ deſtinatum ad intrandum in Lycæum licentiæ quam vocant, & expleto biennio, ad aſſumendum licentiati & Doctoris gradum.

16. Si qui verò ex miſſis è Prouinciia ad ſtudia Pariſina Philoſophica & Theologica; durante vtroque curſu, viſi ſint nihil aut parum proficere, vel minùs Religiosè ſe gerere, vnde periculum ſit euidens quòd euadere debeant peiores, & à vero Reformationis tramite recedere; vbi hoc reſciuerint Prouinciæ Superiores ab iis qui vacant eorum regimini in Conuentu Pariſienſi, non tantùm non debebunt negligere talem monitionem, aut diù nimis differre ei parere; ſed ſtatim vrgere debebunt omnes Superiores ad quos ſpectabit, vt eos remittant in ſuas Prouincias: qui etiam Superiores pro ſua æquitate, ac zelo in procuranda animarum ſalute, & Reformatione fouenda ſtatim prouidebunt, vt ſperare fas eſt, nec variis & plerumque mendacibus rationibus, in contrarium præueniri ſe permittent.

17. Hoc pacto non plures quam ſex ordinariè ex qualibet Prouincia aderunt iu Conuentu Pariſienſi ſtudentes, cum intrà quinque annos, poſt finita ſtudia Theologia omnes recedere debeant in ſuas Prouincia: ſicque nec Prouinciæ ex nimio abſentium numero grauè ſentient

ſentient incommodum, nec Conuentus Pariſienſis grauabitur.

18. Cùm fieri non poſſit vt iuuenes Religioſi ad ſtudia Pariſina miſſi, poſtquam ibi per quinque annos continuos manſerint, multum de priſtino deuotionis ſuæ feruore non perdiderint, atque ab exacta vitæ Regularis obſeruantia, ſi non omninò, ſaltem plurimum receſſerint; applicentur per annum, aut ſaltem per ſex menſes exercitiis vitæ Regularis, Recollectioni internæ, ſtatim vacantes exercitio decem dierum, actibus etiam mortificationis ac humilitatis præcipuè incumbant, quò ad ſe reuerſi veterem ſeu potius præcedentem deponant veteris hominis conuerſationem, & nouam induentes, in nouitate quoque vitæ ambulent, & in veræ Reformationis quam profeſſi ſunt praxi progrediantur.

19. Sicut nulli ſunt promouendi ad Bacchalaureatum niſi qui in virtute ac in ſcientiis præcellere viſi ſunt; ita ex Bacchalaureis promouendi ſunt tantùm ad Doctoratum qui vera virtute præditi, perfectionis ſuæ internæ ſtudioſi, & Regularis diſciplinę zelo accenſi ſunt. Vnde cùm tres tantùm ex Conuentu Pariſienſi admitti ſoleant à facultate Theologica Pariſienſi in ſingulis Licentiis qui Doctoris gradus aſſumant, idque deinceps faciendum eſſe per Turnum ex ſingulis Prouinciis decretũ ſit; quando Turni ad Prouinciam ſpectantis tempus aduenerit, tenebitur Prouincialis ex omnibus Bacchalaureis qui tunc erũt in Prouincia, tres eligere cum Definitoribus ſuis per ſuffragia ſecreta, tuncque obſeruare debebunt diligenter, tùm quæ præſcripta ſunt in ſtatutis hac de re, tùm quæ ſupra diximus de ſelectu mittendorũ ad Philoſophica ſtudia in eodem Conuentu Pariſienſi, & ſi contingat aliquos aliis præcellere in ſcientiis, qui aliis ſint inferiores in virtute & obſeruan-

tia vitæ Regularis,modò ea capacitate ſint prædîti quæ neceſſaria eſt vt abſque dedecore perſonæ ſuæ & Religionis, actus facultatis obire poſſint, aliis præferendos eſſe cenſendum eſt.

20. Ex hoc trium tantùm numero ad gradum Doctoratus in Accademia Pariſienſi promouendorum è noſtris, patet euidenter nullum timendum eſſe damnum in qualibet Prouincia; nam cùm ſeptem ſint tantùm in Gallia antiquæ Ordinis Prouinciæ, quibus ſi annumerari debetConuentus maior Pariſienſis,octauum locum tenebit; inde euidenter conſequitur tres tantùm ex vnaquaque Prouincia intra ſpatium ſexdecim aut quatuordecim annorum ad Doctoratus gradum eſſe promouendos, ex quo numero, vt potè exiguo, non eſt quòd timeatur grauè incommodum Prouinciis inde obueniendum.

21. Inſtabit fortè quiſpiam ex paucis etiam iſtis ſat magna experturam eſſe Prouinciam incommoda, & primò quidem ob quaſi innatum ſcientiis faſtum quem nedum deponere, ſed non poterunt non augere: tum etiam ob mores ſatis longo vſu cõtractos, non tantùm à ſimplicitate,ſed & ab obſeruãtia religioſa ſatis alienos? At præterquam quòd idem ſentiendum eſſet & timendum de omnibus aliis apud nos ſtudentibus, maximè quando aliis præcellunt, vnde tamen hactenus nullum adeò graue damnum accidit, cui remedium non ſit additum; ſi quæ præſcripta ſunt in ſtatutis, & ſupra à nobis propoſita fideliter obſeruentur, nihil de iſtis periculi occurret, ſaltem ex Doctrina per ſe, ſeu Doctoris qualitate, ſed ex aliquo accidente; cui etiam remedium afferri poteſt & debet meo iudicio ſatis efficax, ſi ſtatim ac redierint Doctorati in Prouincias, Recollectioni vacare teneantur, & vitæ Regularis Ordini inſiſtere, nec vllis officiis præficiantur, antequam veræ virtutis

exempla ſaltem per annum exhibuerint, & appareant diſciplinæ Regularis & Reformationis zelatores.

22. Quod ſpectat expenſas neceſſariò faciendas tùm pro Laurea Bacchalaureatus ab omnibus ferè ſtudentibus in Collegio Pariſienſi ſumenda, tùm ad promouendos tres ex ſingulis Prouinciis ad Doctoratum; fateor graues eſſe, nec niſi maxima cum difficultate ſubminiſtrari poſſe à Prouinciis pecunias ad eas competentes, & ab iis maximè in quibus plerique Conuentus ſunt adhuc diruti & valde pauperes; attamen ſi quæ poſſunt & debent adhiberi curæ & præcautiones non omittantur, iis ſatisfieri poſſe credendum eſt.

23. Primò quidem ſuppono omninò neceſſarium eſſe, vt quod ſtatuta præſcribunt, habeatur ſingulis in Prouinciis Burſa & pecunia communis, conflanda modo ibi tradito: & caſu etiam quo pecunia illa vtpotè aliis vrgentibus Prouinciæ neceſſitatibus deſtinata in ſtatutis, non ſufficeret ad faciendas expenſas pro aſſumendis gradibus neceſſarias; gratum habere debent communitates ſingulæ, vt fiat taxa quotannis ſoluenda, ad cuiuſlibet facultatem proportionata, & ad eum finem colligenda.

24. Alia duo aut tria ſuppetunt media quæ ad huiuſmodi expenſas plurimùm conferre poſſunt. Vnum eſt diuerſarum Theſium quæ neceſſario ſuſtinendæ ſunt à quolibet aſpirante ad gradum, diuerſis perſonis, ſeu Magiſtratibus & cœtibus vrbium inſcriptio, ſeu dedicatio. Vix enim accidit, vt inde ſatis notabile præmium quiſque non conſequatur. Secundum eſt parentum, amicorum, & benefactorum, quorum hac in re opem implorare licet, ſubſidium, vix vnquam etiam denegandum. Tertium eſt concionandi munus quod Bacchalaurei & Doctores formati aſſumere debent quotannis: ideoque Superiores ſimul cum illis curam maximam

adhibere debent, vt maturè ſtationes ſibi procurent; ſicque graduati ſua ex parte laborent ad contribuendum expenſis quæ ſua cauſa fieri debent, nec ſinant Conuentus ſua cauſa nimis grauari.

25. Præterea vt facilius ſubminiſtrari poſſint pecuniæ à Prouinciis Alumnis ſuis graduandis neceſſariæ, expedire mihi videtur, vt non ſimul tres ex eodem Prouincia promoueantur ad Doctoratũ, ſed in tribus diſtinctis Licentiis actus ſuos obeant, iuxta ordinem ſucceſſiuum à Superioribus inter Prouinciarum Religioſos inſtituendum. Et verò id neceſſarium eſſe exiſtimo vt ius antiquitatis quod magni ſit in Academia Pariſienſi, non cedat integrum vni Prouinciæ, ſed ita partiatur, vt omnes quantùm fieri poteſt, eo æqualiter gaudeant.

26. Demùm, etſi ea media, quæ nedum vtilia, ſed magnum emolumentum afferenda eſſe credendum eſt, expectationi non reſponderent; conſiderandum venit quod cùm ſex tantùm ad ſummùm ſtudentes ſimul remanere debeant Pariſiis ex ſingulis Prouinciis, modò quot annis conflari poſſit in ſingulis Prouinciis ſiue ex taxis, ſiue ex aliis emolumentis ſumma trecentarum librarum expenſis illorum deſtinatarum, & fideliter aſſeruetur, ita vt non diſtrahatur ad alia negotia quantumuis vrgentia; ſufficiens erit ſucceſſu temporis vt omnibus omninò expenſis faciendis pro graduatis, quod neceſſarium erit ſubminiſtretur, vt rem attentius conſideranti clarè apparebit.

27. Reſtat vnicum & quidem grauiſſimum incommodum hac in re timendum, & euitandum, illud ſcilicet quod ex Priuilegiorum perſeuerantia, ſeu reuiuiſcentia oriri poteſt; At huic pariter incommodo ſufficienter prouiſum eſſe credendum eſt, ſi quæ ſunt præſcripta in ſtatutis diligenter & fideliter obſeruentur. Et ſi quæ Prouinciæ inde ſibi damnum prouenire ſentiant,

Digitized by Google

agnoſcent etiam cauſam illius reiiciendam eſſe in id quod non ſtatuant hac in re, ſicut & in cæteris, firmiter adhærere legibus præſcriptis in Conſtitutionibus Reformationis.

28. Equidem fieri poſſe exiſtimo vt licet graduati non curent, quod etiam non debent, vt fiant decreta pro conſeruatione aut reuiuiſcentia Priuilegiorum antiquitùs graduatis conceſſorum; via tamen facti, & ex quadam ipſis quaſi congenita authoritate ſeu libertate pleraque ex illis ad praxim reuocabunt: verbi gratia, diſpenſando ſe à continua ferè chori aſſiſtentia, ſæpè & facilè foris egrediendo, & cum amicis familiariter conuerſando; libros, veſtes, cameras magis commodas ſibi ſpeciali cura procurando, &c. At ſi quis his in rebus abuſus interuenerit, ignauiæ ſuperiorum ſeu nimiæ condeſcentiæ ipſorum tribuendum erit, non graduum naturæ. Quod ſatis etiam patet ex eo quòd plerique non Doctores, ſed docti, ſtudiis & Concionibus habendis magis dediti, indulgentiis illis & forſan maioribus gaudent, non abſque aliorum ſcandalo, ex nimia tantùm Superiorum tolerantia, in quos culpæ illius grauitas debet iuſtè reiici.

29. Hæc paulò fusè tractare oportuit quia maximi momenti ſunt, & cùm pluribus difficultatibus inuoluta ſint, pluribus etiam verbis vtendum fuit, vt iis lucem afferre valerem. Non vt cuiquam legem imponerem id aggreſſus ſum, ſed vt quiſque quid ſibi faciendum eſſet aptius, & pro Reformationis commodo proſpiceret. ne quidem priuatum meum ſenſum exhibui, ſed antiquorum noſtrorum Patrum, & quidem plurium gradibus inſignitorum mentem aperui, qui cum longa experientia quid hac in re mali & boni inſit didicerint; & nobis ſæpè conſideranda propoſuerint; ea etiam aliis meditanda exhibeo, vt quod pro bono Religionis faciendum ſit quælibet Prouincia determinet.

CAP. XXVII.

Quid maximè noceat iuuenibus Religioſis nè virtutem fideliter conſectentur; quidque ad eos in vera Profeſſionis ſuæ obſeruantia continendos magis conducat.

1. STVPORIS ſimul ac terroris inſignè eſt argumentum, quòd ex tam diuerſis perſonis quę donatę ſũt vocatione Dei ſancta ad Monaſticæ vitæ ſtatum amplectendum; quæ ad eundem virtutis & perfectionis finem conſpirant; iiſdem etiam mediis & auxiliis ad eum aſſequendum inſtructæ ſunt; paſſu tamen multum inæquali in via Dei ambulant: immò multò plures reperiuntur qui accepto virtutis tramite declinant & retrò recedũt, quàm qui in eo proficiunt & perſeuerant.

2. Huius verò tàm diuerſi caſus duæ mihi videntur aſſignari poſſe cauſæ generales & primariæ, vna naturalis, altera moralis. Illa conſiſtit in mutabilitate & inconſtantia naturæ humanæ; iſta in vſu diuerſo gratiæ, hoc eſt, magis vel minus fideli quem adhibent, ad excolendam ſuam vocationem poſt emiſſam profeſſionẽ: maximè vero tempore quo finitis ſtudiis ad varia ſe accingunt exercitia externa.

3. Ratione primæ, rectè dixit ſapiens ſe *ignorare viam viri in adoleſcentia.* Tunc quippe diuerſis adeò paſſionum motibus agitur & agitatur, vt nunquam in eodem ſtatu permaneat. Et benè dixit id præcipuè in adoleſcentia euenire, quia cùm tunc per ætatis prouectionem facultates omnes tam animæ quam corporis

robur & perfectionē ſuam naturalem acquirant, pugnā etiam inter ſe acerrimam infeſtis quaſi armis exercere conſueuerunt: & ſicut in exteriori armorum conflictu varij ſunt belli euentus & Mars plerúmque fit communis; ita in hac pugna morali, & interna nonnũquā vitiũ virtuti ſuccumbit; ſed tamen frequentius vitium in virtutem victoriam acquirit & imperium: nempe quia virtus adhuc debilis eſt,& domeſticos habet inimicos, paſſiones ſcilicet quæ contra ſe militant, & ſæpius præualent, niſi maturè contineantur & eorum impetus cohibeantur.

4. Quia igitur iuniores profeſſi ad eum communiter vitæ gradum accedunt quandò exeunt è ſcholis; inde fit vt eo etiam tempore magis obnoxii ſint bello illi inteſtino ſufferendo:& vt nondum perfectè reliquerunt infantiam nec euacuauerunt quæ ſunt paruuli, vt euadant viri,hoc eſt virtutis robore & firmitate præditi; ſæpius etiam hac in acie ſucumbunt, atque cum turpi ſeruitute ſub durum paſſionum ſuarum iugum mittuntur.

5. Inde etiam eruitur ratio altera ſortis eorum tam inæqualis, & inexpectati ſtatus in perfectionis ſeu virtutis ſtudio, quæ eſt infidelitas, ſeu prauus vſus gratiæ diuinæ ſibi neceſſariæ ad perſeuerandum & proficiendum in vocatione ſua. Aptè hanc ad rem Apoſtolorum Princeps hortatur omnes fideles vt *ſatagant per bona opera certam ſuam vocationem facere:hoc enim facientes* inquit, *non peccabitis aliquando*. Quibus verbis innuit,quòd licet vocatio in quantùm procedit à Deo, determinata ſit & ſufficiens ad conſequendum ſuum effectum; non eſt tamen de ſe initio ſatis ad hoc firma & valida,niſi ex parte noſtra bona accedant opera, quæ illam iuuent, confirment & corroborent: inſurgunt enim aduerſus illam tot tamque diuerſa accidentia,tam ex parte naturæ noſtræ,

ſectionis reperitur in eis, à principio illo præcipuè emanare credendum eſt.

8. De pleriſque iunioribus Religioſis hac tempeſtate idem mihi videtur ſentiendum, quod de aliis quondam dicebat B. Iordanus, nempè quòd Religioſæ vitæ ſtatum aſſumpſerant & incœperant per optimam conſcientiæ intra ſe inſtitutionem, iſtius vocabuli integram ſignficationem obſeruantes, & in moribus ſuis adimplere ſatagentes. Ad quod notandũ eſt ex Hugone, quòd *conſcientia eſt cordis ſcientia: cor enim & ſe nouit ſua ſcientia, & multa alia. quando nouit ſe appellatur conſcientia; quando præter ſe alia, nominatur ſcientia.*

9. Porrò addebat optimus ille Cœnobiarcha, quòd Religioſi illi paulatim non ſatis firmiter adhærentes genuino nominis iſtius *conſcientia* ſenſui & quaſi litterali ſignificationi, dum ſcientiarum ſtudiis incumbere cœperant tres primas ſyllabas nominis iſtius reſecauerant, ſola ipſis remanente *Scientia*, quod nomen aliæ quæ ſupererant litteræ formabant. Præterea nec dùm bene vtentes *ſcientia*, quam acquiſiuerant reiecta aut neglecta *conſcientia*; tres adhuc priores quæ ſupererant litteras nominis iſtius per prauum ſcientiæ ſuæ vſum abſtulerant, vnde remanſerant tantùm quinque vltimæ litteræ quæ componunt nomen iſtud *entia*, quod quidem ipſis optimè conuenire dicebat, eo quòd aliud non eſſent amplius quam *entia*, hoc eſt leuia & inania virtutis ſimulachra: ſeu potius aliud non eſſent quàm *entia rationis*, quæ nihil ſunt à parte rei, ſuntque tantùm imaginariæ & ſubtiles ideæ, non veræ & ſolidæ virtutis formæ. Sicque in ſtatu plerorumque Religioſorum fit iſta deploranda gradatio ſeu tranſitus ſucceſſiuus à mundo in Clauſtrum; à peſſimo ſtatũ mundanæ conuerſationis, ad perfectionis ſtatum; ex prauis mo-

ribus, in bonam conſcientiam; ex conſcientia, in ſcientiam; ex ſcientia in entiã, & ex ente in nihilum: itaut de facto de iis ſint de quibus pſaltes Regius, *ad nihilum deuenient tanquam aqua decurrens.*

10. O vtinam id non ſatis & nimis frequenter eueniret inter iuuenes Religioſos! O vtinam non extinguerent in corde ſuo diuini amoris ignem & ſplendorem, dùm in intellectu ſcientiæ lumen accendunt! O vtinã non abuterentur frequenter ſcientiis quas ſtudio comparant, & ad extinguenda in ſe & in aliis, ſeu ſaltem relaxanda veræ pietatis, ſimplicitatis ac perfectionis Religioſæ principia. Quod quidem ſatis apparet in verbis eorum & factis, dum diuerſis conſcientiæ aculeis agitati & anxietatibus internis crucitati, vitæ magis diſſolutæ quam ſectari incipiunt, licentiam quæritantes, Authores varios circa votorum, ieiuniorum, & & aliorum vitæ Monaſticæ exercitiorum magis rigidorum obſeruantiã conſulunt, & magis laxas opiniones, quæ ſæpe erroneæ ſunt & à pleriſque Doctoribus & Academiis reprobatæ, amplectuntur: ſicq; non ſine maximo ſalutis ſuæ periculo ſibi blandientes, & ſcientia ſua ad ſuam perniciem abutentes, vitàm ducere incipiunt ſatis infelicem & irreligioſam.

11. Quò igitur Confratres noſtri vt ætate progrediuntur, ſapientia quoque proficiant, & in virtutis perfectione amplius creſcant; neceſſe eſt omninò vt quam ab initio conſcientiæ integritatem, puritatem ac teneritudinem acquiſiuerunt, ſtudioſè conſeruent: fideles ſint ad concepta ab initio ſuæ profeſſionis Religioſæ bona propoſita executioni demandanda: ſemper prompti & faciles ad obediendum voci Dei ſiue per ſe in cordis eorum penetralibus intimè loquentis, ſiue per Superiores ſuos & per leges conſtitutas volũtatem ſuam indicantis. Sentiant perpetuò in ſe Spiritus ſan-

Digitized by Google

 110

&i præſentiam clamantis *Abba Pater*, ſeque tanquam veros dilectionis ſuæ filios exhibeant. Non obdurent corda ſua ad eius voces, non recalcitrent contra ſtimulos quibus eos ad virtutem ſæpius concitari contingit. Timeant ne tandem vt loquitur Apoſtolus, cauteriata fiat ſua conſcientia, hoc eſt inſenſibilis, dura,& inflexibilis ad benè operandum: diſcant tandem ab Hugone quod *conſcientia bona, eſt verus Religionis titulus.*

12. Cauſa tertia tam ſubitæ deprauationis ſeu relaxationis Religioſæ juuentutis eſt praua agendi ratio qua paulatim procedere aſſueſcunt in actionibus ſuis Spiritualibus & in quotidianis vitæ Regularis exercitiis: putà in oratione mentali conſuetis horis quotidie facienda, à qua facilè & ſæpè ſe eximunt; in Officio diuino ab omnibus ſimul in choro ſtatis horis recitando, à quo ſe leuiter diſpenſant, nec illud priuatim extra chorum, niſi magna cum euagatione, irreuerentia & indeuotione perſoluunt; nulla aut tantùm valdè leuis peccatorum ſuorũ per Sacramentum Pœnitentiæ diluendorum emendatio, ſicut nec de ſacra Communione aut Miſſæ Sacrificio fructus apparet vberior. Virtutum quoque quæ ſtatui ſuo magis congruunt, putà, fraternæ charitatis, humilitatis, manſuetudinis & aliarum apud eos praxis rara & non niſi valdè imperfecta. Demùm cùm veterem expoliaſſe hominem & nouum induiſſe debuiſſent per profeſſionem Religioſam & laudabilem ab eo tempore in Monaſticis exercitiis conuerſationem; magno ſuo damno, & non ſine aliorum ſcandalo contrarium facere comperiuntur.

13. Sed neque hic ſe ſiſtit deplorandus virorum illorũ ſtatus: ex ſummo deuotionis ardore quo initio profeſſionis ſuæ in Religione flagrare videbantur, tranſeunt in teporem, & ſupinam negligentiam. Qui antea videbantur eſurire & ſitire iuſtitiam, hoc eſt vir-

tutum omnium praxim auidè conſectari; iam non niſi deguſtum & nauſeam rerum ſpiritualium experiuntur. Qui antea nihil nimis ſeuerum in exercitiis Religioſis ſentiebant, iam omnia nimis dura & aſpera reputant. Quibus antea Deo vacare & ſibi, virtuti incumbere vnica aut præcipua cura, ſumma lætitia; iam tanto langore & inertia circa cuncta illa exercitia laborare videntur, vt exiſtimandi ſint deueniſſe ad peſſimum acediæ ſpiritualis ſtatum, quæ vt à Ioanne Climaco deſcribitur *eſt remiſſio animæ, reſolutio mentis, puſillanimitas exercitationis, odium profeſſionis, rerum mundanarum Beatificatrix, detractrix Dei quaſi inuiſceroſi & exiſtentis ſine benignitate: in miniſteriis ferrea, in opere pigra, in obedientia improba, in conuerſatione mundana.*

14. Eò verò magis ſibi timere debent qui in eo ſtatu verſātur, quò maledictionib⁹ diuinis iam ſubjacere videntur, iuxta illud tremendū prophetici ſpiritus Iſayæ oraculum, *maledictus qui facit opus Dei fraudelenter*, ſeu vt vertunt alij, & Doctores communiter interpretantur, *Maledictus qui facit opus Dei negligenter.* Sed nec minus ſecuri eſſe debent qui ſe non ad eum ſummum negligentiæ gradum perueniſſe ſibi perſuadent, ſed tantum ad aliquē teporē ſeu priſtini feruoris remiſſionem; cum aduerſus eos aliundè altè intonet hæc alia ſpiritus Diuini, vox *ſcio opera tua quia neq; frigidus es neque calidus; vtinam frigidus eſſes aut calidus: ſed quia tepidus es, & nec frigidus & nec calidus, incipiam te euomere ex ore meo.*

15. Cauſa quarta eiuſdem tam grauis & miſerandi ſtatus eſt nimia & ferè continua mentis euagatio, rara verò & ferè nulla ad ſe reuerſio: aſſidua in rebus vanis & mundanis occupatio, rerum verò internarum & ad profectum ſuum ſpiritualem conducentium incuria & neglectus; ita vt verè ſint de illis de quibus pſaltes regius, *diſſipati nec compuncti.* Nec mirum ſi inde peruer-

ſionis eorum cauſam deſumendam eſſe aſſeram, cùm eandem ob rationem terram vniuerſam deſolatam eſſe Ieremias Propheta conqueratur his verbis. *Deſolatione deſolata eſt terra, eo quod non eſt qui recogitet corde.* Et certè timendum eſt valde ne tandem digni veniant maledictione iſta à Patriarcha Iacob lata in filium ſuum Rubē *effuſus es ſicut aqua, ne creſcas.* Etenim cùm ad omnes res externas ſe effundant, & omnes ſuas facultates in eis immergant, vt ita loquar; creſcere nequeunt in virtute, in qua cùm non proficere ſit deficere, in peius ſemper abeunt, atque in maximum ſalutis ſuæ periculum adducuntur.

16. Maturè ergò, qui ita ſunt affecti, ſtatuant & ſtudeant mentem ſuam ad ſe frequenter reuocare. Diſcant à ſancto Chryſoſtomo, *primũ hominis ſapientiam affectantis officium eſſe contemplari quid ipſe ſit, quid intra ſe ſit, quid infra, quid ſupra, quid contra, quid ante, quid poſtea ſit. quæ conſideratio quadripartitum parit fructum, vtilitatem ſui, charitatem proximi, contemptum mundi, amorem Dei.* Audiant & D. Bernardum ſic monentem, *Memento non dico ſemper, non dico ſæpe, ſed vel interdum reddere te ipſum tibi. Vtere tu quoque te inter multos, aut certè poſt multos.* Demùm quid inde fructus & vtilitatis percepturi ſint ſic eundem Doctorem alibi deſcribentem auſcultentur. *Primum ipſum fontem ſuum, id eſt mentem conſideratio purificat, deinde regit affectus, dirigit actus, corrigit exceſſus, componit mores, vitam honeſtat & ordinat, poſtremo diuinarum pariter & humanarum rerum ſcientiam confert.*

17. Hinc etiam eiuſdem peruerſionis cauſa quinta ſubſequitur, nempè ardens ſenſualitis proſecutio & expletio, ob frequentes quas noui iſti tyrones in rebus externis effuſi nanciſcuntur occaſiones ſenſibus indulgendi. Cum enim carnis ſuæ odium, concupiſcentiarum refrænatio, ac ſenſualitatis mortificatio, media

quæ ducit ad perditionem & multi ſunt qui intrant per eam: quam anguſta porta & arcta via eſt quæ ducit ad vitam, & pauci ſunt qui inueniunt eam. Videant igitur & ſeligant fratres noſtri per quam viam incedere velint, per quam portam intrare, & ad quem terminum peruenire; & recordentur amplius quod Chriſtus etiam dixit, *multi vocati, pauci verò electi*: quod æque de vocatione ad Religionem Monaſticam quam ad Chriſtianam intelligendum eſſe inficiari poteſt nemo.

21. Sexta demùm cauſa huius tam pernicioſæ deprauationis repetenda eſt ex negligentia ſuperiorum, erga iuuenes Religioſos quos habent ſub ſuo regimine poſtquam ſua ſtudia perfecerunt. Certè inuigilare tenentur ſuperiores, vt quilibet ex ſuis ſubditis in profeſſionis ſuæ muniis ritè ſe contineant; ſed ij maximè qui iuuenes ſunt, & incipiunt variis diſtrahi in officiis, ac externis exercitiis vacare. Obſeruare debent diligenter quo pede pergunt, ad quos à natura defectus inclinant, quas frequentius culpas admittunt vt jis maturè & ſeriò prouideant.

22. Superiores pariter attendere debent quòd tenentur regere ſuos ſubditos non tantũ ſecundum res externas & politicas, ſed maximè ſecundũ internas & ſpirituales, cùm data ſit ipſis cura animarum ipſorum, itaut ipſis de ea danda ſit ratio Deo in die judicij, & quidem ſeuerè repetenda. Propterea ſalutis eorum præ cæteris ſolliciti eſſe debẽt, ita vt cõſilia & remedia ad eam conſequendã neceſſaria ipſis præbeant, nec eos vnquã exponant occaſionibus in quibus præuident ad malũ induci poſſe. Non permittant vt ratione alicuius emolumenti temporalis quod ex eorum laboribus obuenire poteſt communitati, ſalutis animæ ſuæ detrimentum patiantur: defectus illorum nõ diſſimulent, ſed vt decet via prudentiæ & charitatis eos corrigere ſatagant, ali-

quando etiam cum aliqua ſeueritate ſi opus ſit: nec vnquam ex nimia complacentia & indulgentia eorum culpas patiantur aut diſſimulent, maxime quando inſtat periculum alicuius praui affectus & habitus contrahendi, à quo vix vnquam poſteà recederent.

23. Demùm ſummoperè curent ſuperiores vt iuniores illi finitis ſtudiis denuò & magis accuratè mentis recollectioni incumbant, anno ſi poſſibile eſt, vel media ſaltem illius parte ipſis conceſſa vt exercitiis vitæ ſpiritualis seriò ſe applicent: pericula ſibi præcauenda ex prænotatis hic à nobis capitibus, & aliis ſtudioſè obſeruent, & ea euitare ſtatuant mediis hic à nobis indicatis & aliis eundem ad finem aptis. Tandem veras vocationis ſuæ & perfectionis illius vias inire tunc firmiter proponant, quas deinceps fideliter proſequantur.

CAP. XXVIII.

Nimia intra vel extra proprium Conuentum diuagatio cohibenda.

1. VT certum eſt ex nimis frequenti Religioſorum diuagatione quaſi ex vnica aut ſaltem præcipua origine omnes & ſingulas ſupra notatas deprauationes ſeu peruerſionis cauſas partiales principium ducere, ita ſingulare hac de re caput inſtituere decreui, quo accuratius materiam illam diſcutiamus, atque vberiorem inde fructum colligamus.

2. Inter præcipua igitur quæ ſeſe offerunt notatis ſupra noſtris in iuuenibus Religioſis defectibus afferenda remedia, ritè annumerari debet Conuentus &

Cellulæ

Cellulæ habitatio, atque diuagationis extra vtrumque cohibitio, quæ quidem eò magis nobis apta eſt & neceſſaria, quò Regula noſtra adeò ſtrictè manſionem in Cellulis nobis commendat, vt non tantùm aliquos, ſed ſingulos; non aliqua tantùm temporis parte, ſed die ac nocte in ea permanere præcipiat. *Maneant*, inquit, *ſinguli in Cellulis ſuis vel iuxta eas die ac nocte.*

3. Etſi verò ex particula iſta, *vel iuxta eas*, ſatis pateat quod Cœnobitis noſtris longius ab ea recedere non licet, hoc eſt extra ſepta Conuentus egredi, neque etiam ex ea quiſquam arbitrari debet ſibi permiſſum eſſe ad clauſtra, verbi gratia, ad deambulacra, ad aulas communes, areas, hortos, viridaria, nemora & alia loca in circuitu Monaſterii contenta extra horas recreationi conceſſas accedere ad deambulãdum animi gratia: particula enim illa, *iuxta eas*, reſpicit tantũ loca ad orationem & ſpiritualem inſtructionem deſtinata, verbi gratia, Eccleſiæ Chorum, Capellam, Oratorium, Spelæum ſeu antrum quandoque noſtris in Conuentibus ad recollectionem extructum, vt docent communiter Regulæ noſtræ interpretes, ſatiſque id colligitur ex multis grauibus & intolerabilibus quæ inde Religioſis obuenire poſſent incommodis. Vnde qui contra faciunt abſque neceſſitate & licentia Superioris, contra Regulam peccare certum eſt.

4. Porrò ex tam aſſidua Cellulæ habitatione nobis adeò commendata non tantum ſolitudinem exercere conceditur; ſed ſanctiſſimis ibi vacare licet exercitiis quæ profeſſionem noſtram plurimùm nobilitant, & ad vitam quaſi Cæleſtem euehunt. Etenim ex Diuo Bernardo, *Cella & Cæli habitatio cognata ſunt: quia ſicut Cælum & Cella ad inuicem videntur aliquam habere connexionem nominis, ſic & pietatis. Nam à celando Cælum & cella nomen habere videntur, & quod celatur in Cælis, hoc & in*

cellis: quod geritur in cælis, hoc & in cellis. Quidnam eſt hoc? vacare Deo: frui Deo. à cella enim in cælum ſæpè aſcenditur, vix autem vnquam à cella in infernum deſcenditur, niſi ſicut dicit Pſalmiſta, deſcendant in infernum viuentes, videlicet ne deſcendant morientes. Moriens autem vix aut nunquam aliquis à cella in infernum deſcendit, quia vix vnquam niſi Cœlo prædeſtinatus in ea vſque ad mortem perſiſtit.

5. Mitto plurima alia & quidem inſignia in cultus ſolitudinis commendationem à ſanctis Eccleſiæ Patribus paſſim allegata, vt quæ à praxi contraria ad rem noſtram proxime accedente mala proueniunt, accuratius inueſtigem & exponam. Et primò quidem ſi ea conſideremus quæ ex frequenti cellularum deſertione ab iis incurruntur qui tantum inter ſepta Monaſteriorum vagè diſcurrunt; adeò grauia eſſe comperiemus, vt ex eorum compendio quod hic ex quatuor inſignium Cœnobiarcharum Baſylii, Caſſiani, Bernardi & Richardi ſcriptis attexo, ſatis appareat in maximam Religionis perniciem vergere.

6. Primùm tantæ deprauationis quaſi principium eſt leuitas animi omnis veræ virtutis vacui, qua non minus extra ſe quàm extra cellulam ſuam vagi illi Religioſi educuntur. Accedit cellæ & mentis tædium, vnde fit vt cùm nullam legitimam in cella ſua ſibi velint aut valeant occupationem conſtituere, eam ad extra quærere cogantur: & quamuis forſan otioſitatem fugere prætendant; eò peiorem temporis iacturam faciunt, quò in rebus non tantum vanis ſed malis illud terunt. Vt rebus mundanis & nouis perpetuò audiendis inhiant; non niſi prophanis & vanis cogitationibus mentem replent. Aliorum facta curioſè inquirunt; ſua verò inſpicere & corrigere negligunt: eorundem ſeueri cenſores, & iniqui iudices exiſtunt; ſibi verò & in ſuis

propriis factis magnoperè complacent. Omni vera conſolatione ſpirituali qua ſunt indigni, iuſtè priuati; eam in ſenſuum oblectationibus collocant, & quantùm poſſunt iis indulgere ſatagunt. Loquacitati effrænæ & inſolenti adeò deditì ſunt, vt omnibus ſint importuni, odioſi, intolerabiles. Demùm vbi accidit eos ſtatis horis ad Regularis vitæ exercitia vocari, ſi ad ea accedere compellantur (ſæpius enim ab eis præ inertia & libertate nimia ſe abſentant) tunc ad Diuina officia in Choro peragenda ſunt inepti, in oratione indeuoti, in refectorio intemperantes, in conuerſatione petulantes, in moribus diſſoluti, ſine Religione Religioſi.

7. Si iam ad eos attendamus qui cellularum ſuarum habitationem aſſiduam nobis adeò commendatam deſerunt, vt ad mundum, hoc eſt ad mundanas extra clauſtra conuerſationes attedant; certè eò maiora inde prouenire mala certum eſt, quò & locus, & tempus, & occaſiones ad ea magis opportunæ tunc occurrunt, & ad ea concurrunt. Indè & Religionis vituperium, ſecularium ſcandalum, & Religioſarum perſonarum totis compitis ſic euagantium deprauatio non poteſt non conſequi.

8. Certè vix concipi poteſt & conijci quod cùm ipſemet Saluator noſter valdè frequenter declarauerit mundum ſuum, ſeruorumque ſuorum infenſiſſimum eſſe inimicum: Cùm inſuper mundum tanquam excommunicatum ſe habere demonſtrauerit, quando Patrem ſuum in Oratione ſua ſolemni rogans, pro mundo ſe non exorare aſſeruit. Cùm pariter D. Paulus expreſſè monuerit mundum eſſe fugiendum, *Ne cum eo damnemur*. Dilectus etiam Chriſti Diſcipulus hæc expreſſè verba ad ſeruos Dei direxerit, *nolite diligere mundum neque ea quæ ſunt in mundo. Si quis diligit mundum*,

non eſt Charitas in eo; quoniam omne quod eſt in mũndo concupiſcentia carnis eſt, & concupiſcentia oculorum, & ſuperbia vitæ quæ non eſt in Patre. Addit demùm quod *totus mundus in maligno poſitus eſt*; iis non obſtantibus Religioſi qui eas maximè ob cauſas mundo nuntium dederunt, ad eum quaſi ad gratiſſimum & ſibi valdè dilectum obiectum toto impetu feruntur: quod cùm etiam à pleriſque iuuenibus Religioſis non longè à profeſſionis ſuæ tempore fiat; eò magis digni ſunt graui iſta Chriſti cenſura & increpatione, *nemo mittens manum ſuam ad aratrum & reſpiciens retro, aptus eſt Regno Dei*, quæ primò directa fuit ad quendam qui antequam Chriſti jugo ſe ſubmiſiſſet veniam tantùm petebat eundi & renuntiandi quæ domi erant: quæ ratio non tantum iuſta, ſed quandam etiam ſecum neceſſitatem & vtilitatem inferre videbatur.

9. Et verò ſatis euidenter apparet quod tantùm abeſt, vt plerique Religioſi mundum oderint & ea quæ ſunt in mũdo; quin ea magis quã ſeipſos & quam Religionẽ ipſam matrem ſuam diligere cõprobantur, dùm ea quæ ſeculi ſunt tam auidè conſectantur, vt ſpretis rebus domeſticis, & vitæ regularis quibus aſtricti ſunt exercitiis, totis diebus rebus externis & ſecularibus vacent, non attendentes ad grauiſſimum iſtud S. Pauli effatum, *Nemo militans Deo implicat ſe negotiis ſecularibus, vt ei placeat cui ſe probauit.*

10. Sed quod maius certiuſque deſiderari poteſt argumentum, quod mundum & ea quæ ſunt in mundo Religioſi iſti diligunt, quàm cùm licet moniti ſint etiã à Chriſto ſibi timendum eſſe & cauendum ab hominibus, perpetuò ferè conuerſantur cum ſecularibus, cum quibus etiam plerumque multo maiori amicitia, familiaritate & fiducia iunguntur, quam cum eiuſdem profeſſionis ſuæ fratribus? Vnde etiam non niſi ægrè re-

Digitized by

cedunt ab eorum conuerſatione, vt ad clauſtra ſe recipiant. Maiori nonunquam cura & ſollicitudine eis complacere ſtudent & inſeruire, quam Superioribus ſuis obtemperare, & vtinam quas aliquando contrahunt cum ſecularibus perſonis amicitias ex motiuo honeſto nec illaudabili, tandem non degenerarent in prauos, ſcandaloſos & intolerabiles affectus. Propterea hæc ad eos S. Iacobi Apoſtoli verba apte ad eos ſpectant. *Neſcitis quia amicitia huius mundi inimica eſt Dei? Quicunque ergo voluerit amicus eſſe ſeculi huius, inimicus Dei conſtituitur.*

11. Quia vero propenſionem illam & ſollicitudinem quam plerique Religioſi exhibent erga diuerſas perſonas ſeculares, excuſandam eſſe immò & tolerandam arbitrantur, ob motiua non tantum non mala ſed & iuſta quibus ad ea ſe ferri aſſerunt, ea hic breuiter examinare placet. Et primo quidem quantùm ad eos qui erga ſuos parentes videntur multum affecti, itaut frequenter eos viſitent, in eorum ædibus diù commorentur, & in eorum negotiis temporalibus aliquando ſe immiſceant; ea amicitiæ officia & alia in lege naturæ fundata eſſe falſo ſibi perſuadent, cùm ex nimio potius ſui ipſius amore, & ex prauo naturæ ſuæ adhuc nimiũ carnalis inſtinctu ea plerumque procedant. Cùm enim certum ſit extra neceſſitatem extremam, quæ non niſi aliundè ferè ſẽper quàm ab extrema paupertate prouenit, nullus Religioſus teneatur ad ſuſcipiendam curam ſuorum parentum, ſiue quoad ſuſtentationem vitæ, ſiue quoad negotia eorum gerenda, idque vix vnquam eueniat; credere etiam debent Religioſi ſibi non licere nec apud eos ſæpe & diutiùs diuertere, nec eorum negotiis ita ſe implicare, vt ea de cauſa ab exercitiis vitæ regularis quibus aſtricti ſunt, ſe eximant. Propteraque memores eſſe debent verborum iſtorum Chriſti

Digitized by Google

Domini advnum è ſuis Diſcipulis qui antequam ei adhæreret petebat ſibi permitti primum ire & ſepelire Patrem ſuũ, cui Ieſus, *ſequere me, & dimitte mortuos ſepelire mortuos?* Quid ad rem iſtam aptius, quid efficacius? Sed audiãt & Iſidorũ ſic bene & vere hac de re loquentem, *multi Monachorum amore parentum non ſolum terrenis curis, ſed etiam forenſibus jurgijs inuoluti ſunt, & pro ſuorum temporali ſalute ſuas animas perdiderunt.*

12. Vrget magis quod alii aſſerunt vrgeri ſe à charitate Chriſti ad ſubueniendum proximo in neceſſariis, & iis maximè quæ ad animæ ſuæ ſalutem conferunt; Idque ſibi incumbere exiſtimant ex officio vel confeſſarii, vel Concionatoris, vel directoris ſpiritualis, vel alterius miniſterii cuius partibus exequendis etiam à Superioribus Religionis per obedientiam ſunt deſtinati. O vtinam vera & ſola Chriſti charitas non verò potius ficta & falsò allegata ad eiuſmodi officia præſtanda Religioſos ſæpius compelleret! Sed & vt vt ſit, cùm in eiuſmodi muniis non niſi ex charitate bene ordinata nullus ſe gerere debeat, certumque ſit optimum charitatis ordinem exigere vt quiſque ante omnia de ſua propria ſalute ſolicitus ſit, & ei prius incumbat quam aliis ea in re ſeruiat. Cùm etiam aliundè indubitatum ſit quòd media deſtinata, & cuilibet Religioſo tradita ad conſequendam ſalutem æternam ſunt leges & inſtituta ſui Ordinis; conſequens eſt vt iis primùm vacare debeat, & magna cura incumbere, quam ſecularibus inſeruiat, nec vnquam faciendum vt iis neglectis aut poſthabitis aliorum neceſſitatibus ſubleuandis incumbat.

13. Addo certiſſimum eſſe quod plerique Religioſi ſæpius abſque neceſſitate, citra, immò quandoque contra voluntatem ſuperiorum, nec ſecularibus id exigentibus, immò etiam aliquando non ſine moleſtia & im-

portunitate id tolerantibus, ingerunt ſe ad multa officia eis præſtanda ex propria voluntate, & ex mera intentione habendi motiua ſeu prætextus diuagandi extra Conuentus ſuos, & diſpenſandi ſe à muniis & oneribus vitæ regularis. Proptereaque id non præſtant niſi cùm maximo virtutis & ſalutis ſuæ diſpendio. Vnde ſi ſapiunt attendere debent ad hæc Chriſti verba verè aurea, *quid prodeſt homini ſi vniuerſum mundum lucretur, animæ verò ſuæ detrimentum patiatur: aut quam dabit homo commutationem pro anima ſua!*

14. Fateor quòd cùm iam ab inſtituto Eccleſiæ proximorum ſaluti procurandæ incumbere debeamus, graues & frequentes ſeſe offerūt occaſiones in quibus expedit vt ij qui muneribus illis deſtinati ſunt, pro animabus fidelium impendant ſe & ſuperimpendant; ſed cum aliunde certum ſit quòd ex primæuo Religionis noſtræ inſtituto & ipſi quaſi eſſentiali ſolitudini obſeruandæ aſtringimur, à qua obſeruantia recedere non poſſumus niſi pariter à primitiuo Ordinis noſtri ſpiritu diſcedamus; hinc fit vt ſicut ad verum & fidelem Carmelitam attinet vt nulli tunc parcat labori, & omnem exerat induſtriam ad ſubueniendum proximo in quantum fieri poteſt, exigitque rei de qua agitur ratio; ita maximus in eis abuſus interuenit quando ſub eo prætextu qui eis vacare debent, rebus aliis vanis & mundanis ſe implicant: quando eo prætextu ad ædes ſecularium ſæpius accedunt & diù immorantur; quando quod vna vicè & hora confici potuit, ad plures conuerſationes extenditur, in quibus de aliis rebus ſæpè tractatur quæ non cedunt in ædificationem, ſed in vanam & mundanam Religioſorum ſatisfactionem.

15. Audiant qui ita ſe gerunt, D. Baſylium inſignem inter noſtros antiquos Cœnobitas Patrem, ſapienter ſic monentem, *ſi contigerit te iuxta circunſtantiam rego*

tiorum aliquam è cella proficiſci, armatus pectore timore Dei, & inſerta in manu charitate Chriſti, deuictiſque per omnem continentiam voluptatum incurſibus, ſtatim neceßitate expleta reſili, ne moreris: ſeu velocibus alis vtere ad reditum, velut innocens quædam columba ad arcam quæ te emiſit tranſfugiens, ſicque perſuadens tuis cogitatibus contingere tibi non poſſe in nullo alio loco ſalutarem requiem.

16. Non eſt etiam incongruum, nec à noſtra profeſſione alienum benefactores noſtros gratitudinis cauſa, & amicos ſeu perſonas nota aliqua inſignes ex decentia & vrbanitate inuiſere; ſed non tam accuratè & non cum tantis quæ à ſecularibus præſtantur comitatis officiis, ſed iis tantũ quæ decent Religiosã profeſſionem; Itaut non ſit accedendum ad eos nimis frequenter: & quo magis beneuolè ac familiariter ab eis Cœnobitæ admittuntur; caueant ne Religioſæ modeſtiæ ac diſciplinæ metas excedant: certò ſibi perſuadentes ſatius ſibi eſſe ab eis deſiderari, quam frequentius accedere & conuerſari cum eis, cum hinc contemptus ſæpiſſimè, inde vero maioris æſtimationis anſam arripiant.

17. Solitudinis cultus nobis adeò commendatus maximè etiam exigit vt abſtineamus à rebus pleriſque videndis ad quas ſola curioſitas inducit, vel quæ ex natura ſua Religioſam profeſſionem magis dedecent. Tales ſunt comparatæ ad pompam aliquam multitudinis populi magnificus inſtructus; compoſiti quaſi ad pugnam agminis diſpoſitio; equeſtis Palæſtræ exercitia publica, ludicrum in ſtadio certamen; Comœdiarum & Tragœdiarum Theatrales actus, declamationes publicæ, & cauſidicorum in Curiis de rebus litigioſis perorationes; diuerſi generis merces præcioſæ & raræ in nundinis expoſitæ, demùm hiſtriones, ſaltatores, funanbuli, monſtra ſeu feræ quæ è longinquis Regionibus

Digitized by Google

bus aliquando adducuntur. Hæc etenim & alia ſimilia adeò dedecent virum Religioſum mortificationi ſenſuum, ac mentis recollectioni deditum, immò mundo vt oportet emortuum, vt ſtupendum ſit & dolendũ quòd Ordinis noſtri Religioſi, præcipuè verò Reformati ad ea accedere audeant, maximè cùm plerũque id non fiat abſque ſecularium ſcandalo, & cùm maximo Religioſi ſtatus vituperio.

18. Parum recedunt ab eiuſmodi indecentia illi è noſtris qui ad puram recreationem peregrinationes longas ſuſcipiunt, itaut quinquaginta, vel octoginta, immò & aliquando centum leucarum itinera conficiãt, & per plures menſes vagentur in diuerſis Regni Prouinciis, & Ciuitatibus, vbi res curioſas multò accuratius inuiſunt quàm quilibet ſeculares. Illæ vero curſitationes & peregrinationes eò minus probandæ ſunt & tolerandæ, quò non tantum obnoxiæ ſunt pluribus ex iam allatis incommodis & ſcandalis; ſed quia cùm non fiant niſi in equo vel in curru, maximas procreant expenſas quas vel Conuentus, quorum itinerantes illi ſunt alumni, facere debent, non ſine graui onere & incommodo; vel ſaltem pecunias hunc in finem aliundè procurare tenentur qui eas ſuſcipiunt, idque malis plerumque artibus, aut mediis non ſatis honeſtis & licitis exequuntur.

19. Certè abuſus hac in re eò maior interuenit, quò id fit ſæpius ab iis qui huiuſmodi recreatione minus indigent. Illi verò ſunt præcipuè (nam adſunt & alii, quandoque etiam fratres Laici) Eccleſiarum noſtrarum Æditui, Procuratores, Confeſſarii, Concionatores, immò & Superiores, quibus cùm officia quæ gerunt minus permittant vacare ſolitudini, ſintque perpetuò ferè diſtracti in pluribus curis quæ licet animũ paululiſper attentum diſtineant; frequenti tamen motu cor-

pora agitant, & quotidiana habent ſolatia, quibus non tantùm ſufficienter ſed multo abundantius quam alii recreantur & reficiuntur: Itaut euidens ſit quòd non niſi ad maiorem lautitiam, recreationem & curioſitatis ſatisfactionem tam longas peregrinationes ſuſcipiunt. Vnde recurrit iuſta Lamentationis antiquæ Ieremiæ Prophetæ à Cœnobitis hic renouandæ cauſa, cùm de Religioſis ſic diſcurrentibus verè dici poſſit, *diſperſi ſunt lapides ſanctuarij in capite omnium platearum.*

20. Vt verò certum eſt quòd Philoſophiæ & Theologiæ Regentes qui per nouem ſaltem menſes ſingulis annis ſtudiorum exercitiis vacant, quæ maximam & ferè continuam animi contentionem exigunt, quiete & ſolatio indigent; ſufficere etiam deberet vt vel in Conuentibus propriis, vel ſaltem in vicinioribus, ſolatiis ſibi neceſſariis vterentur, viis & mediis profeſſioni noſtræ Carmelitanæ magis conuenientibus; quod & præſtare deberent cæteri Conuentuum Officiarii quando quiete & aliqua recreatione indigent. Et certè ſi ii omnes ſapiunt vt decet, ſi Religionis bono conſulere volunt, & commodis ſuis illud anteponere vt tenentur; non tantum exigere non debent à Superioribus licentiam ad eiuſmodi longas & remotas peregrinationes faciendas; ſed & ſi ex nimia complacentia & indulgentia oblata eſſet, eam recuſare. Multo verò minus debent ſuperiores motu proprio eam cōcedere, ſed potius ſi quæ iam alicubi de his conſuetudo inualuerit, eam temperare, & reprimere tenentur.

21. Magis excuſabiles ſunt qui ſanitati ſuæ conſulendi cauſa ſat frequenter egrediuntur è clauſtris ad ſpatiandum liberius & ad puriorem aerem ſpirandum, maximè quando Monaſteria quæ inhabitant anguſta ſunt, nec in eis adſunt horti & deambulacra ad amœnitatem & ſpatiationem ſatis apta. Sed & in hoc abu-

Digitized by Google

ſus interuenit non tolerandus, quando ea de cauſa cum Superiores ſat ſæpè permittentes Religioſis ſuis egredi ad deambulandū foris animi gratia, id ſibi regulariter concedendum eſſe exiſtimant ſingulis ſaltem ſeptimanis, aliàs in murmurationes & querimonias erumpunt. Immò adeò cæci ſunt & inconſiderati; vt licet tempus ſat ſudum non ſit, nec aër ſalubris, nec viæ commodæ quia niue aut luto nimio plenæ ſunt; quandò vel æſtate multum calet aut Hyeme friget nimium, nulla habita ratione nec incommoditatis quam experiri debent, nec ſanitatis ſuæ cui nedum conſulere, ſed non poſſunt non Officere, precibus importunis egrediendi licentiā poſtulant, nempe quia hoc ius ſibi acquiſitum eſſe exiſtimant, nec ab eo vſu perpetuo recedendum eſſe, nè tandem abrogetur.

22. Vt igitur huic tam graui incommodo eatur obuiam, ſicut certum eſt nonnullos ſingulis in Conuentibus reperiri quibus deambulationes extra Conuentum permitti debent ad eorum valetudinem ſiue reſtituendam, ſiue fouendam vbi & quando id ſuadet neceſſitas; ita certum eſt non omnes ſimul nec plures frequenter ſolatio illo egere: proptereáque de hac re facienda non eſt lex communis & ſtabilis inter nos alia quā quæ extat in Regula & ſtatutis; & quod non eſt determinatum, id relinquendum eſt iudicio & prudentiæ Superiorum localium, qui tamen aliunde attendere debent ad ſtrictam ſolitudinis qua tenemur obſeruantiam, itaut in eius præiudicium non frequentes permittant egreſſus ad deambulandum.

23. Nec vero exiſtimare debent id neceſſarium eſſe perpetuo & vniuerſaliter ad tuendam Religioſorum noſtrorum ſanitatem: cum hac in re Religioſi noſtri non alterius ſint conditionis & diſpoſitionis quam quilibet alii Religioſi, quibus tamen id minime conceſſū

eſt. Curioſè etenim conſului multorum Ordinum & Congregationum Reformatarum conſtitutiones, & præcipuè mendicantium, quæ cùm maxima prudentia & æquitate digeſtæ ſint, nec eorumOrdinum Superiores minus ſolliciti ſint de tuenda ſanitate ſuorum Religioſorum quam nos, non tantum ex lege vel conſuetudine frequentes illos egreſſus non permittunt, ſed nouitiis & iunioribus profeſſis non niſi bis aut ter ſingulis annis extra Conuentus ſpatiari concedũt: ſtudẽtibus verò etſi paulo frequentius, vix tamẽ extra tẽpus vacationum, id ſemel ſingulis in menſibus permittũnt.

24. Vnum ſupereſt hac in materia adnotandum, quod non tantũ Reformationis, ſed Regularis Diſciplinæ ac Religioſæ honeſtatis metas omnes tranſgreditur: nempè cùm accidit vt Superiores locales noſtri Ordinis licentiam concedant in ſcriptis, vel tolerent vt quidam è Profeſſis ſuis, maximè verò Sacerdotes maneant extra Conuentus apud Seculares, ſiue ad inſeruiendum Parochiis ſeu Capellis (niſi iura illa & beneficia Ordini noſtro ſiue alicui Conuentui è noſtris eſſent vnita aut addicta:) ſiue ad exercendum Officia Capellanorum apud Magnates, ſiue ad munus aliud obeundum apud quoſcunque ſeculares, idque non tantum raro & paucis diebus, ſed longo tẽpore & continuo. Nam prꝫterquam quòd id expreſsè prohibitum eſt Regularibus per cõſtitutiones Apoſtolicas niſi accedat diſpenſatio ſeu licentia legitima, quam quibuſdam è noſtris conceſſam eſſe non ignoro; quis non videat Sup.riores Prouinciæ id permittentes, ſicut & eos qui ita ſe gerunt, in maximo ſalutis ſuæ periculo verſari, cùm illi de iſtorum ſalute curã habere debeãt, & eos in profeſſionis ſuæ muniis continere, quod non faciunt; iſti verò in perpetuis ſalutis ſuæ periculis verſentur, & nedum ab inſtitutis Monaſticis recedere, ſed ſeculari modo & aliquando valde pernicioſo &

ſcandaloſo viuant.

25. Expediret certè tùm ad conſcientiæ eiuſmodi hominum ſecuritatem, tùm ob Religionis bonum & honorem, vt qui ita extra clauſtra viuunt, declararentur à Papa Religionis legibus ſoluti, & ad Clericorum ſecularium ſtatum traducerentur, potius quam ſtante diſciplinæ Regularis vinculo & iure redeundi ad clauſtra quando voluerint, ſic viuere: quia vt non niſi quando aut deficiente Officio aut Patrocinio quo gaudebãt, aut ſenio vel infirmitate vrgente cogitant de receſſu; ita tunc valdè oneroſi ſunt Religioni cui iam non valent inſeruire: vel moribus à diſciplina Regulari adeò alienis imbuti ſunt, vt non niſi Religioni nocere valeant & ſuis prauis exemplis alios inficere.

26. Præterea ſi accidat, quod rarum eſt, vt eiuſmodi vagi & ſeculares potius quam Clauſtrales Monachi bene ſe habeant in ſuo ſtatu, & quando viſitationis tantùm cauſa accedunt ad Conuentus noſtros, benè recipiantur à Superioribus & ſatis lautè tractẽtur, quia fortaſſe beneficio aliquo eorum beneuolentiam ſciunt aucupare, & ſpe maioris emolumenti ſibi eam conſeruare ſtudent; duplex inde malum accidit. Vnum eſt quod in eodem vitæ ſuæ ſtatu quem vident non diſplicere Religioſis ac Superioribus localibus, perſeuerare ſtatuunt abſque vllo ſcrupulo & melioris vitæ deſiderio. Alterum eſt, quod ſi qui in Conuentibus viuunt inquietè, ad eorum exemplum diſciplinæ Regularis iugum facile ſtatuunt excutere, ſimilia officia & munia extra clauſtra viis diuerſis & plerumque malis ſibi Procurantes. Et verò conſtat de facto quòd in aliquibus Prouinciis non pauci ingenui adoleſcentes ad Religionem etiã in Reformatione vocati, & aliquot annis ritè exercitati, ad ſeculũ hoc modo redierũt, vbi ſecularem potius vitam quam Religioſam duxerunt & tan-

Digitized by Google

dem ſatis infeliciter obierunt maximo cum detrimento & dedecore Religionis ac Reformationis.

27. Tot igitur & adeo grauibus quæ ex Religioſorum diuagatione proueniunt incommodis, aliud non occurit efficacius remedium, quam vt Regulæ noſtræ & ſtatutis diutinam in Cellis manſionem tam expreſſè nobis præcipientibus firmiter adhæreant omnes: vt Nouitiorum ſeminariſtarumque Magiſtri obſeruantiam huius præcepti ſtatim ab initio eis magnopere cõmendent, ac in praxim redigere curent: eos non niſi rarò & pro ſola neceſſitate è Conuentibus ad ſpatiandum mittant: Inde enim contrahunt habitum immò & quaſi quoddam ius ad egrediendum frequenter quo in toto vitæ curſu vti volũt, non ſine dãno maximo, etiãſi id non ſtatim appareat. Nam, vt optimè Syrenus Abbas apud Caſſianum, *toties quis à cella fuerit egreſſus & ad eam reuerſus, velut nouus in ea & incipiens habitator titubabit atque turbabitur. Illam namque quam in cella reſidens acquiſiuerat attentionem animi ſi fuerit relaxata, recuperare rurſus non ſine labore poterit ac dolore.*

28. Tum Superiores ſolliciti ſint vt qua proportione iuuenes creſcunt ætate & fiunt apti ad conuerſandum cum ſecularibus ac diuerſis exercitiis vacare incipiunt ad extra, eos retineant vel reuocent quantùm fieri poteſt ad ſemetipſos, & ad ſuas proprias Cellulas. Inculcent ipſis frequenter nullum vnquam fore verum Carmelitã quam qui ſolitudinem amare & colere ſtatuerit; eiuſque perfectionem ab amore & ſtudio quo ardet erga ſolitudinem multo magis metiendam eſſe, quas ab aliis exercitiis. Moneant eos pariter vt attendant quod cum ex omnibus ordinibus mendicantibus nullus ſit qui tam exactè aſtrictus ſit ſolitudini quam noſter Carmeliticus, nobis etiam ſtudendum ſit vt

multo magis ei vacemus quàm omnes alii Religioſi. Cautè ſibi timeant & proſpiciant qui valdè propenſos ſe ſentiunt ad immiſcendum ſe rebus externis, & à cultu ſolitudinis abhorrent; cum à vero profectionis ſuæ tramite eos aberrare certum ſit, & præcipua Reformationis noſtræ nota carere.

CAP. XXIX.

Occupatio aſsidua intra Clauſtra ſingulis ſtudioſè Præbenda, aliud optimum ac neceſſarium profectui ſpirituali promouendo remedium.

1. CEllulæ quidem habitatio optimum eſt & vniuerſale ſupra notatis defectibus remedium; ſed necdum ſufficit niſi propoſita hic exercitatio & occupatio legitima ei adjungatur: quæ etiam eo magis opportuna haberi debet, quò ſatisfacere videtur votis venerabilis Hugonis, qui ſapienter quondam exclamabat, *Monachi ſibi clauſtra faciunt quibus homo exterior teneri poßit; ſed vtinam clauſtra facerent quibus homo interior ordinate teneretur.* Certè rectè ſentiebat non ſufficere vt corpus intra Monaſteriorum clauſtra concludatur niſi mens quoque in corpore concluſa ſuos habeat cancellos quibus contineatur, & in rebus vtilibus occupetur. *Qui enim*, vt optime Gregorius magnus *corpore remotus viuit, ſed tumultibus conuerſationis humanæ terrenorum deſideriorum cogitatione ſe infert, non eſt in ſolitudine.*

2. Et verò licet ex mente Diui Bernardi, *Solitudo & ſtabilis perſeuerantia in ea ſit bonorum omnium officina*; quia tamen eſt valdè obnoxia otioſitati quæ ex eodem Bernardo *eſt omnium tentationum, cogitationum malarum & inutilium ſentina, atque virtutū omnium nouerca*; Propterea cautè attendere debent Cœnobitæ ne dum ad illius commoda aſpirant, in iſtius poſterioris damna incidant. Et quidem eo ſtudioſius à cœtibus Religioſis arcendum eſt otium, quo pleriſque mundanæ ſapientiæ ſectatoribus perſuaſum eſt clauſtra Monachorum non niſi deſidum & melancholicorum eſſe receptacula; ignauiæ & puſilanimitatis palæſtras exiſtere, non verò laboris & ſtrenuę exercitationis, aut quæ ad ſummum à grauioribus & ſeriis occupationibus, quæ optima ingenia & viros cordatos decent, longè diſtet.

3. At hic propterea aduertendum eſt cum Petrarcha, *otij duas eſſe ſpecies, operoſi alteram in requiem laborantis ac circa honeſta ſtudia ſolliciti, quo nihil eſt dulcius, Alteram inertis & languidi ſolam requiem complexi, quo nihil fœdius, nil ſimilius eſt ſepulchro. De primo, magna ſæpè opera & mundo vtilia, & ſuis Authoribus glorioſa procedunt: de ſecundo autem nihil vnquam niſi inglorioſus torpor ac marcidus. Primùm illud ritè Philoſophantibus; hoc ſecundum Pigris, ventri ſomnoque deditis perſpectum.*

4. Eſto igitur Monachorum vita dici poſſit otioſa; at non poſterioris iſtius generis ratione, ſed prioris. Otia ſi vocanda ſunt, & quidem bene, Religioſorum exercitia; certè otioſa non ſunt, ſed negotioſa; non à naturæ puſillanimitate, ſed à generoſa ſui ipſius abnegatione ſeu poſſeſſione ſuſcepta: non animi leuitate vel debilitate ſibi præſcripta, ſed à Diuino flamine cœlitus inſpirata, itaut apte de iis dici poſſit quod olim Poëta, *Deus nobis hæc otia fecit*. Et benè quidem

cum

Digitized by Google

121

cùm de iis ſint quæ ex mente Senecæ inter Deos agi-tur, & Deos faciunt. Demum otia ſunt; ſed quæ continuam eamque nobiliſſimam habent in quiete occupationem, ſibi ſcilicet, & Deo vacare. Nam, vt optime Bernardus, *otioſum non eſt vacare Deo, immò negotium negotiorum hoc eſt, quod quicumque in cella non agit fideliter & feruenter, quodcumque agit, quod propter hoc non agit; ſcilicet vt Deo ſeruiatur, in eo quod agit, otiatur.*

5. Cùm igitur tota Religioſi vita, immò & dierum eius ſingulorum curſus ad laudes Dei pſallendas, ad meditandum in lege Domini, ad Scripturæ ſacræ lectionē, & diuerſarum ſcientiarū ſtudiū, vel ad aliquod aliud ſiue mentis ſiue corporis exercitiū per obedientiam & pro maiori Dei gloria ſuſceptū deſtinatus ſit in integrum, atque per horas ordinatus; tantùm abeſt vt Religioſorum vita credi & vocari debeat otioſa; quin de iis propriè dicendū eſt cùm Pſalmiſta regio, *& dies pleni inuenientur in eis.* Tantùm abeſt vt leuitati animi aut ſtoliditati aſcribi debeat vitæ iſtius generis electio; ſummæ & veræ prudentiæ actus eſt: qui enim ſapit, ſibi ſapit, & quidem in re omnium grauiſſima nempe animæ ſuæ ſalute operanda. Qui aliis laborat, ſibi præ aliis & pro æternitate laborare debet; quod faciunt Religioſi.

6. Verùm quia duo illa otii genera cognationem quandam habent inter ſe; eò facilius eſt ex illo ſalutifero ad aliud pernicioſum declinare, quò ex mente Caſſiani, *Spiritus deſidia ſolet maximè Monachos infeſtare, vt paulatim protracti è cella actus ſuæ profeſſionis incipiant obliuiſci.* Nec mirùm, quia cùm pleraque illorum exercitia ſpiritualia ſint; quibus mens humana attendere nequit perpetuò, & à quibus etiam præ tædio ſæpe abhorret; hinc fit vt ſæpè aut nihil agant, aut

aliud agant; ita vt ſi vita illorum dicenda non ſit ſemper otioſa, eſt ſaltem deſidioſa: cùm plerumque teratur in futili occupatione quæ ſæpius pura otioſitate peior eſt. Sicque vniuerſa quæ tùm ex ſolitudine non benè obſeruata, tùm ex pigritia & otioſitate prouenire damna referunt Patres, ſimul occurrunt & ad Religionis perniciem concurrunt.

7. Inde eſt igitur vt maxima cura adhibenda ſit ad damnabilem illam peſtem è clauſtris noſtris eijciendam, neque aptius ad id medium adhiberi debet, quam vt ſingulis vel à Superioribus præſcribatur, vel à ſeipſis ex eorum nutu ſeligatur aliquod exercitium domeſticum, quo aſſidue occupentur extra communes Regularitatis actus, itaut nullo tempore vacent ab opere. Et verò illud ipſum remedium eò magis debet eſſe nobis acceptum, quò Regula noſtra illud nobis præbet, atquè D. Pauli Doctrina & exemplo plurimum commendat, *Faciendum eſt vobis*, inquit, *aliquid operis, vt vos ſemper diabolus inueniat occupatos: ne ex otioſitate veſtra aliquem intrandi aditum ad animas veſtras valeat inuenire.* Vnde Caſſianus poſtquam mala plurima & grauia quæ ex otioſitate prouenire ſolent recenſuit, ſic egregie & ad rem noſtram optimè. *Cauſas tantorum vlcerum, quæ de radice otioſitatis emergunt, vno laboris ſalutari præcepto curauit Apoſtolus, vt peritiſſimus medicorum cæteras quoque valetudines malas eodem ceſpite pullulantes ſciens protinus extinguendas, origine morbi principalis extincta.*

8. Meum igitur conſilium ſit, vt qui religioſè, ſtrictè, ac tùm ad propriam tùm ad aliorum ſatisfactionem viuere deſiderat, nullos ſumptus quam temporis pretioſiores exiſtimet: quod etiam vt legitime expendat, quantum permittitur ex communibus Regularis diſciplinæ legibus, quibus in primis parere neceſſe eſt, diem patiatur in operas pro nutu & guſtu ſuo, ſuæ ta-

Digitized by Google

men conditioni congruas & vtiles, quibus ſtatis horis incumbere ſtatuat infallibiliter quantum fieri poteſt, ſicut à plerìſque doctiſſimis æque ac piiſſimis viris ſæpe factum legimus: ita enim abſque tædio fluit tempus, atque cum iucunditate & fructu ex continuatione eiuſdem operationis conſumitur.

9. Quia verò magis aptum & conueniens inſtituto noſtro exercitium eſt ſtudium ſcientiarum, ſine quo, vt benè quondam aiebat vir ſapiens *otium mors eſt, & ſolitudo viui hominis ſepultura*; ei præ cæteris vnuſquiſque è Clericis incumbere debet, & operam ſuam collocare. Vnde curandum eſt & maturè prouidendum vt non admittãtur ad habitũ & vota apud nos emittenda in ſtatu Clericorum, quam qui apparent idonei ad ſcientias, & ad ſtudia iis acquirendis neceſſaria ſatis propenſi: quamuis enim quotidianum & præcipuum cuiuſlibet Religioſi apud nos exercitium ſit Officii Diuini celebratio in Choro, frequens meditatio, librorum piorum lectio, & communibus vitæ Regularis actibus aſſiſtentia, in quibus etiam pars maxima noſtri temporis conſumitur; quia tamen naturæ noſtræ conditio facit, vt plerumque etiam feruentioribus exercitia illa tædium generent; ſola propriè, vt & ſit communiter, ſtudiorum alterna interpoſitio ſolari poteſt animum & recreare. Et verò continuo conſtat experimento vt qui humana tam intra quam extra vitant quantum decet conſortia, & ſcientiarum allecti ſtudio degunt in ſolitudine quando & quamdiu eis licet; vitam ducunt valdè quietam, ſibi ſuauem, omnibus gratam, atque ſtatui ſuo valdè conformem.

10. Vnum eſt cui hac in re proſpiciendum eſt, nempe vt iuxta ſapientis Senecæ conſilium deſultoria fugienda ſint ſtudia, ſcilicet ea quæ abſque vllo fine particulari & ordine; non rectæ rationis ductu, ſed hu-

moris moroſitate & impulſu fiunt. Videlicet cùm quis per ſaltus & alternas vices libros quoſcumque ſibi obuios legit; plures aggreditur & tentat materias, nulli inhæret. De omnibus ſe aliquid vel legiſſe vel audiuiſſe probat, & nihil perfectè tenet. Multa ſe ſcire profitetur, ſed vt non niſi leuiter ſcientiis tinctus, ita non niſi ſciolus habendus eſt; vnde nullos etiam fructus nec ad ſuam propriam ſatisfactionem, nec ad Religionis honorem eiuſmodi virum reportare contingit. Ideò expedit vt quicũque prurigine illa & animi leuitate laborat diuerſas percurrendi materias, eam comprimat & ingenium ſuum applicet ad ſcientiam aliquam præcipuè excolendam, vel materiam ſeligat particularem cui diſcutiendæ tempus vacuum impendat.

11. Selectus ille ſcientiæ vel materiæ fieri debet ab vnoquoque reſpectiuè ad Officium ſeu munus ad quod magis aptus exiſtit, & cui exequendo vel actu applicatus eſt, vel ad quod ſe quaſi deſtinatum ſentit; vel à Superioribus magis occuppandũ eſſe præuidet, vt eo in munere ſe amplius perficiat: quale eſt, verbi gratia, Concionatoris, Confeſſarii, in Philoſophia & Theologia Regentis munus. Qui etiam ad res Aſceticas & vitæ interioris exercitia magis propenſi ſunt, peruoluere debẽt aſſiduè libros qui de ſibi competente materia tractant: ſinguli adhærentes etiam quantùm fieri poteſt, ordini ſtudiorum quem ſupra propoſuimus, niſi aliud ſuadeat ſingulorum peritia, vel magis eruditi & experti viri conſilium.

12. Quia verò ſæpè contingit vt Religioſi quidam ſiue rerum bene gerendarum peritia qua ſufficienter ſunt prædìti, ſiue dicendi facultate, ſiue doctrinæ profunditate ac ſubtilitate, ſiue ſcita vrbanitate ad conuerſationem requiſita, Religioni ſuæ poſſunt mul-

Digitized by Google

ſum inſeruire, ac decus illius illuſtrare, qui tamen ignauo cum ſint animo, nec ſeipſis ſat bene vti ſciant nihil de iis exequuntur; neceſſe eſt vt Superiores eos determinent ac applicent exercitio ad quod videntur magis apti, ne otioſi & inutiles toto vitæ ſuæ tempore remaneant, ſintque de operariis illis de quibus in Euangelio, qui tota die otioſi erant, quia à nemine conducebantur.

13. Neque verò expectandum eſt vt plures ex iis proprio motu ad aliqua priuata ex ſupradictis vel aliis opera ſe determinẽt & accingant; Alij enim natura ſua molles, laxi, & nimis remiſſi effugiunt laborem quantũ poſſunt, nec ab eo quaſi innato ſibi humore recedere queunt, niſi acriter excitentur, & quaſi ſtimulis vrgeantur. Alii natura ſua ſat faciles, ſed nimium ſui amantes, religioni ducunt ad illa priuata munia ſe accingere, niſi à Superioribus ex obedientia eis actu applicentur: & vt voluntatem eorum & mandata præſtolantur, (quamquam aliàs vel ſatis expreſsè vel ſaltem interpretatiuè conſtat eis de eorum intentione) tunc ex pura, vt credi volunt, animi demiſſione imperata exequuntur. Hoc in caſu Superiores vtrorumque genio ſe aliquo modo accommodantes, ac eorum ſatisfactioni in quantum licet, conſulentes, prudenter attendere debẽt ad aptitudinem & propenſionem ſingulorum, vt congruam eorum dotibus materiam ſuppeditent, quò talenta ſua in eis impendant cum fructu.

14. Duo verò alia è contrario ſæpè accidunt, quibus neceſſe eſt etiam modum adhibere: aliqui enim vana quadam præſumptione elati ad varia munia ſe aptos exiſtimant, & ea ſibi demandari vehementer deſiderant, quibus tamen eos non decet applicare propter Religionis honorem & vtilitatem. Nempè quia licet dotibus ingenij præditi ſint, & talentis naturæ gau-

deant ſatis bonis; aliundè non ea pollent prudentia & morum integritate quæ decet viros Religioſos, & quę elucere debet iis in muniis quæ appetunt. Cui rei Superiores debent ſummopere attendere, nec vnquam ex nimia complacentia, importunitate aut reſpectu humano aſſentire vt eiuſmodi functionibus vacent: ſed ſuauiter monendi ſunt de ſuis defectibus atque aliis in exercitiis retinendi, quibus abſque vllo periculo applicari poſſint.

15. Aduenit etiam frequentius vt alii per ſe ſua ſibi munia ſtatuant & exercitia quibus incumbant, Superiorum tamen accedente conſenſu & inſtitutionis ſeruato ordine in quibus ſat bene verſantur, ita tamen vt ad aliud quidpiam agendum vix aut rarò poſſint adduci. Alii animum vireſque omnes ad conciones appellunt, totique huic vno ſtudio intenti, totum in eo tempus conſumunt, nec aliis muniis in Religione conſuetis, licet plerũque magna vrgeat neceſſitas, vacare volunt. Alii confeſſionibus ſecularium excipiendis, alii externis tractandis negotiis, alii inuiſendis & excolendis amicis, alii ſtudiis ſuis priuatis ita incumbunt vt ad quaſlibet alias Religionis exercitationes accedere renuant. Fratres etiam ipſi Laici vna arte vel officio vno ita defungi plerumque ſtatuunt, vt ab eo vel tantillum recedere, iubente etiam Superiore vel neceſſitate vrgente, ad alia munia gerenda adduci vix poſſint: nempè quia, vt aiunt omnes, *pluribus intentus minor eſt ad ſingula ſenſus:* timentque nè ex nimia facilitate accingendi ſe ad quæcumque opera obuia, nimis grauentur.

16. Certè ex huiuſmodi geniis & laboribus multum plus damni plerũmque quam emolumenti Religioni obuenit: quippe opera ſunt puræ naturæ & non gratiæ: propriæ voluntatis actus, non obedientiæ: motus ſunt

animi ſui nimium amantis, & bonum commune non zelantis; ſibi multum complacentis & ſatisfacientis; at ſuæ Religioni minus bene inſeruientis. Eorum vero operum vèl omnino interrumpendus eſt curſus, maximè quando diſciplina Regularis & vitæ communis ſtatus damnum inde patitur; vel certè modus ita adhibendus eſt, vt nulli ex iis qui ſuis exercitiis ſic addicti ſunt, ita iis adhæreant, quin prompti ſint ad quodlibet munus ex obedientia iniunctum perfectè adimplendum: qua in re vigorem ac fortitudinem ita adhibere debent Superiores, vt reluctantes acriter puniant, & ab illis exercitiis, ſi neceſſe fuerit, amoueant; licet forſan aliquod inde detrimentum temporale, vel in bonis, vel in fama Conuentui debeat obuenire. Satius enim eſt rerum iſtarum iacturam pati, quam diſciplinæ Regularis & obſeruantiæ Religioſæ ruinā experiri.

17. Magna tamen cum prudentia & dexteritate hac in re procedendum eſt; ſedulò attendenda cuiuſlibet facultas; tam animi quam corporis ſuſpiciendæ dotes; locorum etiam & temporum examinandæ circunſtantiæ, vt ſicut non omnia poſſumus omnes; ita non omnia deſiderentur ab omnibus, ſed congruè & prout exigit ratio ſinguli occupentur. Si ergo quiſpiam, verbi gratia, ad cantum ineptus, in ſcientias aut conciones aptiùs incumbit: ſi quis nec ad cantum, nec ad ſcientias nec ad conciones idoneus, Charitatis Officia inter ſeculares obire ſoleat, aut valeat ea morum integritate & animi prudentia quæ decet; non eſt ab iis ad quæ propendet & magis aptus eſt muniis traducendus ad quæ à natura eſt minus bene comparatus. Naturæ bonæ bonis affectionibus liberaliter obſecundandum eſt: nihil enim magni fit inuita, vt aiunt, minerua. Perfectarum duntaxat & grandium eſt animarum reluctantem naturam ſic ad actus cogere, vt in

eos proprio pondere ferri videatur; quæ tanta fortitudo temerè à quolibet exigitur. Quare eo moderamine ita temperandæ ſunt propenſiones illæ, vt proprium in obiectum ire, atque circa illud verſari permittantur, ſed abſque nimia tenacitate, cum perfecta animi demiſſione & continua propriæ voluntatis abnegatione, iuxta id quod ordinatum fuerit à Superiore.

18. Aliud ſupereſt maxima conſideratione dignum, nempè quod viris pleriſque eximia quadam facultate præditis, ſiue ex leuitate animi & naturæ inconſtantia, ſiuè ex aliis circunſtantiis tædium ex iiſdem diu prorogatis exercitiis generatur, atque ad alias occupationes conquirendas facilè inducuntur. Et verò vt cibus ſemper idem, quamuis valdè exquiſitus, fit tandē inſulſus; ita exercitium quodlibet, licet præclarum, diu continuatum faſtidium generat & velut nauſeam parit: præſertim quandò viri illi in iis occupati nimiū ſupra ſe reflexi alia ſuſpiciunt munia ex quibus minus ad intra ſeruitutis & laboris, plus verò ad extra honoris & quietis expectant: tuncque ea ad quæ ſunt maximè idonei, abiiciunt exercitia, vt alia amplectantur. Vnde euenit vt ſic diuiſi in varia ſtudia & officia nullius perfectionem plerùmque aſſequantur, ac proindè nihil vnquam aut ſibi laude dignum, aut Religioni glorioſum effecturi ſunt.

19. Conuenit equidem vt qui ad officia domeſtica, aut negotia externa gerenda applicati fuerint, ſi ſe in eis ritè geſſerint, diutius etiam in eis retineantur, in quantùm leges noſtræ permittunt, quò amplius in eis perficiantur, & maiori cum fructu ea exequantur; ſed præcipuè quatuor ſunt Officiorum genera in quibus id magis exequendum eſſe videtur, nempè Nouitiorum & Seminariſtarum Magiſtri: Philoſophiæ ac Theologiæ Regentium, Prouinciæ & Conuentuum Procuratoris,

toris,

toris, & Concionatorum quibus etiam facile adderem, Priorum munus, niſi graues aliundè rationes eaſdem perſonas ijſdem in officiis & locis perpetuò continuandas eſſe diſſuaderent. Cum enim eiuſmodi officia ſeu munia non niſi longo vſu & diutina experientia perfici conſtet, eaque Religionis non minus decori quam vtilitati conducant; decet vt qui ad ea rite exercenda tùm à natura, tùm à gratia eximiè cõparati ſunt, in eis diù, quantùm fieri poteſt, detineantur.

20. Satis verò patet quantùm hallucinentur qui talentis illis inſigniter præditi, & honorificis illis muniis applicati, prælaturas appetunt, & eas præferunt functionibus illis. Non attendunt quod longè præſtat officium aliquod ſeu dignitatem per ſe obtinere, & ex propriis meritis poſſidere, quam dependenter ab arbitrio turbæ eam conſequi. In his fortuna, quæ cæca eſt, ſæpiſſime ludit & errat; in illis diuina interuenit Prouidentia quæ naturæ & gratiæ dotes elargitur, quibus qui iis donatur bene vtens, ſoli Deo & ſibi debet quod poſſidet. In his ingenii ſæpius moroſitas, & plurium in idem conſentientium voluntas muniorũ fit diſtributrix, & quidem aliquando valdè iniqua; in illis ſola virtus eſt ſibi meriti conciliatrix & eiuſdem præmium & corona. In his electores ſeu Officiorum largitores ſeipſos frequenter inſpiciunt, & ſuis magis ſtudent commodis interuire quam alteri perſonæ fauere: ſæpius enim alicuius emolumenti, aut alterius rei prophanæ intuitu in alicuius electionem conueniunt; cùm illi non niſi ſuffragante eximia facultate qua ſunt præditi munia ſua poſſideant, & cum dignitate adminiſtrent.

21. Præterea, cùm illi paucos habeant ſocios & æquales in adminiſtratione ſuorum Officiorum quæ etiam de ſe eximiam vel ſcientiæ vel pietatis peritiam

exigunt; iſti deueniunt non tantum ſocij plurium ad prælaturæ officia ſatis ineptorum; ſed & ſæpè fiunt illis inferiores ſiue ob defectum talentorum ad regimen requiſitorum, ſibi forſan ad ea non tam abundanter conceſſorũ, ſiue ob ſortem in incapaces ſæpè incidentem. Demùm illi quando vt plerumque fit, officio ſuo dignè ſatisfacere conantur, non niſi laudem ac nominis ſui commendationem tùm apud diſcipulos, tùm apud inſignes viros in dies maiorem acquirunt, abſque vllo conſcientiæ qui eos remordeat ſcrupulo & anxietate; hi verò etſi curas & labores maximos inpendant ad prouidendũ ſuis ſubditis de rebus omnibus; vix aut raro eis plenè ſatisſacere contingit, ac laudem de ſua adminiſtratione reportare, quod triſtitię ac mœſtitudinis iuſtũ eis præbet argumẽtum. ſed quod peius eſt, & maximè conſiderandum, manent obnoxii ad reddendã rationem de eorum anima, & ad ſeueriſſimum hanc ob rem ſubeundum Dei iudicium.

22.° Porrò etſi omnia iſta de Sacerdotibus & Clericis maximè intelligenda ſint; de Laicis quoque noſtris proportionaliter ſunt capienda. Hi enim cùm plerùmque non niſi aliqua arte inſtructi admittantur apud nos, aut officio alicui apti; eius pariter exercitio aſſiduè quantum fieri poteſt, aplicandi ſunt & in eo diù retinendi; & quidem eò accuratius quò plures ex illis ab opificio ſuo diſtracti, maximè ſi aliquo modo vile ſit vel magni laboris, puta coqui, Sartoris, Sutoris, Latomi, toreutis Lignarii, Hortulani, & aliorum ſimilium, ad illud non niſi vix & rarò reduci poſſe frequenti experientia compertum eſt.

23. Etſi multi è fratribus Laicis quos hactenus in noſtra Reformatione admiſimus, non vilis fuerint cõditionis, ſed alii Nobiles, alii ex Ciuium & optimatũ proſapia orti, alii liberalibus artibus vel exercitiis ho-

12

norificis dediti: puta vſus forenſis, Pictoris, Chirurgi, Pharmacopolę, Organorum fabricatoris ſeu pulſatoris, & ſimiliū, qui ex ardenti deſiderio ſalutis animæ ſuæ intra clauſtra ſecurius conſequendæ cauſa, Laicorum apud nos, cùm ſcientiis non eſſent imbuti; vitam agere ſtatuerunt; plerique tamen alii nonniſi ex labore manuum ſuarum ſibi neceſſaria ad vitam comparare ſoliti erant in ſeculo, quæ fortaſſe etiam nonniſi modicè & ſatis tenuiter conſequebantur.

24. Indè verò fit vt cùm quæ ad victum & veſtitum neceſſaria ſunt, ſatis abundãter & honeſtè, & quidem æqualiter omnibus tam Laicis quam Clericis ac Superioribus à Religione ſubminiſtrentur, ij priſtinæ conditionis ſuæ obliti, ac præſentis quam in Religione tenent quaſi pertæſi, à labore quantū poſſunt ſe eximentes, vitam ducunt inertem, lautè quantum poſſunt bibunt & comedunt; non aliam quã ventris curam habere videntur maiorem, vnde fiunt toti carnales, delicati, intemperantes, inſolentes, ſcandaloſi, odioſi, intolerabiles. Ii igitur maximè coërcendi ſunt & continuò occupandi in exercitio ad quod ſunt magis apti, nec permittendum vt vlli ſeculares iis otiantibus aduocentur ad peragenda munia quæ obire poſſunt: & quidem maturè ad id cõpellendi ſunt, atque cum ſeueritate in quantùm opus eſt, ad aliquam operationem adigendi, iuxta iſtos Regulæ noſtræ terminos, *ſi quis non vult operari non manducet*, ieiuniis integris & frequenti priuatione vini & aliis pœnitentiæ exercitiis eis iniunctis.

25. Demum aduertendum eſt quòd quem ordinem ac diſpoſitionem Diuina Prouidentia præſtituit in corpore humano ad eius perfectionem & iugem conſiſtentiam, eandem adhibet proportione ſeruata, ad ſingularum congregationum ſeu familiarum cœnobi-

ticarũ quæ inſtar cuiuſdamr coporis Myſtici ſe habent perſiſtentiam. Vnde ſicut in corpore humano multa & diuerſa ſunt membra dignitate & operatione differentia, ita tamen ſibi inuicem & toti cuius ſunt partes neceſſaria, vt nullum ceſſare poſſit à ſuo exercitio, abſque aliorum communi damno; ſed & per mutuam quā ſibi præſtant opem & per aſſiduam ſuis in operationibus perſeuerantiam corpus ſtat firmum, integrum & perfectum; *ita totum corpus*, myſticum ſingulorum cœtuum, vt verbis ſicut & ipſamet comparatione D. Pauli vtar, *compactum & connexum per omnem iuncturam ſubminiſtrationis ſecundum operationem in menſuram vnius cuiuſque membri augmentum corporis facit in ædificationem in Charitate.*

26. Reſtat igitur vt ſicut vnicuique Deus in Cœtibus Religioſis diuidit ſingulis prout vult talenta & facultates ad operandum; ita quod ſibi munus conceſſum eſt à Prouidentia Diuina, vel ex obedientia diuerſis temporibus iniunctum, fideliter conſtanterque exequatur. Quiſque ſua ſorte contentus ſit, nec alteri inuideat. Quam quiſque Spartam nactus fuerit, hanc exornet. Nullus inquietè ambulet nihil operando, ſed omnes ſedulò ad opus ſe accingant ad quod ſunt deſtinati; ſic enim fiet vt cum vnuſquiſque fuerit legitimè & continuò occupatus nullum aditum ad animas diabolus inuenire valeat; vbique virtutis exercitium vigebit, pax & tranquillitas inter omnes ſubſiſtet, ac in vtroque ſpiritu Religio ac Reformatio florebit.

Digitized by Google

127

CAP. XXX.

Qua ratione in ſtatuendis prælaturæ muneribus procedendum, vt Religio optimè adminiſtretur.

1. CVm certum ſit à recta Regiminis Superiorum ratione, totius Ordinis & Reformationis vigorem, decus & diutinam conſeruationem quaſi à ſolo aut ſaltem præcipuo principio pendere; ad eam pariter inter nos optimè inſtituendam ſtudium & omnem ſuam induſtriam ſtatim ab initio adhibendam eſſe cenſuerunt obſeruantiæ noſtræ Authores. Et quia vniuerſa Regiminis ratiò in tribus maximè conſiſtit, Primò quidem in electione ſeu inſtitutione Superiorum: Secundò, in Officiorum ipſis creditorum adminiſtratione: Tertiò, in obedientia ritè à ſubditis præſtanda, ad quæ reſpectiuè capita certas leges & conſilia nobis tradiderunt; ea hic proponenda eſſe duxi, ac ad maiorem elucidationem tribus in ſequentibus capitibus ſigillatim explicare ſtatui, vt ad praxim pariter à Reformationis noſtræ ſectatoribus reducantur.

2. Vt igitur Superiorum inſtitutio eſt quaſi ianua & prima ad Regimen ſpectans diſpoſitio, ab ea hic à nobis exordiendum eſſe conuenit, & conſiderandum in primis, quod cùm edoceamur ab Apoſtolo, quod non eſt poteſtas niſi à Deo, moneatque Regula noſtra quod in cuiuſlibet Superioris inter nos conſtituti perſona, *non tam ipſum cogitare debemus quam Chriſtum qui poſuit illum ſuper capita noſtra*; eius ideò electionem

plus Diuinum opus quàm humanum arbitramur, deumque eiuſmodi inſtitutionis verum eſſe Authorem, nos verò eius tantummodo miniſtros exiſtimamus.

3. Hoc nixi fundamento, vbi procedendum eſt ad electionem Superiorum, idoneos quantum fieri poteſt huius tam ſancti operis miniſtros nos exhibere adnitentes, conſummationem eius Deo inſtanter quantùm poſſumus, commendamus; frequentiores & ſpeciales eum in finem preces fundimus; mentis recollectioni cum ſilentio accuratius vacamus; multa item pià alia opera ſingulis in Conuentibus antè & temporum electione perſoluimus, vt Diuino ſpiritu mentes noſtras illuminante & dirigente rem tanti momenti ea quæ decet puritate & ſanctimonia perficiamus.

4. Vt ſolemni tenemur iuramento in procinctu cuiuſlibet electionis ad officia curam animarum habentia verbo & ſcripto publicè faciendo, eum eligere quē ſecundùm Deum & conſcientiam ſuam quiſque iudicat eſſe magis probum & idoneum ad munus cui prouidendum eſt; omnibus & ſingulis ſummopere commendatum eſſe volumus, vt cautè attendant ne decepti aliquo errore agant contra dictamen conſcientiæ ſuæ, & à Religionis intentione nobis hac in re ſatis euidenter ſignificata aberrent: teneantque pro certo quod probitas illa & idoneitas requiſita in perſona eligibili referenda eſt non ad eas quas ſibi fingit pro arbitrio ſuo aptitudines, ſed ad dotes corporis & animæ, maximè verò ad habitus virtutum quæ ſunt magis neceſſariæ ad bonum reginem animarum, & ad conditiones requiſitas tàm in Canonibus Eccleſiæ quàm in ſtatutis Reformationis.

5. Hinc eſt etiam vt moniti ſimus nè ſub conſcientiæ piaculo quempiam vel eligamus, vel alia via inſtituamus ſuperiorem de cuius maiori probitate & ido-

neitate, certam quantùm fieri poteſt, aut ſaltem ſufficientem non habeamus notitiam: Itaut qui nihil aut parùm de hac re curans ad aliquem eligendum moueretur affectu purè naturali proueniente ex beneficiò aliquo ab eò recepto: veluti quia ad Nouitiatum aut profeſſionem ab eo fuerit admiſſus; quia eius in ſeminario magiſter, aut in ſtudiis præceptor; quia de eò alia quauis ratione fuerit benè meritus: vel etiam ob ſpem alicuius priuati commodi in poſterùm ab eò conſequendi; vel demùm ipſi fauendi gratia, aut alicui eius cauſa complacendi, periurus habeatur & grauiſſima pœna ſaltem in Sacramento Pœnitentiæ plectendus.

6. Spectat maximè ad R. P. Prouincialem vt maturè conſideret & dignoſcat perſonas quæ in tota Prouincia magis aptæ ſunt & idoneæ ad gerenda Prioratuum Officia in ſingulis Conuentibus, reſpectiuè ad ea quæ pro variis circunſtantiis in eis requiſita ſunt: quas proinde perſonas nominare debet ſeu præſentare, aut tantùm inſinuare ſingulis Communitatibus vià & meliori modo quo pro ſua prudentia id faciendum eſſe iudicauerit: & vt hac in re ſecundùm Deum & conſcientiam ſuam procedere tenetur; Superiores etiam locales & Communitates eò magis id gratum habere debent & conſiliis eius adhærere, quo credere debent eum perfectam Religioſorum omnium Prouinciæ notitiã & quidẽ recentẽ habere, tũ quantùm ad mores, tũ quantũ ad aptitudinem ſingulorũ. Cõſiderare etiã debẽt Conuentuũ Gremiales quod ſicut communi fertur adagio, non omne quod lucet, aurum eſt; ita non omnis qui probus apparet, à multis plerumque defectibus & quidem grauibus, ſed non omnibus notis vacat: vnde nunquam, ſi poſſibile eſt, contra mentem R. P. Prouincialis, quandiù ſaltem de eius ſinceritate & æ-

quitate hac in re ambigendi non erit locus, vllus eſt eligendus, ne qui Conuentui alicui & Religioni valdè aptus & vtilis prior creditur, valdè incapax & ineptus inſtituatur.

7. Cauere tamen debent R. P. Prouinciales vt cùm aliquos ex iis quos ſciunt eſſe capaces præſentauerint aut nominauerint in aliquo loco vt eligantur in Priorem, non iis ita adhæreant, vt ſi ad aliquem alium æquè capacem, nec vitio vllo notabili infectum familia integra, ſeu maior ac ſanior eius pars inclinet, ipſi nimis pertinaciter & euidenter obſiſtāt in fauorem alterius ſibi forſan vinculo aliquo ſpeciali magis coniuncti: id enim ſummæ libertati qua quiſque gaudere debet in electionibus, repugnaret, & ſpiritus ſancti lumini, quod quiſque in ſe ſentire debet ac ſequi, vim obtruderet: vnde etiam murmurationes & querimonię vel etiam reſiſtentiæ à tota vel à maiori parte communitatis excitarentur in præiudicium pacis communis ac Reuerentiæ Prouincialium dignitati debitæ.

8. Immò, vt ipſi R. P. Prouinciales cohibere debent quantùm poſſunt & corrigere eos qui magna nimis cura & ſollicitudine aliorum ſuffragia conquirunt in fauorem alicuius quem ad officium Prioris aut alterius dignitatis eligi vehementer deſiderant; attendere etiam debent ne ſimilem in culpam incidant, & aliorum exprobrationi ea de cauſa ſe exponant. Quod & euenire ſolet quando etſi R. P. Prouinciales per ſeipſos id non præſtent, vtuntur opera perſonæ alicuius interpoſitæ: ſeu quando etiam nō adſunt quidem præſentes in locis vbi facienda eſt electio, ſed illuc mittunt perſonas vt induſtria aliqua ſuaui vel minis ac terroribus inducant gremiales ad eligendam certam aliquam perſonam ipſis magis gratam potius quam aliam.

9. Quia

Digitized by Google

9. Quia tamen fieri poteſt, immò ferè ſemper accidit, vt R. P. Prouinciales non ſe ita gerant niſi maioris inde boni conſequendi ſpe, vel alicuius incommodi euitandi ſtudio; ſpectat ad eos vt maturè iis prouideant & mediis congruis afferant remedium, quale verbi gratia, eſſe poteſt vt in Congregatione vltima inſtituant familias ad optatum finem conſequendum ritè diſpoſitas, vel quòd ſatius eſſet, in vltima viſitatione Conuentuum quàm antè tempus electionum facere debent, ſenſus ſuos aperiant Religioſis ſi non omnibus, ſaltem iis quos apud alios authoritate magis valere cognoſcunt, & ad maius Religionis bonum propendere, vt rei veritate perſpecta ad eam electionem ſecundum R. P. Prouincialium mentem faciendam ſuauiter concurrant.

10. Si qui particulares Religioſi tempore quo fieri debent electiones vel in Conuentibus vel in Capitulis Prouincialibus, apparerēt nimis ardentes ad aliorum beneuolentiam captandam & aucupanda ſuffragia in fauorem aliquarum perſonarū humano aliquo vinculo ſibi deuinctarum, aut quæ aliquo alio motiuo extrinſeco hac in occaſione ſibi præ aliis eſſent conſiderandæ: quique artem omnem & induſtriam adhiberēt, nullum non mouerent lapidem vt fines ſuos attingerent; habendi eſſent factioſi, partium ſectatores, turbatores & turbarum auctores, Charitatis fraternæ deſtructores, iurgiorū ſeminatores, omnis denique Religioſæ diſciplinæ in rè tanti momenti adeò requiſitæ corruptores; vnde etiam proborum omnium odium & contemptū incurrerent & quidem maiori de cauſa, ſi, quod abſit, eorū ardor & cæcus impetus eo deueniret, vt aliarum perſonarum quas ſcirent ad eadem officia conſiderari ab aliis, merita deprimerent & famam minuerēt: tunc enim inuidi, maledici & detractores ha-

bendi eſſent,ac pro qualitate delicti acriter puniendi à Superioribus, qui huiuſmodi agendi modis attendere debent diligenter, nec à Confeſſoribus niſi condigna pœnitentia eis impoſita cum reſtituendæ eis famæ onere,ſunt abſoluendi.

11. Superiores etiam locales apparere non debent nimis propenſi & ſolliciti ad procurandum vt aliquis ſibi gratus ſed non æquè pleriſque gremialibus eligatur in priorem Conuentuum quos occupant: & quamuis eius merita quæ vera eſſe forſan cognoſcunt, & cõuenientia officio de quo agitur, exponere poſſint, vt eorum conſideratione inducantur alii ad eum eligendum; id tamen non niſi maxima cum prudentia, & iuſto moderamine fieri debet, & abſque præiudicio aliorum ad quos alii inclinant. Cauentes ne appareant omninò determinati ad illum & nullum alium eligendum, & alios etiam ad eum eligendum inportunè determinare conentur. Hoc enim officere videtur libertati quæ in electionibus debet eſſe integra, & determinationi quæ à Spiritu ſancto expectari debet, quandiu ad eum finem preces ſolemnes, vt fieri ſolet,ad Diuinum numen diriguntur. Et ſi aliter fiat electio, humanum opus potius quam Diuinum vt requiritur, eam eſſe reputamus, cui per conſequens benedictionem ſuam Deus non ſit impertiturus.

12. Adeò ſatagimus vt ex pura gloriæ Dei intentione, & abſque vllo motiuo humano, in quantùm decet, fiant electiones Superiorum in Conuentibus; vt ex ſtatutorum noſtrorum lege expreſſa, nullus lector Philoſophiæ aut Theologiæ eligi poſſit in Priorem in eo Conuentu in quo actualiter legit, aut ſolum antè tres menſes lectiones ibi finiuit. Eadem de cauſa iiſdem in conſtitutionibus prohibitum eſt ne quis bis continuò in eodem Cœnobio aſſumatur in Priorem.

Digitized by Google

130

13. Attendentes etiam ad prauum quorumdam genſum qui ſemper præeſſe, nunquam verò ſubeſſe volunt: quique variis artibus protrahendæ diutius, immò & in perpetuum poſſidendæ prælaturæ media procurare ſolebant, non ſine maximo Religionis detrimento; cautè prouiſum eſt & ordinatum quod cùm aliquis per ſex annos in duobus diſtinctis locis Prioris Officio functus fuerit, vacabit deinde ſaltem per annum, niſi immediatè ad Prouincialatum aſſumatur; tunc autem eo abſoluto ſimiliter vacare tenebitur, & ſi quis contra hoc ſtatutum eligatur, eò ipſo nulla ſit talis electiò.

14. Equidem comperum eſt non modico Religioni eſſe detrimento quod qui ſtrenuè functi ſunt officio Prioris, in aliquo loco, ſuntque multo magis apti quam quilibet alii; immò nonnunquam neceſſarii videntur ad promouendum ſiue quod incœperunt opus in Conuentu, ſiue ad eius negotia pertractanda quorũ notitiam & praxim iam habent ab eius loci officio recedere debeant poſt tres annos. Incommodum etiam viſum eſt vt qui in officiis verſati ſunt per ſex annos cùm integra omnium ſatisfactione, & qui pluribus aliis aptiores ſunt ad ea adminiſtranda, ab omni officio poſt ſex annos vacare teneantur; ſed præteritorum experientia edocti, mala continuationi Officii Prioris in eodem Conuentu poſt tres annos & eiuſdem aliis in locis perpetuæ aut nimis diuturnæ permanentiæ cohærentia, quæ ſic declinamus, iudicamus maioris eſſe ponderis, atque ad Religionis conſeruationem vtilitatis, vt alia perferenda eſſe cenſeamus & præferenda aliis ex contraria praxi bonis emergentibus.

15. Si quis, quod abſit, nimis humano captus prælaturæ deſiderio, eos quibus ius eligendi competit vrbanitate, precibus, & obſequiis deuincire conaretur, & ad ſe eligendum compelleret aut ſaltem inuitaret; riſ-

ui & contemptui habendus eſt ab omnibus, velut ambitioſus, temerarius, & inuerecundus reiiciendus. Qua quidem in re maxima hactenus nobis acceſſit conſolatio, cum plurimi reperti ſint qui vel electioni ſuæ obſtiterunt, vel iam ritè factæ ex humilitate renunciauerunt.

16. Damnanus etiam atque ſpiritui gratiæ contumelioſas reputamus electiones quaſcumque quæ via Spiritus ſancti perfici debent, vbi promiſſis & pactis agitur vel inter eligentes vel inter alios qui iis ſe immiſcent, vt ille vel ille eligatur ad talem Prioratum verbi gratia, modò hic aut ille ſit officiarius, ille Supprior, ille Sacriſta, ille Procurator, &c. Vt ille vel ille Prouincialis eligatur, modò tales & tales ſint definitores, ille aſſiſtens, &c. Nec verò tales electiones carent damnabili Simoniæ vitio, vt paſſim docent Theologi Morales, (quidquid in contrarium ſubtilitatibus ſuis perſuadere ſibi velint & aliis talium actionum Authores & conſcii, in ſuæ conſcientiæ ac aliorum perniciem:) & quidem eò cautius recedendum eſt ab eiuſmodi praxi, quò rectum procedendi modum peruertit in re grauiſſima, atque ad Religionis conſeruationem magis neceſſaria, vt per ſe ſatis patet.

17. Etſi ſcientiæ ornatum, rerum gerendarum peritiam atque diuerſorum talentorum dotes exoptemus in perſonis vt aptæ ſint ad prælaturas, & cùm laude eas adminiſtrent; qui tamen charitate, humilitate atque prudētia aliis præcellere viſus fuerit, omnibus aliis ſiue in arte docendi & concionandi, ſiue ſcribendi & conuerſandi, ſiue domos politicè gubernandi & in temporalibus augendi peritiſſimis, præferendus æſtimatur.

18. Has verò alias, præ cæteris, dotes requirimus tanquam præuias diſpoſitiones ſeu conditiones neceſ-

ſarias ad prælaturæ munia poſſidenda & ritè exercenda. quas tùm ex iure communi, tùm ex ſtatutis noſtris collectas compendiosè hic adnoto. Qui igitur ad prælaturę munia nominandus erit & eligendus, Religioſæ inprimis diſciplinæ ac Regularis obſeruantiæ zelator ſit & ſtudioſus obſeruator: præcipuè verò quæ in ſtatutis de oratione mentali, ſilentio, ieiuniis, Capitulo culparum, aliiſque exercitiis Regularibus piè & religiose ſancita ſunt, omnia & ſingula ipſe per ſe obſeruet ad vnguem, obſeruarique faciat. Propterea que communibus actibus chori, Capituli & Refectorii vigilanter interſit, nec aliquid ſingulare pro victu & veſtitu habeat. Itaut qui vel ob infirmitatem habitualem, & multo magis ob prauam conſuetudinem ſolitus non eſt ducere vitam communem vel non ſit eligendus, vel nulla ſit eius electio.

19. Reſideat perſeueranter in Conuentu ſibi commiſſo, nec externis ſe implicet negotiis quæ cum ſpatio temporis ſat notabili à Conuentu abeſſe cogant, & Religioſorum ſuorum curæ vacare prohiberent. Vnde licet in arte concionandi, ſit peritus & multis in locis deſideratus; ipſi non licet tempore Aduentus & Quadrageſimæ abeſſe à ſuo Conuentu pro habendis concionibus, abſque graui cauſa à R. Patre Prouinciali approbata, & licentia eius obtenta. Immò qui reſidens in Conuentu huc illucque diuagari ſolet, deponendus eſt ab officio.

20. Potiſſima eius cura verſari debet circa ſpiritualem profectum ſuorum ſubditorum, quos propterea ad ſe ſæpè aduocare tenetur & ſemel ſaltem ſingulis menſibus in propriis cameris viſitare, ſuauiter & benignè cum eis tractando de ſuo ſtatu ſpirituali quos anxios repererit aut triſtes conſoletur, pigros ac deſides ad munia ſua excitet; ſi qui etiam inquieti ſint & forte à

ſe parum auerſi, Charitate paterna præueniat, & quaſi maternæ dilectionis ſinum eis aperiat. Demùm ad perfectam ſui abnegationem, virtutis ac perfectionis ſtudium adhortetur: propter eaque decet vt in virtutum omnium exercitiis valdè verſatus ſit, & in rerum ſpiritualium ſcientia ſufficienter inſtructus.

21. Vt iuxta Sapientis monitum *nullus fieri debet iudex qui non valeat fortitudine diſrumpere iniquitatem*; ita qui apud nos Superioris locum obtinet, cuius eſt ad ſingulos ſibi ſubditos attendere & actiones eorum diiudicare, ea animi firmitate pollere debet qua defectus ſingulorum & culpas corrigere valeat efficaciter, atque aberrantes ad rectum virtutis tramitem reducere: propterea præſcriptis hunc ad finem mediis eum vti oportet accuratè. Itaut qui cõſueuerit hanc praxim frequenter obmittere, ſubditis ſuis nimium indulgendo, eorum culpas tolerando aut diſſimulando, ad Regimen animarum in qua Superioris Officium maximè conſiſtit, ineptus eſt habendus, & minimè eligendus.

22. Rerum etiam temporalium adminiſtrationem ſatis perfectè callere debet, tùm vt per ſeipſum, tùm per Officiarios Conuentus opportunè prouideat de neceſſariis ad vitæ ſuſtentionem, & ad optimum rerum aliarum ſtatum. Qui verò in rei temporariæ œconomia ac iuſta bonorum adminiſtratione non ſatis benè verſatus creditur, eo quod aut alias debitis oneratos reliquerit Conuentus in quibus fortè Prior fuerit vel Procurator; qui ſuppellectilem conſumi, vtenſilia diſſipari & cætera mobilia deperdi viderit, nec reſtitui curauerit; officii Prioris incapax eſt habendus, nec vllo modo eligendus.

23. Quia etiam Superior præbere ſe debet miniſtrum irreprehenſibilem, & ſuæ domui benè præpo-

ſitum, omni vitio habituali ſaltem, immunis eſſe debet, maximè verò iis quæ militant contra charitatem & manſuetudinem, contra ſobrietatem & temperantiam, contra pietatem & auſteritatem: quia vt iis in rebus propriè conſiſtit honeſti cuiuſcumque viri potior conditio & apud probos commendatio; ita ex oppoſitis inter Religioſos non niſi vituperium & ſcandalum conſequitur, Superioribus quidem valdè ignominioſum, inferioribus verò valdè noxium: quia cum non minus opere quam verbo eos inſtruere debeant, non niſi eis nocere, ac bonum ſpirituale Religionis prauis ſuis exẽplis apti ſunt deſtruere: vnde nuſquam ad officia ſunt aſſumendi nec in illis tolerandi.

24. Quòd ſpectat etiam electiones Prouincialium, vltra conditiones ſeu qualitates in Prioribus localibus requiſitas quæ ad eorum electionem pariter deſiderantur, alias ipſis neceſſarias iudicamus, nempè boni communis totius Prouinciæ zelum ardentem, eius incrementi, amplificationis, ac decorationis tàm in ſpiritualibus quàm in temporalibus ſtudium maximum. Requirimus præterea vt ſint ab omni partialitate valdè alieni, nulli faueant ſiuè perſonæ ſiue Conuentui cum præiudicio aliorum: non reputẽtur fidos ſibi & nimiũ addictos habere Religioſos quos præ cæteris ad officia euehere ſtudeant, atque muniis honoratioribus decorare, dum alii adſunt iis multum digniores. Viſitationes conuentuum non perfũctoriè faciant, ſed accuratè, tam in iis quæ ſpectant bonum ſpirituale quam temporale.

25. Attendant etiam maximè ad Superiorum localium modum agendi & ſe gerendi tam intra quam extra Conuentum, & defectus eorum eò magis exactè corrigãt abſque fauore & indulgentia nimia, quo omni alio tempore extra viſitationem, cùm nullius impe-

rio præſenti ſubjecti ſint, in plures poſſunt aliquando incidere culpas, quas eorum dignitas grauiores efficit: Ideoque promptiſſimè & efficaciter ſunt corrigendæ. Aliorum etiam delicta, prout caſus exigit, efficaciter corrigāt, & ſi quod indè ſcandalum Religioni obuenerit, maiori cum ſeueritate puniāt, dētque operam vt ſi quod ſit periculum ex occaſione ad eandem culpam impellente rurſus in eam incidendi; abſque mora, & nulla habita perſonarum particularium ratione, delinquentes indè amoueantur, & in loco remoto ac ſecuro collocentur maxima cum præcautione adhibenda. Demum Paci communi præcipuè conſulāt, & ſingulorum tranquillitati in quantum fieri poteſt, nullius vel nimium ex vniuerſis Prouinciæ fratribus cura neglecta.

26. Pariter quod definitores attinet, cùm in partem ſollicitudinis negotiorum Prouinciæ aduocati ſint, & rerum communium cùm R. P. Prouinciali ſint adminiſtratores, eaſdem proinde in èis quas in Prouincialibus proportionaliter deſideramus qualitates: maximè verò prouidendum ēſt, vt licet non ſint forſan actu Superiores, ex adminiſtratis iam diuerſis officiis Prouinciæ regimen calleant, ac Religioſorum aptitudines quantum fieri poteſt agnoſcant. Propterea expedire videtur, vt ſaltem media pars eorum ex antiquioribus Superioribus ſeligatur. Aliundè etiam viri bonæ famæ ſint, nullo vitio notabili infecti, vel ſuſpecti; veritatis & æquitatis amantes, iudicio maturi, non nimium in ſuis opinionibus tenaces; ad optima quæque ſemper inclinent, maximè verò ad ea quæ diſciplinæ Regularis obſeruantiam ac perfectionis ſtudium ſpectant zelo non mediocri inardeſcant: vt in neceſſitatibus *aſcendant ex aduerſo, atque opponant murum pro domo Iſraël*, hoc eſt pro Religione, quando agitur de eius obſer-

uantia

13

nantia contra improbos aut dyſcolos protegenda.

27. Sicut igitur ad vniuerſa huiuſmodi munia nulli promouendi ſunt ex fauore & abſque conditionibus recenſitis aliiſque cuilibet congruis; ita nullius qui dotibus illis ornatus fuerit electio præpedienda eſt vel contradicenda, ſiue propter gentem & ortum, ſiue per inuidiam aut vindictam; ſiue quia qui authoritate iis in occaſionibus præualent, quoſpiam non habent gratos & acceptos, eò quod non ſibi totaliter adhæreant & ſuis voluntatibus obtemperent. Qui enim ita ſe gererent, à charitate & iuſtitia etiam Chriſtiana multùm alieni apparerent, nec tantùm perſonis iniuriam ſed & Religioni damnum maximum procrearent, cui cum ſatisfacere deberent nec forte valerent; in maximum ſalutis periculum adducerentur.

28. Etſi verò ea omnia locum habere debeant maximè in electionibus prælatorum & miniſtrorum qui ſpirituali Religionis regimini directè vel indirectè vacant; proportione etiam ſeruata obſeruanda ſunt in inſtitutione officiariorum quæ fit per electionem à gremialibus in qualibet communitate: qualia ſunt officia Supprioris, Sacriſtæ, Procuratoris. Cum enim in muniis illis politicum & œconomicum ſingulorum Conuentuum conſiſtat regimen quod cum ſpirituali maximam habet connexionem; non niſi etiam maxima cum æquitate procedendum eſt ad inſtituendas iis in officiis perſonas quæ iis ritè fungi valeant. Et ſicut fœdum eſt & ignominioſum vt qui prædictis potiuntur officiis, iis non ritè fungantur, ſiue quia ad ea inepti ſunt, ſiue quia illa aſſumunt vt eorum prætextu ſibi in multis indulgeant, nonniſi perfunctorie iis vacantes; inde etiam maximum prouenit ſingulis Conuentibus damnùm, tùm ob Superiorum hac in re non ſatis rectam intentionem ſeu complacentiam nimiam,

tùm ob gremialium hac in re incuriam, nec ſatis magnum boni communis quem ſemper habere debent zelum.

CAP. XXXI.

Quid in Superioribus noſtris & in eorum Regimine maximè deſideratur.

1. TRia ſunt præcipuè ad quæ Superiores noſtros in primis reſpicere deſideramus, vt muniis ſuis rectè fungi incipiant, deum ſcilicet, prælaturam, & ſubditos. Ad Deum quidem viuida mentis eleuatione aſſurgere debent, qua entis à ſe, & primi principii à quo poteſtas omnis deriuatur, majeſtatem agnoſcant, & authoritatis illius participationem in ſe diffuſam profunda animi demiſſione venerentur. Conſiderent etiã dignitatẽ illam non vt propriis ſuis meritis debitam, vel amicorum beneficio aut fortunę caſu ſibi obtigiſſe; ſed Diuinæ Prouidentiæ, cuius eſt temperare ſortes, munus eſſe, cui velut impoſito diuinitùs oneri ſe debeant ſubmittere.

2. Præterea altitudinem ſcientiæ & ſapientiæ Diuinæ, incomprehenſibilia iudicia eius, vias inueſtigabiles, arcanaque ſuper ſalutem animarum conſilia attentius conſiderantes, mirentur ſe Dei legatos eſſe & præfectos ad tam ſanctum opus perficiendum. Agnoſcant ſe ſupremæ poteſtatis miniſtros, Diuinæ voluntatis organa, gratiarum in animas defluentium canales: vndè impensè metuant ne Diuinorum effectus conſiliorum diſtineant, ac proindè ſe fideles & dignos Dei miniſtros exhibere ſtudeant, ſanctitatem in ſe

inſtituere ſatagentes quam aliis communicent.

3. Prælaturam deinde ſecundo intuitu conſiderantes, eam vt crucem acerbam, onus pergraue, ſuiſque viribus impar eſſe ſentiunt. Quam vt dulcem & gratam de ſe nimis præſumẽs ipſis exhibet natura; ab ea vt amara infirmitatis propriæ conſcii vehementer abhorrent: maximè verò cum attendunt ſibi eſſe impoſitam curam animarum tot perſonarum, quot authoritati ſuæ ac regimini ſunt commiſſæ. Sapienter enim aduertunt familiæ Religioſæ Regimen non præcipuè in adminiſtratione ciuilem ſocietatem, concordiam & pacem intendente, velut in Regnis, Rebuſpublicis & Ciuitatibus ſitum eſſe; ſed in ſpirituali ad finem ſupernaturalem ordinatione, in recta morum inſtitutione, in virtutum omnium exercitio, atque ſanctitatis in animas inducendæ ſtudio, cuius beneficio ſalutem æternam conſequi valeant.

4. Præterea vt ſibi quilibet ad Religionem noſtram à Carmelo Monte deriuatam denominatamque vocatus, perſuadere debet idem ſibi dictum interius quod quondam Angelus ad Loth Patriarcham, *ſalua animam tuam; ne ſtes in omni circa regione; ſed in Monte ſaluum te fac, ne & tu ſimul pereas*; ita Superiores, quorum miniſterio Deus vtitur vt eum in hanc ſanctam viam inducant, conducant & feliciter perducant, Angelorum locum tenere arbitrentur, & hac cum Angelis muneris ſocietate conuenire. Sed cùm hoc naturæ terminos tranſcendat; inde ſibi magis timendum arbitrentur, cùm ab eorum ſanctitate & peritia ſe longiſſimè diſtare agnoſcant.

5. Sed nouæ & magis acerbæ anxietatis habent argumentum, quando cogitant ſe tantam de perſonis regimini ſuo commiſſis curam habere debere, vt de animabus eorum Deo rationem reddere debeant: itant

idem verè ſibi dictum putent quod alias à quodam Propheta Regi Iſraël per Parabolam intimatũ fuiſſe Sacri referunt codices, *Cuſtodi virum iſtum, qui ſi lapſus fuerit erit anima tua pro anima illius.* Tunc exclamant cum ſponſa myſtica, præ dolore & anguſtia, *poſuerunt me cuſtodem in vineis, & non cuſtodiui vineam meam.* Vix ſufficientes mihi ſuppetunt facultates quibus animæ meæ, vineæ myſticæ, culturæ intendam, & ab ingruentibus damnis eam præſeruem; & quo modo potero aliis tam multis prouidere, & illibatas conſeruare? Non niſi leuem & plerumque valde debilem adhibeo curam ad ſalutem animæ meæ procurandam; Eh quomodo tot & tantis malè affectis aut diſpoſitis prouidere potero vt ſalutis ſuæ viam ineant.

6. Præterea, etſi diuerſas ob cauſas ſibi cæteriſque prælatis diuinum iſtud & formidandum decretum intonatum ſit, *duriſſimum iudicium fiet iis qui præſunt*; id maximè exequẽdum eſſe credunt aduerſus eos quibus animarum cura demandata eſt, quando authoritatis ſuæ munia exercere neglexerunt ad earum ſalutem procurandam. Cùm enim vt optimè Bernardus *anima inſignita ſit Dei imagine, eius decorata ſimilitudine, deſponſata in fide, dotata in ſpiritu, Chriſti pretioſo Redempta ſanguine, deputata cum Angelis, capax beatitudinis, hæres bonitatis, rationis particeps*, atque tam pretioſum & ſingularem theſaurũ ſibi adeò charum prelatis Deus cuſtodiendum tradiderit; certè ſi ex eorum negligentia deperdi accidat; iure & merito ſeueriſſimum ab eo expectare debent iudicium.

7. Et ſi igitur deceat prælatum in hacce rerum & ſimilium conſideratione verſari; non ideò tamen animũ abijcere debet aut oblatum officium detrectare; maximè ſi ſe ritè ad illud vocatum agnoſcit, & Superiorum ad quos hac de re iudicare attinet, determinatio faci-

135

ſè debeat accedere. Immò tantùm abeſt vt contra humilitatem ac prudentiam tunc peccet; eò magis perfectum virtutis actum exercet, quò de viribus ſuis multum diffidens, generoſa animi demiſſione Prouidentiæ Diuinæ ſe permittit, & confidit ſe omnia poſſe in Deo & cum Deo qui ipſum confortat.

8. Tertium ad ſubditos prælati reſpectum habent, quo eos velut ſuos dominos ac Superiores, ſe verò non niſi eorum ſeruos agnoſcunt: quod quidem fit naturæ inuerſo ordine ac metamorphoſeos cuiuſdam moralis ſpecimine, ſed quam gratiæ Diuinæ operatio apud nos exequitur, iuxta hoſce Regulæ noſtræ terminos. *quicumque inter vos inſtitutus fuerit Prior, illud ſemper habeat in mente & ſeruet in opere quod Dominus ait in Euangelio, qui voluerit inter vos primus eſſe, erit veſter ſeruus.*

9. Ne verò aliquam hac in re contradictionem reperiri, ſeu nimiam Authoritatis ad hominum gubernationem neceſſariæ depreſſionem ineſſe quiſpiam ſibi perſuadeat; neceſſe eſt vt attendat quod Chriſtus Saluator non verbo tantùm, ſed exemplo ſuo & opere iſtud tam graue documentum confirmauit, dum ad verba iſta quæ aliàs ad ſuos diſcipulos direxerat, *qui voluerit inter vos primus eſſe, erit veſter ſeruus*, immediatè ſubiunxit hæc ſequentia, *ſicut filius hominis non venit miniſtrari ſed miniſtrare.* Addidit etiam alibi de ſeipſo loquens, *ego autem in medio veſtrum ſum, ſicut qui miniſtrat.* Præterea D. Paulus ſatis innuit Superiores hoc de ſe ſentire debere, & ipſis ad hanc ſerui abiectionem Chriſti exemplo deueniendum eſſe, dum ſcribens ad Philippenſes hoc præ cæteris ipſis commendat, *hoc ſentite in vobis quod & in Chriſto Ieſu, qui cum in forma Dei eſſet, non rapinam arbitratus eſt eſſe ſe æqualem Deo ſed exinaniuit ſeipſum formam ſerui accipiens.*

10. Et verò tanta eſt ſecundum gratiæ ſpiritum

connexio, & tam neceſſaria vnio inter titulos Domini & ſerui in prælatis, maximè quantùm ad ſpirituale regimen animarum, vt tam Angelos quam homines quorum miniſterio Deus vtitur hoc in opere, vtroque ſimul nomine inſignitos eſſe videamus. Hinc D. Paulus loquens de Angelis ait, *omnes ſunt adminiſtratorij ſpiritus in miniſterium miſſi propter eos qui hæreditatem capiunt ſalutis.* Hinc idem Gentium Doctor loquens de omnibus ſecum Apoſtolis, *non alios quam fidelium ſeruos per Ieſum* eſſe profitetur. Tùm de ſe ſolo loquens ait, *cum liber eſſem in omnibus, omnium me ſeruum feci, vt plures lucri facerem.* Denique ſummus ipſe Pontifex, Chriſti in terra Vicarius pro regimine totius Eccleſiæ, eandem ſupremi ſui Patroni Chriſti ſerui qualitatem aſſumens ac venerans, non alio nomine vti ſolet dum de ſe loquitur, quam iſto *Alexander V. G. ſeruus ſeruorum Dei*: nempè quia hoc ſuum munus eſſe proprium ſentit, hæc officii ſui teſſera, hæc ſibi magis conueniens & chara appellatio.

11. Agnoſcant igitur Superiores noſtri quã nobilis, quàm illuſtris, quàm ſancta ſit nominis ſibi à Regula noſtra inditi ſerui ſcilicet, appellatio: quandoquidem non à Supremo tantùm in Eccleſia Pontifice, non ab Apoſtolis tantùm, nec ab Angelis; ſed à Chriſti Domini exemplo & documento eam aſſumunt. Statuant etiam eà quæ decet ſollicitudine, tanti muneris partes adimplere, proptereaque ſerui affectiones ſeu natiuas qualitates neceſſe eſt induant quò eas in miniſterio ſuo ſpirituali & morali exequantur. Et quia conſtat ſerui conditionem ſeu ſtatum tria in primis ſecum importare, nempè abiectionem, obſequium, laborem; ea pariter à Superioribus noſtris quomodo amplectenda ſint & exequenda, hic à nobis eſt exponendum.

12. Quantum ad abiectionem, hoc ad ſe Diuinum

Digitized by Google

ſapientis conſilium pertinere Superiores noſtri credant oportet, *Rectorem poſuerunt te, noli extolli: eſto in illis quaſi vnus ex ipſis.* Et quidem eò facilius illa verba ad ſe præcipuè dirigi perſuadere ſibi debent, quò ſtatim initio Regulæ noſtræ vbi de Priore habendo agitur, legem ea de rè ſic expreſſam habemus, *Illud in primis ſtatuimus vt vnum ex vobis Priorem habeatis.* Quæ verba *vnum ex vobis* quaſi correlatiua eſſe videntur, ad iſta, *quaſi vnus ex ipſis*, annuűtque ambo quod ſicut *vnum ex nobis* in Priorem aſſumere debemus, ita perpetuo eſſe debet *quaſi vnus in nobis.*

13. Meminerit igitur prælatus non ad Superiorem gradum aſſumptum eſſe, vt alios deprimat; ſed vt ad eorum curam ſe abijciat: non vt dominetur cum faſtu; ſed vt ad ſubditos ſe inclinet cum affectu: non vt in honore ſibi complaceat cùm ſuperbia; ſed vt charitatis officia maiori cum facultate exerceat. tandem Rector conſtituitur vt authoritatis ſuæ quaſi oblitus & Dominii neſcius ſubditos quaſi dominos ſuos conſideret, & ſeruitutis erga eos officia exerceat. *Sit igitur in illis quaſi vnus ex ipſis*; Itaut non alio quam alii domicilio vtatur, non alio ſupellectilis inſtructu, non aliis veſtibus, non alio cibo & potu; non aliis legibus & priuilegiis gaudeat: non ab eorum cœtu, conſortio & familiaritate recedat: ſicut aliis præeſt authoritate; ita eos præcedat exemplo: non verbo tantum imperet, ſed quæ mandat primus exequatur.

14. Sed & iuuat D. Baſylium hac de re loquentem audire, quia argutè & efficaciter veritatem iſtam perſuadere mihi videtur. *Præfectum*, inquit, *ne elatum faciat dignitas vt ne ipſe à beatitudine humilitatis excidat, aut etiam elatus in iudicium incidat diaboli: verum illud credat quod plurium cura, plurium eſt miniſterium. Quemadmodum igitur qui multis ſauciatis miniſtrat, & ſingulorum*

vulnerũ ſanies detegit, & auxilia iuſta ad ſubiecti mali proprietates adhibet, hoc miniſterio non elationis occaſionem ſumit, ſed potius humilitatis, ſtudii ac ſolicitudinis; ſic multo amplius cui medela infirmitatum fraternitatis concredita eſt, velut omnium miniſter, & pro omnibus rationem daturus, meditari & ſollicitus eſſe debet.

15. Quantùm ad obſequium ſeruituti de natura ſua annexum, abſit vt Superiores noſtri dùm vident aliis ſe præfici, maiori ſe credant gaudere debere libertate, & immunitate à labore; immò ſe ad maiorem redactos eſſe ſeruitutem arbitrentur. Quod de regia poteſtate quondam aiebat vir quidam ſapiens, nempe aliud non eſſe quam ſplendidam ſeruitutem, vinculis forſan ſericis, aut catenis aureis inſtructam, ſed ad maiores curas & aſſiduos labores deſtinatam; Idem prælatis noſtris de ſuis officiis mihi videtur eſſe ſentiendum: oneris æquè ac honoris ſunt munera, nec tam conceſſa ad authoritatem cum ſuperbia tuendã, quam ad obſequiũ erga ſubditos cum humilitate & charitate prę̃ſtandum. Sicut ex trito apud iuriſperitos axiomate *totum eſſe ſerui eſt eſſe domini*, agnoſcant Superiores noſtri ſe non tam ad ſemetipſos deinceps pertinere quam ad ſuos ſubditos: immò cum eos velut ſuos dominos conſiderare debeant, ſe etiã non niſi ad eorum obſequium deſtinatos eſſe arbitrentur. Proinde aduertant ſuis priuatis ſtudiis & commodis renuntiãdum eſſe frequẽter, vt aliis aliorum neceſſitatibus prouideant maximè verò in iis quæ ad eorum ſalutem conducunt.

16. Labori propterea, ac pœnæ officiorum ſuorum ratione ſe credãt aſtrictos, non verò iis gaudere vt lautius viuant, vt ſibi largius indulgeant, & vt commodis perfruantur abundantius; ſed vt dùriora quæque ac viliora ſibi vſurpent, vt decet ſeruos reſpectu dominorum ſuorum. Demum monentur ab Apoſtolo ſibi in-

omnibus

137

omnibus laborandum eſſe, & miniſterium implendum ad ſubditorum ſuorum vtilitatem: Itaut vere de illis dici poſſit quod quondam ſapiens ille Romanus de Reipublicæ miniſtris aſſerebat. *Omnium ſomnos veſtra vigilantia defendit, omnium otium veſt.r labor, omnium delicias veſtra induſtria, omnium vacationem veſtra occupatio.*

17. Tres etiam aliæ ſubſequuntur ſerui conditiones, aliis quaſi agnatæ, & ſubſequentes, nempè vigilantia, fidelitas, & prudentia: quæ quia potiores etiam ſerui partes conficiunt ac in Euangelio valdè commendatas cernimus, à Superioribus noſtris ſeruorum titulo inſignitis maiori etiam ſtudio amplecti & exequi conuenit.

18. Quantùm ad vigilantiam, adeò neceſſaria eſt ſeruo cui Dominus domus ſuæ curam & cuſtodiam commiſit, vt indè maximè laudē conſequatur in Euangelio ac maioribus muniis dignus cēſeatur. Sicut enim vigilare eſt quaſi vim agere, validum & robuſtum ſe præbere, ſtudium & diligentiam adhibere, non ſegnē & torpentem exiſtere ſicut qui dormit; vnde fit vt ex eiuſmodi ſollicitudine & diligentia cuncta proſpere procedant, ad vtilitatem familiæ cui ſeruit; ita abſque eiuſmodi ſollicitudine Superiores, qui quaſi ſerui, & cuſtodes ſunt conſtituti in Conuentibus vt vigilent, & omnibus proſpiciant, munia ſua ritè exequi nequeūt. Vnde D. Paulus diſcipulum ſuum Timotheū quem præſulem conſtituerat, in primis ad vigilandum adhortatur: tùm quando de prælatis loquitur, exigit vt *ſollicitudine pigri non ſint*: & alibi declarat quod qui *præeſt, in ſollicitudine* perpetua verſari debet.

19 Hinc eſt etiam quod ſancti Patres aſſerunt prælatos optimè repreſentari per Paſtores qui quo tempore Chriſtus natus eſt in Bethleem, *erant in regione eadem*

vigilantes, & cuſtodientes vigilias noctis ſuper gregem ſuum: Idcirco ab Angelis viſitari meruerunt, & iucundiſſimum de Chriſto nato nuntium accipere, vndè primi omnium cultum & adorationē in pręſepio ei exhibuerunt. Sed ſicut valdè pauci ſunt prælati qui ita vigilāt,& gregi ſuo attendunt; ita multò plures de iis ſunt contra quos exclamat & exclamando inuehitur Propheta. *O Paſtor & Idolum*! nempè quia ſicut Idola, quæ ſunt vana & falſa deorū numina, thure, atque ſacrificiis à Paganis coluntur, licet non niſi muta ſint, ſurda, cæca, & ſtupida ſimulachra; ita paſtores, qui velut idola ſunt, ab vnoquoque honorari magnoperè deſiderāt: Immò omnes eorū actiones & curas ad obſequium ſuum conuerti peroptāt, licet nullas veri paſtoris partes poſſideant aut munia exequantur.

20. Certè ignauiam illam ſeu potius ſtupiditatem paſtorum qui velut idola ſunt, egregiè à Pſalmiſta Regio per allegoriam deſcriptam eſſe arbitror, dùm de idolis Gentium verba faciens, ait, *os habent & non loquentur*: nempè quia, vt benè alter Propheta, Canes ſunt muti, latrare non valentes, aduerſus ferarum ac luporum infernalium circa caulas gregis Chriſti circūmuagantiū, & quærentium quem deuorent rabiem. Dū quempiā moribus improbis præditū eſſe aduertūt, vix muſſitare audent præ ignauia & timiditate. *Oculos habent & non videbunt*: dùm defectus quos diligēter obſeruare deberent & corrigere, aut inſpicere negligunt, aut eos diſſimulant. *Aures habent & non audient*; dùm conſilia ac monitiones quas ab aliis nonnunquam excipiunt circa defectus ſingulorum, vel reijciunt, vel contemnunt. *Nares habent & non odorabunt*: dùm de bono, hoc eſt Chriſti odore, quo Religio ſeu Reformatio noſtra benè & perpetuò olere debet, nihil aut parum curantes, eum euaneſcere ſinunt, aut in graue

olentiam conuerti. *Manus habent & non palpabunt*: dùm onera ſatis grauia vel aliis inponunt, vel ab iis portari peroptant; digito autem ſuo nolunt ea tangere. *Pedes habent & non ambulabunt*: nempè cùm, iuxta D. Pauli præceptum, in omnibus præbere ſe debeant exemplar bonorum operum; ambulant vias non bonas, ſed poſt deſideria ſua, atque alios aberrare ſinunt. *Non clamabunt in gutture ſuo*: nempè cùm iniquitate ſupercreſcente, clamandum ipſis eſſet & non ceſſandum; cum quaſi tuba exaltare deberent vocem ſuam; non niſi raró & leuiter delinquentes increpant, ſed in praua viuendi conſuetudine perſeuerare permittunt.

21. Demum tam aſſidua eſt quæ præpoſitis incumbit vigilantia, tantique ponderis ratio propter quam illam exercent, vt inde D. Paulus ſpeciale argumentum aſſumat adhortandi ſubditos ad magis accuratam & humilem eis præſtandam obedientiam, quod ex his illius verbis apparet, *obedite præpoſitis veſtris, & ſubiacete eis: ipſi enim peruigilant quaſi rationem pro animabus veſtris reddituri, vt cum gaudio hoc faciant & non gementes.*

22. Fidelitas, quæ eſt altera ſerui conditio, pluries in ſcripturis ſacris notata, & multum requiſita, elucere debet pariter in ſeruis noſtris myſticis, hoc eſt Cœnobiarchis noſtris: & ſicut duo præcipuè curæ ipſorum, iuxta Regulæ noſtræ terminos, commendata ſunt, nempè Ordinis Cuſtodia, & animarum ſalus; ipſa ab eis velut ſacrum depoſitum cautè ſeruanda ſunt. Cogitent igitur ſe in ſeruis illis ritè fuiſſe adumbratos, quibus, vt habetur in Euangelio, homo quidam peregrè proficiſcens tradidit bona ſua, & diuerſa tribuit talenta, quibus vti deberent & lucrum reportare in augmentū fortunarum ſuarum. Chriſtus in cœlum conſcendens is eſt Dominus qui familiarum ſuarum, hoc eſt Religioſorum cœtuum, curam & adminiſtrationem ſeruis

M m

ſuis hoc eſt Prælatis reliquit; quibus etiam non modo talēta tribuit, ſed Authoritatē ſuā contulit, ad eiuſmodi effectum. Quod ſi ad exemplar aliorum talentis ſuis tam benè vſi fuerint, vt ea multiplicauerint; ſperent ſe pariter grato hoc reſponſo gauiſuros eſſe, *euge ſerue bone & fidelis, quia ſuper pauca fuiſti fidelis, ſupra multa te conſtituam* Si è contra ſimiles fuerint illi qui talentum vnicum quod acceperat abſcondit in terra, dùm curis rerum externarum & temporalium vacans, neglexit officii ſui partes exequi circa res ſpirituales & Dei cultū ſpectantes; non niſi etiam ſerui mali & pigri vituperium conſequentur, & tradito ſibi officio ſpoliabūtur.

23. Cogitent inſuper Superiores noſtri ſibi à D. Paulo, idem quod diſcipulo ſuo Timotheo Epiſcopo ſeu Paſtori conſtituto eſſe commendatum his verbis, *depoſitū cuſtodi*, id eſt, quod Curæ, & fidelitati tuæ onus commiſi, vacandi gregis tui moralis ouium Chriſti, ſcilicet animarum ſaluti, & Religionis conſeruationi; ita exequi contendas, vt tandem idem valeas dicere quod quondam eximius Paſtor Iacob Patriarcha ſocero ſuo Laban reſpondit, *viginti annis fui tecum, oues tuæ, & capræ tuæ ſteriles non fuerunt, arietes tui gregis non comedi. Ego damnum omne reddebam: quidquid furto perierat à mè exigebas, die noctuque æſtu vrebar & gelu; fugiebat ſomnus ab oculis meis.*

24. Prudentia demùm in ſeruo deſideratur quaſi aliarum eius qualitatum complementum, ac proinde in Euangelio præ aliis celebratam videmus. Etſi verò competat Superioribus noſtris in quantùm eſt virtus dirigens ad rationis normam vniuerſa quæ cogitant & quæ agunt, vt nihil præter rectum & laudabile faciant; quæ etiam virtus ſingulis probis & honeſtis cuiuſcumque conditionis viris competit; eorum inſuper miniſterio congruit in quantùm eſt mentis virtus qua

133

de bonis ac malis ad finem vitæ humanæ, ac eius felicitatem attinentibus conſulere poſſumus, & quod optimum eſt ſeligere.

25. Prudentiam igitur Superioribus noſtris omnino neceſſariam in eò ſitam exiſtimo, vt attendant & diſcernant qua via procedendum ſit, quo modo vtendum ad ritè gubernandos Religioſos ſibi ſubditos: qua in re valdè difficile eſt viam optimam diſcernere ac ſeligere ob tres præcipuè rationes. Prima conſiſtit in diuerſitate geniorum ſeu perſonarum quæ Superiorum curæ ſunt commiſſæ, quæ tàm variis humoribus præditæ ſunt, quã diuerſis in facie lineamẽtis diſtinctæ. Enimverò multi cõprobantur toti ignei, veloces, & ad actus ſuos præcipites: alii terreni, & maſſa plumbea minus mobiles. Iſte leuis, inconſtans & aura volubilior, cui nihil credi poteſt; ille pertinax & cerebroſus qui à propoſito vix poteſt abduci. Alter diffidens, ſuſpicioſus, & in quorũcumque factorũ diſcuſſione prępoſterus omnia in ſuã perniciẽ tendere ſibi fingit: alter nimiũ ſui amans, cum nihil non ſibi deberi putet, vel leuiſſimam ferre nõ valet repulſam & ex minimis rebus offenſionem ſumere pronus eſt & nimiũ facilis. Aſſentatione quidam, benignitate ac dulcedine quidam capiuntur; alii è cõtra fiunt inde audaciores, ac ferociores. Singularis ergo ſagacitas ad dignoſcendam cuiuſlibet indolem, diſcernendaque hominum ingenia in Superioribus exigitur.

26. Secunda huius difficultatis ratiò petitur ab ipſiſmet Superiorum perſonis, quæ quamuis talentis ſat bonis præditæ ſint, & iudicio maturo polleant; tamen quia, vt rectè ſapiens, *cogitationes mortalium timidæ ſunt & incertæ Prouidentiæ noſtræ*, difficillimum eſt ſic proſpicere futura, cuncta cum rectitudine ordinare, atque cum ſingulorum diſpoſitionibus ita conciliare, vt res

feliciter fluant & ad vota ſuccedant. Immò adeo infrequenter iuſta hæc regiminis ratiò & ordinatiò etiã à viris valdè probis & peritis attingitur, vt ſi id aliquando accidat, prodigii aut valdè rari facinoris loco tenendum ſit.

27. Tertia difficultatis iſtius ratio petitur ex viis diuerſis ſeu mediis quæ in regimine adhiberi conſueuerunt, vnoquoque ſuas ſibi quas meliores exiſtimat induſtrias ex proprio genio confingente, atque ad vſum reducendas eſſe exiſtimante. Qua de rè vt pote graui & maximi momenti in ſubſequente capite fuſius agere ſtatui, vt quiſnam ſit magis perfectus prudentiæ Superiorum actus in regimine animarum agnoſcere valeamus.

CAP. XXXII.

Reformationis iſtius ſubditi fortiter æquè ac ſuauiter à Superioribus gubernandi.

1. ETSI certum ſit ex mente Patrum & ex politicorum ſenſu, *Artem artium eſſe regimen animarum*; aliundè non ſatis conſtat in quo conſiſtat præcellentis huius artis ſupremus gradus. Alii in vigore aſpero & rigoroſo reponunt; alii verò in ſuauitate ac benignitate primas eius partes collocant; nec deſunt vtriſque validiſſimæ rationes, quibus opiniones ſuas fortiter fulciant & propugnent.

2. Illi quidem, ad conſtantis, fortiſque animi præſtantiam, qua Superiores pollere debent, ſpectare exi-

ſtimant, vt diſciplinæ regularis zelo in primis ardeāt, nec poſſe homines Religioſos vt pote debiles, inconſtantes & fragiles, ab officio citò non diſcedere, niſi imperii contineantur ſeueritate. Et quidem licet plerique ſubditi aſperitatem illam initio acerbam experiantur; tandem ſuauem eſſe vim ſentiunt, & gratiæ loco reponunt, quando ſe eius aculeis indiguiſſe deprehendunt, vt ad virtutem concitarentur. Et verò vſu plurimo conſtat multos ſeſe in vitæ licentioris diſſolutionem totos effuſuros, atque in omnem nequitiam tandem ituros, niſi paulò ſeuerius continerentur.

3. Suam etiam ſacris textibus, Apoſtoliciſque exemplis confirmant ſententiam, in quibus tùm Regulares tùm Seculares prælati cum ſale conferuntur, qui ſi careat acrimonia, nec ſatis acutè pungat *ad nihilum valet vltra niſi vt mittatur foras & conculcetur ab hominibus.* ita qui præſunt niſi prauis ſubditorum propenſionibus animo forti obſiſtant, niſi eos premant & vrgeant atque inflexibiles obrigeant; ſua illos ita abuſuros eſſe facilitate, vt precibus importunis frequentes tandem obtineant diſpenſationes damnoſas damnandaſque, vt potè quibus à vitæ Regularis obſeruantia & virtuti praxi longè recedunt. Iis igitur de cauſis, ſaluatoris noſtri monito etiam adhærentes, nempè quod à *diebus Ioannis Baptiſtæ regnum Cælorum vim patitur & violenti rapiunt illud*, ſacram illam vim & violentiam neceſſario adhibendam eſſe exiſtimant ad conſequendum Regnum cœlorum.

4. Verùm alii ſeueram illam Regiminis rationem procul amandandam eſſe arbitrantur, vt benignitas ac ſuauitas totum ibi obtineat imperium, adducuntque propterea incarnati verbi documentum pariter, & exemplum. Primò quidem dùm acriter arguit ſeueritatem Phariſæorum qui populo importabilia impone

bant onera, quæ ne extremo quidem digito tangebant: præterea dùm diſcipulos ad ſpirituale mundi regimen erudiret, nihil frequentius inculcabat, & mentibus infigebat altius, quam vt à ſe diſcerent *quod mitis eſſet & humilis corde*, hoc eſt diſcerent ita eſſe humiles vt non arroganti, & ſeuera in ſubditos authoritate vterentur: mites etiam eos eſſe oportere, vt virga non agerent ferrea. Vnde & D. Paulus tanti magiſtri optimus diſcipulus & Apoſtolus Galatas ſapienter ſic alloquitur *fratres, etſi præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos qui ſpirituales eſtis, huiuſmodi inſtruite in ſpiritu lenitatis*.

5. Adiiciunt ad hæc, aſperitatem præter Authorum ſuorum opinionem non eſſe commodam ad Religionis feruorem exacuendum, immò & ipſi plurimũ noxiam: efficaciſſimam è contra benignitatem diſciplinæque cœnobiticæ ſouendæ peritilem. Infirmam quidem aſſerunt aſperitatem, quia tantùm abeſt vt ad legum animos inducat obſeruantiam, quin potius ab ea deterret: ea etenim omnes etiam probi, ac bene affecti exaſperantur, exaſperati verò, & obedire contemnunt, & omiſſa tam mandata quàm ſtatuta detrectant, vnde manifeſta Religionis ſubuerſio. Efficacem è contra profitentur lenitatem, quæ ſic nouit animos deuincire, captiuoſque ſecum ducere, vt plerumque plus ipſi tribuant quàm expetat, nutuſque illius ſic obſeruent omnes, vt procul à ſtimulis ſubdito admouendis abſtinere debeat ne in nimios labores feratur. Addunt etiam pauore ac fuſte bruta, homines verò non niſi rationis & æquitatis agi ſuauitate: aſperitatem eſſe inſtar aquilonis, qui licet tempeſtatibus naues ſubmergat, vrbes euertat, montes ſedibus moueat, euellat arbores; nequidem palliolum homini quantacũque vi eripit etiam infirmo: ſuauitatem verò inſtar flantis auræ radiorum

ſolis

Digitized by Google

ſolis amico ſibi calore aſſociatæ, grato ac dulci latrocinio omnia relicto vix induſio aufferre comperitur. Inde igitur apparet quanta ſit ſeueritatis impotentia, quanta verò ſuauitatis efficacia!

6. Vt igitur ſtantibus vtrinque grauiſſimis iſtis rationum momentis, difficile eſt clarè dignoſcere quænam ſit potior regiminis ratio; ſua etiam pondera ſingulis relinquenda eſſe cenſeo, & ſua habere loca non inficior in regimine: itaut aliquando ſeueritate vtendum ſit, aliquando etiam ſuauitas ac benignitas ſit adhibenda. Vndè facile concludo rigorem cum vigore, ſeueritatem cum ſuauitate in ſacrum veluti connubium adducendas eſſe, & de iis iuſtum quoddam temperamentum efficiendum, quò vtendum ſit in regimine animarum, ita tamen vt in eo ſuauitas prædominetur, & frequentius exerceatur.

7. Licet verò omnes omninò Cœnobiarchæ hoc ſibi perſuadere, & executioni demandandum eſſe ſtatuere debeant; id aptius conuenit Ordinis noſtri Carmelitici Prælatis, vt pote qui hanc ſcientiam à Deo hauſerint in perſona S. Prophetæ Eliæ Authoris ſui & Primarii Patroni, qui cum zelo arderet aduerſus improbos, eoſque iam igne & gladio internecioni iuſte dediſſet; ſeueritatem illam temperandam eſſe ſignis, & verbis Deus ipſi patefecit, dum nec in ſpiritu grandi, nec in commotione, nec in igne, ſed in ſibilo auræ tenuis Dominum eſſe audiuit: didicitque inde nocentium punitiones, & caſtigationes cum ſuauitate perficiendas eſſe, & cum clementia conſumendas.

8. At maxima ſupereſt difficultas in inuenienda temperata iſta & ſuaui regiminis ratione, itaut aliquādo ſeueritate vtendum ſit, aliquando & frequentius lenitate: nec facilè apparet, quæ in ea circunſtantiæ obſeruandæ, & in quibus conſiſtendum ſit terminis,

vt nec defectus adſit nec exceſſus. Hinc enim vrget plerùmque iuſtitia & authoritas, quas vt pupillam oculi conſeruandas eſſe ſtatuunt apud ſe prælati; ſed aliundè à ſapiente edocentur, *non nimium iuſtos eſſe debere, ſummumque ius ſummam parere iniuriam.* Hinc ex indulgentia & lenitate nimia Authoritatis contemptum prouenire aſſerunt, & ad omnem prauam licentiam inde viam aperiri; ſed aliundè thronum ſuum ſicut & Regium clementia corrobandum eſſe ſacris ab oraculis ediſcunt. Hinc metum ſubditis incutiendum eſſe aiunt, & inde venerationem ac obedientiã facilè conſequendam eſſe confidunt; Alii è contra terrore venerationem acquiri inficiantur; ſed odium duntaxat indè promanandum aſſerunt. At illi, oderint dum metuãt? Sed alii, ament & timebunt & mandatis promptè & ex animo obtemperabunt.

9. His igitur ex anguſtis, vt nos extricemus, atque duo illa inter extrema periculoſa viam tutam & rectam inire valeamus; non alio nobis medio vtendũ eſt, quam qui in Regula noſtra (cui firmiter in omnibus adhærere debemus) nobis proponitur, dùm *exceſſus & culpas fratrum, ſi qua in aliquo fuerint deprahenſa, charitate media corrigendas eſſe* præſcribitur. Charitas igitur aptum eſt medium, quod adhibendum eſt inter duo illa extrema: non ex humore quo quiſque diuerſimodè affectus eſt à natura, ſiue ad ſeueritatẽ, ſiue ad lenitatem nimium inclinante agendum eſt; ſed ex impulſu prædominantis ipſi charitatis diuinæ, quæ Prælatò cuilibet etiam in ratione Patris cuius gaudet titulo reſpectu ſubditorum ſuorum, maximè conuenit. Eò verò aptius Diuina illa qualitas quaſi medium inter ſeueritatem & leuitatem adhibenda eſt, quò vtriuſque affectiones participat, & ad veræ virtutis rationem adducit, vtriuſque iure ſeruato. Quod ſatis eui-

Digitized by Google

denter apparet ex pluribus, & diuerſis muniis quæ D. Paulus charitati appingit, quæ ſecundum Bernardum, *pie ſolet ſæuire, patienter iraſci, humiliter indignari. iraſcitur & amat. ſæuit & tranquilla eſt*, ait etiam Gregorius.

10. Vt verò magis clarè & diſtinctè innoteſcat quomodo ſingulis fere in caſibus qui in regimine Monaſtico occurrunt, authoritatis ſuæ partes exequi debeãt Prælati cum ſupra dicto moderamine ac temperamento; ſingulas etiam hic adnoto circunſtantias, & agendi rationes, quibus iis vti neceſſe eſt: atque vt maioris ſint ponderis, eas non tantum ex mente patrum adduco, ſed & ipſiſmet eorum verbis explico.

11. Primò igitur Gregorium magnum libro ſexto moralium ſic loquentem audiant. *Diſciplina vel miſericordia plurimum deſtruitur, ſi vna ſine altera teneatur; ſed circa ſubditos ineſſe Rectoribus debet & iuſtè conſolans miſericordia, & piè ſæuiens diſciplina. Hinc eſt quod ſeminini illius vulneribus, qui à Samaritano in ſtabulum ductus eſt, & vinum adhibetur & oleum, vt per vinum mordeantur vulnera, per oleum foueãtur. Vnuſquiſque igitur qui ſanandis vulneribus præeſt in vino morſum diſtrictionis adhibeat, in oleo mollitiem pietatis. Per vinum mundentur putrida, per oleum foueantur ſananda, miſcendaque eſt lenitas cùm ſeueritate, efficiendumque quoddam ex vtraque temperamentum, vt neque multa aſperitate vlcerentur ſubditi, neque nimia benignitate ſoluantur.*

12. Item lib. 19. Moral. *Cunctis paſtoribus vtraque ſummoperè ſunt tenenda, vt nec in diſciplinæ vigore benignitatem manſuetudinis, nec rurſum in manſuetudine diſtrictionem deſerant diſciplinæ. Regat ergo diſciplinæ vigor manſuetudinem, & manſuetudo ornet vigorem, & ſic alterum commendetur ex altero, vt nec vigor ſit rigidus, nec manſuetudo diſſoluta.*

13. Addit item S. Doctor lib. 20. Moral. *Talis debet*

eſſe diſpenſatio Regiminis, vt is qui praeſt ea ſe circa ſubditos menſura moderetur, quatenus arridens timeri debeat & iratus amari, vt eum nimia lætitia vilem non reddat, aut immoderata ſeueritas odioſum miſcenda eſt leuitas ſeueritati, faciendumque quoddam ex vtraque temperamentum, vt neque multa aſperitate exulcerentur ſubditi, neque nimia benignitate ſoluantur. hoc nimirum illa tabernaculi arca ſignificat, in qua cum tabulis virga ſimul & manna erat, quia Scripturæ ſacræ ſcientia in boni Rectoris ſit pectore, ſit virga diſcretionis, ſit manna dulcedinis. Hinc David ait virga tua & baculus tuus ipſa me cõſolata ſunt. Virga enim percutimur, & baculo ſuſtentamur. Sit ergo diſcretio virga quæ feriat, & conſolatio baculi qua ſuſtentet.

14. Quia verò eiuſmodi iuſtitiæ ac clementiæ exercitium, ſeu temperamentum opus eſt ſummæ prudentiæ ac diſcretionis, quæ ex variis rerum circunſtantiis formari debet; varios etiã hic adnotare placet modos, quibus in occurrentibus caſibus ad earum praxim vtendum ſit, eoſque item ex antiquis & ſanctis Patribus repeto.

15. Sapienter igitur monet ſanctus Antoninus *aliquando ſubditorum vitia prudenter diſſimulanda eſſe, ſuo tamen tempore indicanda, vt videlicet delinquens deprahenſus, toleratus tamen, augere culpas erubeſcat, atque ſe iudice puniat. Nonnulla verò apertè cognita maturè toleranda ſunt, vt congrua opportunitate corrigantur. Quædam verò occulta ſubtiliter ſunt perſcrutanda, vt quibuſdam ſignis erumpentibus Rector quod in ſubditorum mente clauſum latet inueniat, & ex minimis maiora cognoſcat, ſeruatis tamen in omnibus ſecreti contegendi iure & ratione, quam periti Theologi tradunt. Nonnulla etiam ſunt leuiter arguenda, nam cum non malitia ſed ſola ignorantia vel infirmitate peccatur, magno moderamine delicti correctio temperetur. Vbi autem morbi grauitas correctionis aſperitatem po-*

Digitized by Google

ſtulat, ea non denegetur, immò & cauterium diligenter apponatur.

16. Hæc alia ex vmberto eadem de re attexo documenta. *Ad diſcretionem eius qui praeſt primò pertinet, vt correctionem efficacem opus Diuinum eſſe intelligat, & ideo ante correctionẽ præmittere debet orationem, & ſi viderit fratrem correctum, Deo inde gloriam dare debet & gratias agere, attendens ad illud Eccleſiaſtici* 7. *Conſidera opera Dei, quod nemo poſsit corrigere quem ille diſpexerit.*

17. Addit Author idem, *ad diſcretionẽ eius qui praeſt pertinet vt agnoſcat quæ culpæ ſecretò & manifeſtè ſint corrigendæ. Occulta culpa ſecreto eſt corrigenda, maximè ſi infamiam generat: manifeſta culpa manifeſtè eſt corrigenda, iuxta id prima ad Timotheum quintò, peccantes coram omnibus argue, vt & cæteri timorem habeant. Item ad diſcretionem eius qui praeſt pertinet vt agnoſcat cui & quãdo debeat parcere vel punire: cum parcere & punire ſint contraria, & contrariorum eadem ſit diſciplina qui neſcit parcere, neſcit punire. Siue plectendo ſiue parcendo hoc ſolum benè agitur, vt vita hominum corrigatur. Attendendus eſt ſtatus perſonarum quæ corriguntur, quia non ſanat oculum qui ſanat calcaneum. Cum veterano parciùs agendum eſt vt ait ſeneca, & prima ad Timotheum* 4. *Seniorem ne increpaueris, ſed obſecra vt patrem. Qui non poſſunt benignitate corrigi, terrore ſunt corripiendi; Sicut meliores ſunt quos ducit & corrigit timor. Qui blando verbo caſtigatur, & non corrigitur, acrius neceſſe eſt vt arguatur: cum dolore enim abſcindenda ſunt, quæ leniter ſanari non poſſunt.*

18. Sic adhuc pergit *manſuetudo in correctione maximè neceſſaria eſt ſicut habetur in Pſalmo, ſuperuenit manſuetudo & corripiemur. Etiam ſecundum Senecam vitia animæ ſicut vitia corporis leniter tractanda ſunt. vnde & Paulus ad Galatas* 6. *Vos qui ſpirituales eſtis huiuſmodi inſtruite in ſpiritu lenitatis, conſiderans teipſum ne & tu tenteris. Super omnia*

cauendum eſt ei qui in loco correctionis præeſt, ne ira ei dominetur.

19. Hæc etſi veriſſima ſint & maximè neceſſaria, nihilominus quia pauci ſunt Prælati qui ea exequantur, vt decet, eorum etiam agendi rationes ab vmberto optimè notatas & deſcriptas viſum eſt hic recenſere. *Contingit interdum vt Prælati tranſgreſſiones aliquas non corrigant, aut ex puſillanimitate cordis, aut ex humilitate ſuperſtitioſa, aut diffidentia proficiendi, aut ex ignorantia quod fratrum culpas non noſcant; ſed nec curam ad eas cognoſcendas adhibeant. Aut rurſus propter pacem propriam quam turbare nolunt: aut propter verecundiam: conſcientia enim eos accuſante, alios corrigere non audent: aut propter timorem odii, ne ſubditorum indignationem incurrant: aut propter prælationis amorem & deſiderium, quam amittere formidant; ſubditos contra ſe correctionibus huiuſmodi prouocantes: aut ob defectum zeli, aut denique ex negligentia quæ in prælationis ſtatu maximè damnoſa eſt.*

20. Hæc ſunt ipſiſſima eius verba quæ eò attentius conſideranda ſunt, quò in eiuſmodi defectus frequentius plures incidere videmus, qui de facto ſubditorum culpas diſſimulant, à quibus etiam ex induſtria oculos ſæpè auertunt, ne eos carpere cogantur, veriti ne quid moleſtiæ ſibi inde faceſſant. Eò vſque etiam aliquando ſe demittunt, vt omnia ita concedant, vt nec iniuſta denegent, nec in minimis cuipiam diſplicere velint, rati ſe prudenter & rectè rem adminiſtraſſe, modo nulla inter fratres perturbatio, iurgium nullum aduenerit, nec locus vlli aduerſum ſe quærimoniæ datus ſit: non aduertentes pacem iſtam ac tranquillitatem ex tolerata imperfectione procedere atque in maximum Religionis damnum cedere: nec cogitant quòd quam indè commendationem comparare putant, non niſi & quidem fortè apud indiſciplinatos valet, quæ eſt ſpe-

Digitized by Google

1147

cies quædam infamiæ : apud probos autem non niſi molles, ignaui, puſillanimes habeantur, ac proinde prælaturæ incapaces ſint & indigni.

21. Tres alios particulares defectus præpoſitorum hic adnotare placet, quia ſatis etiam frequenter occurrunt, & licet graues ſint, non videntur eſſe magni momenti ab iis qui eos admittũt : immò in officiis ſuis maiori prudentia ſe vti exiſtimant, dum ita ſe gerunt. Primus eſt eorum qui quantùm ad ſuos priuatos mores, Prælaturæ munera ſatis benè exequuntur, dum vitæ Regularis actibus aſſiduè incumbunt, ac in omnibus Religioſæ diſciplinæ exercitiis aliis præeunt : ſed ſufficere exiſtimant quod bonis iſtis exemplis ſubditos ad partes ſuas ritè exequendas inducant, maximè cum non peccent plerumque per ignorantiam, vnde ſibi non videntur egere inſtructionibus ſeu monitionibus quas plus rumoris & murmuris ſæpius parere exiſtimant quam fructus.

22. At audiant D. Proſperum ſic appoſitè ad eos loquentem. *Ille autem cui diſpenſatio commiſſa eſt, etiam ſi ſanctè viuat, & tamen perditè viuentes arguere aut erubeſcat aut timeat, cum omnibus qui eo tacente perierunt, periit. & quid proderit non puniri ſuo, qui alieno puniendus eſt peccato? mentior ſi non hæc dominus per Ezechielem Prophetam ſub cuiuſdam terroris denotatione locutus eſt dicens ad eum, ſpeculatorem dedi te domui Iſraël, & audies de ore meo verbum, & annuntiabis eis ex me. Si dicente me ad impium, morte morieris, non annuntiaueris ei, nec locutus fueris vt auertatur à via ſua impia, & viuat; ipſe impius in iniquitate ſua morietur, ſanguinem autem eius de manu tua requiram. Si autem tu annuntiaueris impio, & ille non fuerit conuerſus ab impietate ſua, & à via ſua impia; ipſe quidem in iniquitate ſua morietur, tu autem animam tuam liberaſti. quis rogo tam ſaxei pectoris, quis tam ferreus erit quem ſententia*

iſta non terreat? quis tam alienus à fide, qui ſententiæ iſti non credat?

23. Secundus defectus eſt eorum qui delicta ſubditorum arguunt ſatis vehementer, ſed hoc tantùm faciũt generaliter & in cõmuni, in exhortatione ſcilicet aut in aliqua alia occaſione, non ſingulariter ad delinquentes, nec deſcendunt ad facta particularia: remedia etiam adhibent nonnunquam ſed ſatis leuia: vel ſi ſatis ſalutaria ſint, non eam adhibent curam quæ neceſſaria eſt vt ſuum ſortiantur effectum. Inde verò fit vt qui morbis ſpiritualibus laborant, ſanitati non reſtituantur, vereque de illis dici poteſt quod apud Iſayam *vulnus, liuor & plaga tumens, non eſt circumligata, nec curata medicamine, nec fota oleo.* Vnde etiam tales prælati obnoxii ſunt maledictioni contra prauos Paſtores Iſraël quondam intentatæ ab Ezechiele Propheta. *Væ Paſtoribus Iſraël, qui paſcebant ſemetipſos, gregem autem meum non paſcebatis. Quod infirmum fuit non conſolidaſtis, quod ægrotum non ſanaſtis, quod confractum erat non alligaſtis, quod abiectum non reduxiſtis, & quod perierat non quæſiſtis, ſed cum Authoritate imperabatis & cum potentia.*

24. Alii demùm ſunt qui defectus ſubditorum ſuorum ſatis diligenter obſeruant, ſatis audacter & ardenter reprehendunt, remedia etiam aliquando adhibent ſatis opportuna condignis pœnitentiis eis iniunctis; ſed ſi vel minimum reſiſtentiæ eis inferatur à delinquentibus, aut moleſtia aliqua inde illis ſuboriatur; animo deficiunt & tabeſcunt, ſinentes diſcolos illos atque proteruos in ſua nequitia & prauis moribus perſeuerare, vnde fiunt plerumque magis audaces ad malum & peiores. Ii verò qui ſunt huiuſmodi idem ſibi imperatum exiſtiment quod alias D. Paulus Timotheo, *Inſta opportunè, importunè, argue, obſecra, increpa,*

in omni

Digitized by Google

in omni patientia & doctrina. Id eſt vt optimè D. Benedictus, *miſcens temporalibus terroribus blandimenta, dirum magiſtri, Pium Patris oſtendat affectum: ſciatque quam difficilem & arduam rem ſuſcipit regere animas, & multorum ſeruire moribus; alium quidem blandimentis, alium increpationibus, alium verò ſuaſionibus ſecundum uniuſcuiuſque qualitatem, & intelligentiam vrgendo.*

25. Sed & Gregorium magnum adhuc audire conuenit hac de re ſic diſertè, & optimè loquentem. *Cùm ſæpè ſeditioſorum hominum tumultus mentes præpoſitorum ſuorum laceſſant, ſuique Ordinis limites inordinatis excedãt motibus, plerùmque qui præſunt, niſi in ore cordis ſpiritus ſancti fræno teneantur, in iratæ retributionis atrocitatem proſiliunt, quantumque praualent agere, tantum in ſibi ſubditis æſtimant licere: amica enim poteſtati penè ſemper impatientia eſt, hæcque illi malè ſubiectæ etiam imperat, quia quod ipſa ſentit impatientia, poteſtas exequitur. Sed ſancti viri plus interius ſe patientiæ iugo ſubÿciunt, quam foris hominibus præſunt, & in eo veriorem principatum foris exhibent, quò humiliorem Deo intrinſecus famulatum tenent, atque idcircò plus ſæpè quoſdam tolerant quo ſe de iis vlciſci amplius poſſunt, ac ne vnquam ad illicita tranſeant, plerùmque nolunt pro ſe exequi etiam quod licet, ſubiectorum ſtrepitus ſufferunt, per amorem increpant quos per manſuetudinem portant, & ſic abſque furore conſurgentes, norunt in turba clamare,* hactenus Gregorius.

26. Hæc igitur potiſſima media ſunt, quibus præpoſitos noſtros velut prudentes ſeruos vti decet, vt munerum ſuorum partes ritè exequantur: hi ſunt diuerſi modi agendi, quibus pro diuerſis perſonarum geniis locorum, & temporum circunſtantiis ipſos vti conuenit, vigore & lenitate, ſeueritate & benignitate opportunè adhibitis: & ſicut proprium increatæ ſapientiæ munus eſt *attingere à fine vſque ad finem fortiter, & diſ-*

Oo

ponere omnia ſuauiter; ita ſe eius exemplo conformantes prælati noſtri & gratiæ ipſius freti ſubſidio, miniſterium ſuum ſe ritè impleturos eſſe confidunt.

CAP. XXXIII.

Qua ratione ſubditi gerere ſe debeant erga perſonas & mandata ſuorum Superiorum.

1. QVod quondam ſpartanorum quemdam reſpondiſſe ferunt, ſcilicet gentis ſuæ Rempublicam non ideò præcisè felicem, firmã, & tutã eſſe, quòd viros haberet qui iuſtè, & ſapienter imperarent, vt aſſerebat quiſpiam; ſed multò magis, quòd abundaret perſonis quæ promptè & ſedulò obedirent, id etiam apud nos, immò & apud quoſcumque cœtus Religioſos locum habere debet: Itaut magni quidem interſit quòd quælibet Religioſa Congregatio viros habeat artis gubernandi peritiſſimos; ſed amplius deſideretur ad eius felicitatem, vt ſubditi partes obedientiæ ritè adimpleant, & accuratè: nam cùm horum longè copioſior ſit numerus, quàm gubernatorum, iſtique Religionis corpus & potiora eius membra componant, illi verò capitis duntaxat loco & munere fungantur; patet illorum ab muniis optimum Religionis ſtatum maximè pendere. Quare cùm de prælatorum muniis tractatum iam clauſerimus; ſupereſt vt conſequenter de correlatiuis, hoc eſt ſubditorum officiis ſermonem inſtituamus, & oſtendamus quænam iuxta Reformationis noſtræ genium magis aptè eos præſtare conuenit.

Digitized by

2. Sicut verò præpoſitorum noſtrorum munia non aliundè quàm ex ipſiſmet Regulæ noſtræ terminis ediſcenda eſſe cenſuimus, & indè integram, ac perfectam partium ſuarum obſeruantiam collegimus; ſic qualia debent eſſe ſubditorum officia, & quo ſpiritu exequenda, hiſce Regulæ noſtræ terminis edocemur abundè. *Vos quoque cæteri Fratres Priorem veſtrum honorate humiliter, Chriſtum potius cogitantes quam ipſum qui poſuit illum ſuper capita veſtra: & Eccleſiarum præpoſitis ait; qui vos audit me audit, qui vos ſpernit me ſpernit, vt non veniatis in iudicium de contemptu; ſed de obedientia mereamini vitæ æternæ mercedem.* Cùm igitur hæc verba quaſi compendio colligant & præſcribant ſubditis conuenientem agendi modum, & quidem valdè perfectum quo gerere ſe debent erga ſuos prælatos: ea Paulò fuſius exponere ſtatui & explanare.

3. Duo igitur nobis præcipuè conſideranda hic proponuntur; primum quidem, Chriſtum in prælati noſtri perſona reſidere, ſeu hunc locum eius occupare; alterum, Chriſtum item voluntates ſuas, & mandata per Prælatum noſtrum ſignificare: ad quæ duo reſpectiuè ex parte ſubditorum duo etiam officia requiruntur: Primùm, honoris & reuerentiæ erga Prælatum, ratione dignitatis quaſi Diuinæ, quæ ei conuenit, ob Chriſtum Dominum quaſi in eo habitantem & prædominantem: obſequii & obedientiæ alterum, eo quòd non tàm ab homine quàm à Chriſto, lingua quidem humana loquente vniuerſa quæ nobis imperantur prouenire cenſendum ſit. Vnde optime ſequitur Chriſtum ſimul cum prælato audiri ab obſequente, & ſperni ab inobediente; atque ob talem contemptum diuinum à diſcolo ſubeundum eſſe iudicium; ſicut & propter obedientiam ritè ſic præſtitam vitæ æternæ mercedem eſſe conſequendam.

4. In primis ergo exigitur à quolibet ex vniuerſis Ordinis noſtri Alumnis, vt per continuum fidei actum Deum ſeu Chriſtum in perſona Prælati ſui intueatur, nec eum non niſi Chriſti locum occupare & vices eius gerere ſibi perſuadeat. Vnde, vt optimè docet Bernardus, *Quidquid vice Dei præcipit homo quod certum eſt non diſplicere Deo, haud aliter accipiendum eſt quam ſi præciperet Deus: quid enim intereſt vtrum ipſe, aut per ſuos miniſtros, ſiue homines, ſiue Angelos, hominibus beneplacitum ſuum patefaciat?* Vnde poſtea idem pius & diſertus Monachorum parens ſubdit, *ſiue Deus, ſiue homo, Vicarius Dei mandatum quodcumque tradiderit; pari profectò obſequendum eſt cura, pari reuerentia deferendum, vbi tamen Deo contraria non præcipit homo.*

5. Sicut ergo honoris cultus primus eſt & iurè debitus dominationi & excellentiæ humanæ actus; ita Religioſæ obſeruantiæ noſtræ ratio, eam à nobis præ cæteris, & antè omnia venerationem exigit erga Prælatum noſtrum, cùm poteſtatis atque authoritatis Diuinæ à Chriſto mutuatæ factus ſit particeps. Et verò eo maiori ratione id præſtare tenemur, quo ex mente ſapientum humilitas cum dignitate coniuncta inter homines eſt præcipuum honoris obiectum; & vtriuſque vnionem in officio Prioris apud nos reperiri demonſtrauerimus. Chiſti equidem dignitatem ſuſtinet prælatus noſter; ſed ſicut conſtat Chriſtum ſerui etiam nomen & officium ſibi quaſi proprium aſſumpſiſſe; ita eius exemplo prælati noſtri dignitatem ſuam ad ſerui conditionem abijciunt: vnde quædam humilitatis concertatio videtur interuenire inter prælatum & ſubditos in Ordine noſtro: ſubditi quidem de natura ſua quaſi ad ſerui conditionem redacti reſpectu prælatorum ſuorum, perpetuæ venerationis & abiectionis erga eos officia debent exhibere: Prælati verò propria

animi demiſſione & beneuolentiæ erga ſubditos ſignificatione, eis inſeruire geſtiunt: vndè quantò magis ſe ad ſerui conditionem erga ſubditos abijciunt; tanto maiora obſequii & venerationis officia ab eis conſequi merentur.

6. Conſiderent vniuerſi quàm iuſta, quam ſapiens & ſuauis ſit hac in re Prouidentiæ Diuinæ diſpenſatio, cum attendens quòd *ſicut per inobedientiam vnius hominis peccatores conſtituti ſunt multi, & per vnius obedientiam*, hoc eſt Chriſti ſaluatoris, qui factus eſt obediēs vſque ad mortem iuſti conſtituuntur multi, ita tum in pœnam inobedientiæ primi noſtri parentis ex mente vatis Regii, *Deus impoſuit homines ſuper capita noſtra:* tùm in memoriam & reuerentiam obedientiæ quam Chriſtus Dei Filius vt homo Patri ſuo exhibuit; iam diſpoſuit, vt homines hominibus potius obediant quam Deo & Angelis. Vnde, vt optimè notat Auguſtinus, *Cum potuiſſet Deus, vel per ſe, vel per Angelum edocere Cornelium; miſit eum ad Simonem Petrum de ſua voluntate erudiendum*, vnde & Bernardus exclamat, *O Sapientia ſuauiter verè omnia diſponens! eum cui tu loqueris erudiendum de tua voluntate mittis ad hominem, vt ſocialis vitæ commendetur vtilitas:* ſed & maximè etiam, vt maioris humilitatis præſtaret obſequium, ac in homine hominis Dei honoraret obedientiam, quod & apud nos præſertim fieri debet, dùm Chriſtum in Prælato noſtro iubemur conſiderare, & honorare.

7. Neque verò iſti Regulæ noſtræ termini ad Prælatum noſtrum ſpectantes, *Chriſtum potius cogitantes quam ipſum*, maximam ei venerationem deferendam eſſe ſuadent; ſed & obedientiæ vndequaque perfectæ ei exhibendæ motiua & media ſubminiſtrant; quod & per ſingulas virtutis iſtius optimas conditiones demonſtrare aggredior.

8. In primis enim quoad finem & obiectum quod ſibi quiſque in exercitio obedientiæ proponere debet, hoc traditum habemus à D. Paulo, *ſerui obedite Dominis carnalibus cum timore & tremore in ſimplicitate cordis veſtri ſicut Chriſto: non ad oculum ſeruientes quaſi placentes, ſed vt ſerui Chriſti, facientes voluntatem Dei ex animo: cùm bona voluntate ſeruientes, ſicut Domino & non hominibus.* Sed præterea idem obiectum multo nobiliori modo nobis hic exhibetur; cùm non ex neceſſitate ad ſeruitudinem redacti ſimus, ſed ex pura libertate, & bona voluntate Chriſto magis perfectè inſeruiendi: neque hic Dominos Carnales agnoſcimus, ſed ſpirituales duntaxat: neque in rerum temporalium curis miniſteria noſtra collocamus; ſed in cultu Dei, & animarum noſtrarum ſanctificatione. Vnde ſicut Chriſto in perſona præpoſiti noſtri verè ſubeſſe proponimus, atque ex præſcripto Regulæ noſtræ promiſſam ei obedientiam operis veritate exhibere; ita inde docemur obedientiam noſtram ſinceram eſſe debere, ingenuam, non verò fucatam & tantum apparentem, cum ad Chriſtum cui omne cor patet, & quem nullum latet ſecretum rectà dirigatur.

9. Præterea hoc ſtante præcepto ſeu conſilio in Regula noſtra contento de inſpiciendo & conſiderando Chriſto in perſona præpoſitorum noſtrorum, grauis diſſoluitur difficultas & quidem ex præcipuis quæ occurrunt in obedientiæ praxi, quando ſcilicet aduenit vt qui aliis præſunt, non tantum carent dotibus, & bonis qualitatibus quæ ad ſuum munus ritè exercendũ neceſſariæ ſunt; ſed & prauis aliquando moribus imbuti reperiũtur. Sicut enim aurum vel argentũ quibus ſtatua conflatur non eam cultu dignam efficiunt, ſed quod in ea repræſentatur meritis & excellentia præſtans: ſi lignea ſit, vel lutea, non minori vene-

ratione digna eſt, quam ſi gemmis eſſet ornata; eſto oculis magis grata ſit & precioſa; ita non conſideranda eſt præpoſitorum perſona ſecundum quod ſe gerunt quoad bonos vel prauos mores; ſed attendendum eſt ad eum quem repræſentant, nempè Chriſtum Dominum, & ad eius qua gaudent authoritatem: quod optimè declarat Apoſtolorum Princeps cum docet *ſeruos ſubditos eſſe oportere Dominis ſuis non tantum bonis & modeſtis, ſed etiam dyſcolis.* Vnde & Chriſtus ipſe hoc ſatis expreſſè docuit dùm dixit *ſuper Cathedram Moyſi ſederunt Scribæ & Phariſæi: omnia ergo quæcumque dixerint vobis ſeruate & facite: ſecundum opera eorum nolite facere.*

10. Inde eſt etiam, quod ex mente vitæ ſpiritualis peritorum, obedientia quæ ſic exhibetur maioris eſt meriti, & perfectionis, quam ſi Deo, vel Chriſto immediatè redderetur: maior eſt enim ibi fidei actus, maior humilitatis extenſio, maior obſequii exhibitio, maius venerationis & pii erga Chriſtum affectus teſtimonium, vt per ſe ſatis patet.

11. Præterea hæc eadem Regulæ noſtræ verba, *Chriſtum potius cogitantes*, valdè facilem & efficacem præbent modum ad extirpandam in nobis voluntatis propriæ radicem, atque felici non minus quam vtili commercio voluntatem diuinam in locum humanæ in nobis ſubſtituere docent, Chriſto etiam dicente, *qui vos audit me audit*. Certè propria voluntate nihil peius eſſe vniuerſi conclamant Patres, & Bernardus quidem, *grande malum*, inquit, *propria voluntas, quò fit vt bona tua tibi bona non ſint. Vnde grauis illa apud Iſayam expoſtulatio, quare ieiunauimus & non aſpexiſti, humiliauimus animas noſtras & neſciſti? Ecce in die ieiunii veſtri inuenitur voluntas veſtra.* Vnde etiam concludit idem Bernardus, *caueamus à propria voluntate tanquam à vipera*

peſſima & nequiſſima; quæ ſola damnare poſſit animas noſtras. ceſſet, ait alibi, *voluntas propria, & ceſſabit infernus.*

12. Huic igitur tam graui malo efficaciſſimum affert remedium qui nobis hic præſcribitur obedientiæ modus, cùm ex Ioanne Climaco *obedientia ſit ſepulchrum propriæ voluntatis*; & in eo quod hic eam in nobis deſtruit, excellenter perficit: quia in eius loco Chriſti voluntatem ſubſtituit quæ nos dirigit & ad ſingula bona opera inducit. Vnde vero Religioſo Carmelitæ Chriſtum ſibi per Superiorem loquentem audienti atque mandatis eius obtemperanti optime congruit ſacrum iſtud Iſayæ vaticinium *& vocaberis voluntas mea in eo*, dum non aliud vult, quam quod Deus vult, non ad aliud inclinat, quam ad quod Diuina voluntas eum impellit, nec aliud exequitur quam quod Deo placet, & ex eius parte ei præcipitur.

13. Dico amplius, quod eiuſmodi obedientiæ praxis ad veram cum Chriſto in hac virtute conformitatem nos conducit. Certè mirum eſt quod licet voluntas Chriſti diuina eſſet, ſanctiſſima & inpeccabilis; ipſe tamen frequentiſſimè declarauit in Euangelio ſe ei renuntiare, nec eam facere velle, ſed Patris ſui duntaxat mandata exequi. *Deſcendi de cælo,* inquit, *non vt faciam voluntatem meam, ſed voluntatem eius qui miſit me.* Alibi ait, *non quæro voluntatẽ meã, ſed voluntatẽ eius qui miſit me.* Alibi iterũ, *meus cibus eſt vt faciã voluntatẽ eius qui miſit me.* Aliàs ait, *à me ipſo facio nihil, &c. ſed quæ placita ſunt ei facio ſemper.* Ita quicumque ad Carmeliticũ Ordinem accedit, ſtatuere debet ſe non venire ad hunc vitæ ſtatũ, vt voluntatis ſuæ propenſionibus adhæreat, ſed vt iis perfectè renuntiet, aliamque non habeat voluntatis ſuæ legem, quam vt eam integrè ſubiiciat Chriſti ſaluatoris voluntati ſibi per Superiorem ſuum

locum

locum eius tenentem denunciatæ: tuncque firmiter credat oportet ſe quæ Deo placita fuerint ſemper eſfecturum, abſque vllo erroris periculo, cum Deum ſeu Chriſtum habeat Dominum, Magiſtrũ, & operum ſuorum directorem: vnde poſſumus exclamare cum Diuo Bernardo, *O ſumma virtutis obedientia potentia, qua obtenta vix homo poßit peccare.*

14. Hinc patet euidenter quantum hallucinentur, qui voluntati ſuæ adeò inhærent in iis quæ facienda occurrunt, vt ab ea vel nullatenus, vel non niſi ægrè dimoueri queant. Non tantùm obedire renuunt, in iis quæ genio ſuo repugnant, ſed varios prætextus quærunt, & proferunt quibus ſe excuſent ab exequendis quæ ſibi imperata ſunt. Nec minus culpabiles ſunt qui variis artibus efficere ſtudent, vt quæ ſibi grata ſunt perficere liceat. Certè vt optimè Bernardus, *quiſquis vel apertè, vel occultè ſatagit, vt quod habet in voluntate hoc ei ſpiritualis pater iniungat, ipſe ſe ſeducit, ſi fortè ſibi quaſi de obedientia blanditur: neque enim in ea re ipſe Prælato, ſed magis ei Prælatus obedit.* Immo Gregorii magni mens eſt quòd *obedientia in aduerſis ex ſuo aliquid habere debet*, hoc eſt libenter acceptare, & ſubmittere ſe damnis & moleſtiis quæ in eiuſmodi rerum executione ſufferendæ ſunt: *In Proſperis verò nihil omnino de ſuo habere*, hoc eſt, non niſi ægrè acceptare munia quæ vel ad honorem, vel ad voluptatem, aut ad aliquod emolumentum cedunt, nec iis frui niſi cum aliqua repugnantia; vt propriæ voluntatis ſatisfactioni, ac complacentiæ ſemper & in omnibus obſiſtatur.

15. Aliam item virtutis obedientiæ circunſtantiam valdè inſignem ex iiſdem Regulæ noſtræ verbis edocemur obſeruare, nempè celeritatem, ſeu præferuidam animi concitationem ad exequendum quæ per obedientiam iniunguntur, dum ſcilicet Chriſtum no-

peſſima & nequiſſima; *quæ ſola damnare poſſit animas noſtras. ceſſet*, ait alibi, *voluntas propria*, *& ceſſabit infernus.*

12. Huic igitur tam graui malo efficaciſſimum affert remedium qui nobis hic præſcribitur obedientiæ modus, cùm ex Ioanne Climaco *obedientia ſit ſepulchrum propriæ voluntatis*; & in eo quod hic eam in nobis deſtruit, excellenter perficit: quia in eius loco Chriſti voluntatem ſubſtituit quæ nos dirigit & ad ſingula bona opera inducit. Vnde vero Religioſo Carmelitæ Chriſtum ſibi per Superiorem loquentem audienti atque mandatis eius obtemperanti optime congruit ſacrum iſtud Iſayæ vaticinium *& vocaberis voluntas mea in eo*, dum non aliud vult, quam quod Deus vult, non ad aliud inclinat, quam ad quod Diuina voluntas eum impellit, nec aliud exequitur quam quod Deo placet, & ex eius parte ei præcipitur.

13. Dico amplius, quod eiuſmodi obedientiæ praxis ad veram cum Chriſto in hac virtute conformitatem nos conducit. Certè mirum eſt quod licet voluntas Chriſti diuina eſſet, ſanctiſſima & inpeccabilis; ipſe tamen frequentiſſimè declarauit in Euangelio ſe ei renuntiare, nec eam facere velle, ſed Patris ſui duntaxat mandata exequi. *Deſcendi de cælo*, inquit, *non vt faciam voluntatem meam, ſed voluntatem eius qui miſit me.* Alibi ait, *non quæro voluntatē meā, ſed voluntatē eius qui miſit me.* Alibi iterū, *meus cibus eſt vt faciā voluntatē eius qui miſit me.* Aliàs ait, *à me ipſo facio nihil, &c. ſed quæ placita ſunt ei facio ſemper.* Ita quicumque ad Carmeliticū Ordinem accedit, ſtatuere debet ſe non venire ad hunc vitæ ſtatū, vt voluntatis ſuæ propenſionibus adhæreat, ſed vt iis perfectè renuntiet, aliamque non habeat voluntatis ſuæ legem, quam vt eam integrè ſubiiciat Chriſti ſaluatoris voluntati ſibi per Superiorem ſuum

locum

147

locum eius tenentem denunciatæ: tuncque firmiter credat oportet ſe quæ Deo placita fuerint ſemper effecturum, abſque vllo erroris periculo, cum Deum ſeu Chriſtum habeat Dominum, Magiſtrũ, & operum ſuorum directorem: vnde poſſumus exclamare cum Diuo Bernardo, *O ſumma virtutis obedientia potentia, qua obtenta vix homo poßit peccare.*

14. Hinc patet euidenter quantum hallucinentur, qui voluntati ſuæ adeò inhærent in iis quæ facienda occurrunt, vt ab ea vel nullatenus, vel non niſi ægrè dimoueri queant. Non tantùm obedire renuunt, in iis quæ genio ſuo repugnant, ſed varios prætextus quærunt, & proferunt quibus ſe excuſent ab exequendis quæ ſibi imperata ſunt. Nec minus culpabiles ſunt qui variis artibus efficere ſtudent, vt quæ ſibi grata ſunt perficere liceat. Certè vt optimè Bernardus, *quiſquis vel apertè, vel occultè ſatagit, vt quod habet in voluntate hoc ei ſpiritualis pater iniungat, ipſe ſe ſeducit, ſi fortè ſibi quaſi de obedientia blanditur: neque enim in ea re ipſe Prælato, ſed magis ei Prælatus obedit.* Immo Gregorii magni mens eſt quòd *obedientia in aduerſis ex ſuo aliquid habere debet*, hoc eſt libenter acceptare, & ſubmittere ſe damnis & moleſtiis quæ in eiuſmodi rerum executione ſufferendæ ſunt: *In Proſperis verò nihil omnino de ſuo habere*, hoc eſt, non niſi ægrè acceptare munia quæ vel ad honorem, vel ad voluptatem, aut ad aliquod emolumentum cedunt, nec iis frui niſi cum aliqua repugnantia; vt propriæ voluntatis ſatisfactioni, ac complacentiæ ſemper & in omnibus obſiſtatur.

15. Aliam item virtutis obedientiæ circunſtantiam valdè inſignem ex iiſdem Regulæ noſtræ verbis edocemur obſeruare, nempè celeritatem, ſeu præferuidam animi concitationem ad exequendum quæ per obedientiam iniunguntur, dum ſcilicet Chriſtum no-

peſſima & nequiſſima; quæ ſola damnare poſſit animas noſtras. ceſſet, ait alibi, *voluntas propria, & ceſſabit infernus.*

12. Huic igitur tam graui malo efficaciſſimum affert remedium qui nobis hic præſcribitur obedientiæ modus, cùm ex Ioanne Climaco *obedientia ſit ſepulchrum propriæ voluntatis*; & in eo quod hic eam in nobis deſtruit, excellenter perficit: quia in eius loco Chriſti voluntatem ſubſtituit quæ nos dirigit & ad ſingula bona opera inducit. Vnde vero Religioſo Carmelitæ Chriſtum ſibi per Superiorem loquentem audienti atque mandatis eius obtemperanti optime congruit ſacrum iſtud Iſayæ vaticinium *& vocaberis voluntas mea in eo*, dum non aliud vult, quam quod Deus vult, non ad aliud inclinat, quam ad quod Diuina voluntas eum impellit, nec aliud exequitur quam quod Deo placet, & ex eius parte ei præcipitur.

13. Dico amplius, quod eiuſmodi obedientiæ praxis ad veram cum Chriſto in hac virtute conformitatem nos conducit. Certè mirum eſt quod licet voluntas Chriſti diuina eſſet, ſanctiſſima & inpeccabilis; ipſe tamen frequentiſſimè declarauit in Euangelio ſe ei renuntiare, nec eam facere velle, ſed Patris ſui duntaxat mandata exequi. *Deſcendi de cælo*, inquit, *non vt faciam voluntatem meam, ſed voluntatem eius qui miſit me.* Alibi ait, *non quæro voluntatẽ meã, ſed voluntatẽ eius qui miſit me.* Alibi iterũ, *meus cibus eſt vt faciã voluntatẽ eius qui miſit me.* Aliàs ait, *à me ipſo facio nihil, &c. ſed quæ placita ſunt ei facio ſemper.* Ita quicumque ad Carmeliticũ Ordinem accedit, ſtatuere debet ſe non venire ad hunc vitæ ſtatũ, vt voluntatis ſuæ propenſionibus adhæreat, ſed vt iis perfectè renuntiet, aliamque non habeat voluntatis ſuæ legem, quam vt eam integrè ſubiiciat Chriſti ſaluatoris voluntati ſibi per Superiorem ſuum

locum

149

locum eius tenentem denunciatæ: tuncque firmiter credat oportet ſe quæ Deo placita fuerint ſemper effecturum, abſque vllo erroris periculo, cum Deum ſeu Chriſtum habeat Dominum, Magiſtrũ, & operum ſuorum directorem: vnde poſſumus exclamare cum Diuo Bernardo, *O ſumma virtutis obedientia potentia, qua obtenta vix homo poßit peccare.*

14. Hinc patet euidenter quantum hallucinentur, qui voluntati ſuæ adeò inhærent in iis quæ facienda occurrunt, vt ab ea vel nullatenus, vel non niſi ægrè dimoueri queant. Non tantùm obedire renuunt, in iis quæ genio ſuo repugnant, ſed varios prætextus quærunt, & proferunt quibus ſe excuſent ab exequendis quæ ſibi imperata ſunt. Nec minus culpabiles ſunt qui variis artibus efficere ſtudont, vt quæ ſibi grata ſunt perficere liceat. Certè vt optimè Bernardus, *quiſquis vel apertè, vel occultè ſatagit, vt quod habet in voluntate hoc ei ſpiritualis pater iniungat, ipſe ſe ſeducit, ſi fortè ſibi quaſi de obedientia blanditur: neque enim in ea re ipſe Prælato, ſed magis ei Prælatus obedit.* Immo Gregorii magni mens eſt quòd *obedientia in aduerſis ex ſuo aliquid habere debet*, hoc eſt libenter acceptare, & ſubmittere ſe damnis & moleſtiis quæ in eiuſmodi rerum executione ſufferendæ ſunt: *In Proſperis verò nihil omnino de ſuo habere*, hoc eſt, non niſi ægrè acceptare munia quæ vel ad honorem, vel ad voluptatem, aut ad aliquod emolumentum cedunt, nec iis frui niſi cum aliqua repugnantia; vt propriæ voluntatis ſatisfactioni, ac complacentiæ ſemper & in omnibus obſiſtatur.

15. Aliam item virtutis obedientiæ circunſtantiam valdè inſignem ex iiſdem Regulæ noſtræ verbis edocemur obſeruare, nempè celeritatem, ſeu præferuidam animi concitationem ad exequendum quæ per obedientiam iniunguntur, dum ſcilicet Chriſtum no-

peſſima & nequiſſima; *quæ ſola damnare poſſit animas noſtras. ceſſet*, ait alibi, *voluntas propria*, *& ceſſabit infernus.*

12. Huic igitur tam graui malo efficaciſſimum affert remedium qui nobis hic præſcribitur obedientiæ modus, cùm ex Ioanne Climaco *obedientia ſit ſepulchrum propriæ voluntatis*; & in eo quod hic eam in nobis deſtruit, excellenter perficit: quia in eius loco Chriſti voluntatem ſubſtituit quæ nos dirigit & ad ſingula bona opera inducit. Vnde vero Religioſo Carmelitæ Chriſtum ſibi per Superiorem loquentem audienti atque mandatis eius obtemperanti optime congruit ſacrum iſtud Iſayæ vaticinium *& vocaberis voluntas mea in eo*, dum non aliud vult, quam quod Deus vult, non ad aliud inclinat, quam ad quod Diuina voluntas eum impellit, nec aliud exequitur quam quod Deo placet, & ex eius parte ei præcipitur.

13. Dico amplius, quod eiuſmodi obedientiæ praxis ad veram cum Chriſto in hac virtute conformitatem nos conducit. Certè mirum eſt quod licet voluntas Chriſti diuina eſſet, ſanctiſſima & inpeccabilis; ipſe tamen frequentiſſimè declarauit in Euangelio ſe ei renuntiare, nec eam facere velle, ſed Patris ſui duntaxat mandata exequi. *Deſcendi de cælo*, inquit, *non vt faciam voluntatem meam, ſed voluntatem eius qui miſit me.* Alibi ait, *non quæro voluntatẽ meã, ſed voluntatẽ eius qui miſit me.* Alibi iterũ, *meus cibus eſt vt faciã voluntatẽ eius qui miſit me.* Aliàs ait, *à me ipſo facio nihil, &c. ſed quæ placita ſunt ei facio ſemper.* Ita quicumque ad Carmeliticũ Ordinem accedit, ſtatuere debet ſe non venire ad hunc vitæ ſtatũ, vt voluntatis ſuæ propenſionibus adhæreat, ſed vt iis perfectè renuntiet, aliamque non habeat voluntatis ſuæ legem, quam vt eam integrè ſubiiciat Chriſti ſaluatoris voluntati ſibi per Superiorem ſuum

locum

locum eius tenentem denunciatæ: tuncque firmiter credat oportet ſe quæ Deo placita fuerint ſemper effecturum, abſque vllo erroris periculo, cum Deum ſeu Chriſtum habeat Dominum, Magiſtrũ, & operum ſuorum directorem: vnde poſſumus exclamare cum Diuo Bernardo, *O ſumma virtutis obedientia potentia, qua obtenta vix homo poſſit peccare.*

14. Hinc patet euidenter quantum hallucinentur, qui voluntati ſuæ adeò inhærent in iis quæ facienda occurrunt, vt ab ea vel nullatenus, vel non niſi ægrè dimoueri queant. Non tantùm obedire renuunt, in iis quæ genio ſuo repugnant, ſed varios prætextus quærunt, & proferunt quibus ſe excuſent ab exequendis quæ ſibi imperata ſunt. Nec minus culpabiles ſunt qui variis artibus efficere ſtudent, vt quæ ſibi grata ſunt perficere liceat. Certè vt optimè Bernardus, *quiſquis vel apertè, vel occultè ſatagit, vt quod habet in voluntate hoc ei ſpiritualis pater iniungat; ipſe ſe ſeducit, ſi fortè ſibi quaſi de obedientia blanditur: neque enim in ea re ipſe Prælato, ſed magis ei Prælatus obedit.* Immo Gregorii magni mens eſt quòd *obedientia in aduerſis ex ſuo aliquid habere debet*, hoc eſt libenter acceptare, & ſubmittere ſe damnis & moleſtiis quæ in eiuſmodi rerum executione ſufferendæ ſunt: *In Proſperis verò nihil omnino de ſuo habere*, hoc eſt, non niſi ægrè acceptare munia quæ vel ad honorem, vel ad voluptatem, aut ad aliquod emolumentum cedunt, nec iis frui niſi cum aliqua repugnantia; vt propriæ voluntatis ſatisfactioni, ac complacentiæ ſemper & in omnibus obſiſtatur.

15. Aliam item virtutis obedientiæ circunſtantiam valdè inſignem ex iiſdem Regulæ noſtræ verbis edocemur obſeruare, nempè celeritatem, ſeu præferuidam animi concitationem ad exequendum quæ per obedientiam iniunguntur, dum ſcilicet Chriſtum no-

locum eius tenentem denunciatæ: tuncque firmiter credat oportet ſe quæ Deo placita fuerint ſemper efſecturum, abſque vllo erroris periculo, cum Deum ſeu Chriſtum habeat Dominum, Magiſtrũ, & operum ſuorum directorem: vnde poſſumus exclamare cum Diuo Bernardo, *O ſumma virtutis obedientia potentia, qua obtenta vix homo poßit peccare.*

14. Hinc patet euidenter quantum hallucinentur, qui voluntati ſuæ adeò inhærent in iis quæ facienda occurrunt, vt ab ea vel nullatenus, vel non niſi ægrè dimoueri queant. Non tantùm obedire renuunt, in iis quæ genio ſuo repugnant, ſed varios prætextus quærunt, & proferunt quibus ſe excuſent ab exequendis quæ ſibi imperata ſunt. Nec minus culpabiles ſunt qui variis artibus efficere ſtudent, vt quæ ſibi grata ſunt perficere liceat. Certè vt optimè Bernardus, *quiſquis vel apertè, vel occultè ſatagit, vt quod habet in voluntate hoc ei ſpiritualis pater iniungat, ipſe ſe ſeducit, ſi fortè ſibi quaſi de obedientia blanditur: neque enim in ea re ipſe Prælato, ſed magis ei Prælatus obedit.* Immo Gregorii magni mens eſt quòd *obedientia in aduerſis ex ſuo aliquid habere debet*, hoc eſt libenter acceptare, & ſubmittere ſe damnis & moleſtiis quæ in eiuſmodi rerum executione ſufferendæ ſunt: *In Proſperis verò nihil omnino de ſuo habere*, hoc eſt, non niſi ægrè acceptare munia quæ vel ad honorem, vel ad voluptatem, aut ad aliquod emolumentum cedunt, nec iis frui niſi cum aliqua repugnantia; vt propriæ voluntatis ſatisfactioni, ac complacentiæ ſemper & in omnibus obſiſtatur.

15. Aliam item virtutis obedientiæ circunſtantiam valdè inſignem ex iiſdem Regulæ noſtræ verbis edocemur obſeruare, nempè celeritatem, ſeu præferuidam animi concitationem ad exequendum quæ per obedientiam iniunguntur, dum ſcilicet Chriſtum no-

bis per Superiores noſtros mandata ſua intimare ſignificant, *qui vos audit me audit.* Certè hoc ſtante documento in ea quiſque noſtrûm verſari debet diſpoſitione, vt cùm Deum ſeu Chriſtum frequenter ad ſe loqui paratum credat & aliquid præcipere; perpetuò ſibi ſeu illi potius attendat & aures erigat, vt loquentem audiat, atque ad inſtar Samuelis dicat, *Ecce ego quia vocaſti me.* Dicat pariter cum Dauide, *paratum cor meum Deus, paratum cor meum*, ſcilicet ad exequendum promptè & hilariter quæcumque præceperis.

16. Hoc ergo præſtare ſtatuat quilibet inferior erga Superiorẽ ſuũ quem vice Chriſti & ex eius parte ſibi loqui credere debet, quãdo aliquid præcipit. Diſcat ex Bernardo, quod *fidelis obediens neſcit moras, fugit craſtinũ, ignorat tarditatẽ, præcipientis viſui parat oculos, aures auditui, linguã voci, manus operi, itineri pedes, totum ſe colligit vt imperantis colligat voluntatem.* Albertus item magnus addit quòd *verus obediens nunquam præceptum expectat, ſed ſolam voluntatem Prælati ſciens vel credens, feruenter exequitur pro præcepto.* Immò, non tantùm perſonæ nutum expectat, ſed ſi ſigno aliquo, puta campanæ ex præpoſitorum Ordinatione generali vel ſpeciali dato ad aliquid exequendum ſe vocatum agnoſcat; ad inſtar Magorum qui ab oriente ſtella duce venerant ad adorandum Chriſtum natum, exclamat *hoc ſignum magni Regis eſt, eamus & offeramus ei munera*, hoc eſt obedientiæ munia quæ victimis potiora ſunt: ſtatim exilit, opus etiam inchoatum relinquit, vt quod ſibi præcipuum eſſe noſcit, nempè obedire Deo, ſeu hominibus propter Deum, exequatur.

17. Maximam etiam ſimplicitatem diligenter adhibendam eſſe in præſtanda obedientia ſuadent eadem Regulæ noſtræ verba, *qui vos audit me audit:* quis enim Chriſtum loquentem non attentè audiat, & quæ præ-

cipit diſcutere velit & examinare? conſtat ex Ioanne Climaco quòd *obedientia eſt inexaminatus atque indiſcuſſus motus, curioſitate carens, diſcretionis depoſitio.* Et ex D. Gregorio *vera obedientia nec præpoſitorum intentionem diſcutit, nec præcepta diſcernit: quia qui omne vita ſua iudicium maiori ſubdidit, in hoc ſolo gaudet, ſi quod ſibi præcipitur operatur: neſcit enim iudicare quiſquis perfectè didicerit obedire, quia hoc tantum bonum putat, ſi præceptis obediat.* Ad hunc ergo perfectæ obedientiæ gradum ex tradito à Regula noſtra motiuo nobis facile eſt peruenire.

18. Quod quondam D. Andreas Corſinus in Ordine noſtro ſanctitate conſpicuus dicebat conuenire Monacho, ac in ſe obſeruare ſatagebat, nempè vt eſſet ſimul cæcus, mutus & ſurdus: cæcus, ad obediendum ſine diſcuſſione; mutus, ad non obloquendum contra mandata Superiorum; & ſurdus ad nihil audiendum, aut ad non adhærendum iis quæ aduerſus imperata dici poterant; hoc etiã nobis ex præſcripto in Regula obedientiæ præſtandæ modo facillimũ eſt adimplere: cũ Chriſtus, ſeu Superior à Chriſto illuminatus, & eius ex parte nobis imperãs, ea abundè tollat quæ ex his ſenſuum priuationibus nobis damna euenire poſſunt: multoque tutius in via virtutis ac ſalutis nos conducat, quam ſi in manu conſilii noſtri derelicti motu noſtro & ex propria voluntate progredi deberemus.

19. Alii tres ſimplicitatis gradus in obediẽtiæ praxi communiter deſignantur ad quos pariter ex præſtituta nobis obediendi ratione facile eſt peruenire. Primus eſt inſipientiæ ſeu indiſcretionis, qualis in infantulis vel etiam in amentibus adnotatur. Etenim *obedientia*, vt ait Bernardus, *maximè verò in incipiente, debet eſſe indiſcreta, hoc eſt non diſcernere quid vel quare quid præcipi-*

tur, ſed ad id tantum attendere, vt fideliter & humiliter fiat quod à maiore præcipitur. Vnde idem Bernardus, *Nouitium prudentem, incipientem ſapientem in cella diu poſſe conſiſtere, aut in Congregatione perſeuerare ducebat impoſsibile. Hæc omnis ſit eius diſcretio vt in hoc nulla ſit diſcretio, & hæc eius omnis ſapientia ſit, vt in hac parte nulla ei ſit: & quidem rectè, quoniam Chriſtus factus eſt nobis ſapientia.*

20. Secundus gradus obedientiæ ſimplicis, id eſt veræ & perfectæ, eſt vt obediens ſe habeat velut aſinus aut iumentum, animal irrationale, ſtupidum, labori, & oneri deſtinatum, quod quidquid ſibi imponitur portat ſine mora, nec recalcitrat, aut dolere apparet. Certè ſi Chriſtum reſpiciat Religioſus Carmelita in perſona ſui Prælati vt decet, ab eoque propriè obedientiæ onera ſibi perpetuò imponi arbitretur; idem de ſe facilè ſentiet, & dicet quod Pſaltes Regius, *vt iumentum factus ſum apud te & ego ſemper tecum.* Hoc eſt cum iudicio meo & voluntati renuntiauerim, dum votum obedientiæ emiſi, ad iumenti conditionem me reduxi, vt impoſita mihi onera libenter, & patienter portem, nec mihi nimis grauia, & importabilia apparebunt, modo ſis ſemper mecum qui gratia tua me ſuſtentes, & corrobores.

21. Tertius gradus ſimplicis iſtius obedientiæ eſt vt qui eam profeſſus eſt ad corporis mortui ſimilitudinē ſe redactum eſſe arbitretur: & ſicut corpus mortuum nec ſentit, nec mouetur, niſi in quantum ab aliquo mouetur; ita verus obediens ad nullum opus manum admouere debet, nec quidquam exequi niſi ad id moueatur à Superiore. Quod & D. Paulus ſatis innuit dum de veris Chriſti famulis quales ſunt viri Religioſi diſſerens, *Mortui eſtis, & vita veſtra eſt abſcondita cum Chriſto in Deo.* Chriſtus igitur cum vita noſtra ſit, noſterque verè Superior, verè etiam in nos vitam influit

&vitales actiones facere tribuit, quando quæ facienda ſunt nobis per obedientiam à Superiore iniungit.

22. At iam conſiderans quomodo plerique Cœnobitæ ſe gerunt in his obedientiæ circunſtantiis, licere mihi exiſtimo dicere cum Apoſtolo, *timeo ne ſicut Serpens Euam ſeduxit aſtutia ſua; ita corrumpantur ſenſus veſtri & excidant à ſimplicitate quæ eſt in Chriſto Ieſu. Cur*, inquit ſerpens ad Euam *præcepit vobis Deus vt non comederetis de omni ligno Paradiſi?* & Bernardus optimè, *Adam diſcutit, comedit, inobediens factus eſt, & de Paradiſo eiectus.* Iure igitur timendum eſt, immò & dolendum quod licet ex ſupradictis documentis atque etiam ex ſtatutorum noſtrorum lege teneamur, *In omnibus honeſtis & licitis obedire ſimpliciter abſque diſcuſſione, celeriter abſque deſidia, hilariter & non ex triſtitia aut neceſſitate*; Nonnulli ſunt qui non tantùm ea quæ actualiter imperantur, ſed etiam decreta capitulorum Prouincialium & Congregationum, Ordinationes R. P. Prouincialium, immò etiam & Reuerendiſſimi P. Generalis audent diſcutere & ſeuerè arguere. Cum etiam ex iiſdem noſtris ſtatutis, *Omnia quæ à Superioribus noſtris iubentur iuſta eſſe ſibi debeant perſuadere inferiores, niſi praua ex ſeipſis manifeſtè conſpiciantur: iudicium & ſenſum proprium, repugnantias atque difficultates omnes vbique ſuperantes, obedientiæ victoriis, iudicio ac voluntati Superiorum, ſua etiam omnia & quæcumque agenda ſunt ſubmittentes*; auſu tamen temerario & inſolenti inſurgunt aduerſus ordinationes Superiorum, cauillis & argutiis eas pungentes, quibus etiam riſum & contemptum nonnunquam adiiciunt.

23. Vt verò quid hac in re grauis iniurię, atrociſque criminis interueniat, & quomodo ex ſuprapoſitis Regulæ noſtræ terminis reuincendũ ſit pateat; quatuor adnoto modos quibus diuerſimodè & ſatis frequẽter

cõtingit cõtra Superiores ac eorũ mandata ab inferioribus peccari. Primus eſt reſiſtentiæ ſiue negatiua ſit ſiue poſitiua. Secũdus, quãdo accedit contẽptus. Tertius, murmur adiicit. Quartus, ad maledicentiã & detractiones tranſit : de quibus hic ſingulatim & ſtrictim adhuc dicendum, quia maximi ſunt momenti, nec ſatis ponderari videntur à pleriſque.

24. Quantùm ad primum, ſcilicet reſiſtentiam; etſi ſatis appareat quam grauis ſit eiuſmodi culpæ ratio ex iſtis Apoſtoli verbis, *Qui poteſtati reſiſtit, Dei ordinationi reſiſtit. Quis enim ei reſiſtit & pacem habuit?* vt patientiſſimus Iob percunctatur; præterea hæc ex Regum primo verba id ſanè luculenter demonſtrant, *quaſi peccatum ariolandi eſt repugnare, & quaſi ſcelus Idololatriæ nolle acquieſcere.* Peccatum ariolandi eſt quando ad magos ſeu ariolos aliquis recurrit, vt alicuius rei notitiam habeat, & ſtatuat quid ſibi agendũ ſit. Idololatriæ verò ſcelus eſt cùm quis cultum & obſequium exhibet Idolo quod ſoli vero Deo debetur. Ille igitur qui præpoſito ſuo iuſtè præcipienti, & quidem ex parte Chriſti cuius vices gerit, repugnat, & prudentiæ ſuæ magis fidit, quaſi ſcelus ariolandi admittit. Qui etiam poſthabito authoritatis Diuinæ in Superiore ſuo reſidentis honore, & obſequio acquieſcere renuit vt voluntatis ſuæ velut maiori fide dignæ motum ſequatur; Idololatra eſt, Deo odibilis. quid grauiùs?

25. Quod ſpectat contemptum qui ab inferioribus nonnunquam Prælatis infertur, in Chriſtum ipſum redundare non eſt dubium, ipſomet ore ſuo declarante, atque in Regula noſtra nobis ſignificante, quod qui Prælatum ſuum ſpernit, ipſummet Chriſtum Saluatorem ſpernit. Et vero idipſum præterea Samueli à Deo declaratum fuit, quando Iſraelitæ Regi-

minis eius pertæſi, Regem ſibi ab eo dari inſtanter petierunt, tunc enim ait ipſi Deus *non te abiecerunt ſed me, ne regnem ſuper eos.* Quare cùm aliundè conſtet ex ſacris Scripturis nullius rei Deum tam cupidum eſſe & zeloſum quam gloriæ & honoris ſibi ab hominibus debiti; concludunt Theologi non tantùm contemptum formalem ſed & minus grauem & quemlibet etiam paruum contra Superiorum Authoritatem admiſſum valdè timendum eſſe & euitandum.

26. Quod ſpectat murmurationes, & indè ſubſequentes ſeditiones ac rebelliones contra Superiorum Authoritatem, directè etiam contra Deum tendere, patet euidenter ex iſtis Moyſi verbis ad filios Iſraël quando conquerebantur de ſuo ex Egypto diſceſſu. *Audiui murmur veſtrum contra Dominum: nos vero quid ſumus quia muſſitatis contra nos? Non contra nos eſt murmur veſtrum, ſed contra Dominum.* Propterea etiam patet ex Scriptura ſacra quod quoties murmurauerunt contra Moyſem ſuum Ducem, toties acriter caſtigati ſunt à Deo. Propterea Core, Dathan, & Abiron cum ſuis familiis viuos terra abſorpſit. Propterea quatuordecim mille & ſeptingentos homines conſumpſit incendium. Vndè ſibi cautè attendere debent qui tam facilè & frequenter contra ſuos Superiores obmurmurant, nec peccati quod admittunt grauitatem conſiderant. Audiant ergò D. Paulum ſibi, ſicut & Corinthiis dicentem, *neque murmuraueritis ſicut quidam eorum murmurauerunt, & perierunt ab exterminatore,* & timeant ne ſimilibus pœnis vel aliis vltione diuina plectantur.

27. Quarta inobedientiæ & irreuerentiæ erga Superiores ſpecies, nempe maledicentia, oblocutio, detractio, eò maiorem continet malitiam, quò præcedentes omnes peccati circunſtantias ſecum inuoluit,

& iniuſtitiam ſicut & offenſam addit. Qua in re notandum venit quod ex mente Patrum, præceptum iſtud Diuinum, *diis non detrahes*, Prælatos reſpicit, quos alias non ſemel deorum nomine decoratos agnoſcimus in ſacris Codicibus. Vnde & Bernardus ad hunc locum ait, *Prælatos ſibi quodammodo æquare dignatus eſt Deus, & ſibimet imputat illorum reuerentiam & contemptum.* Et Gregorius magnus attendens quod habetur in ſacra Scriptura, nempè *percuſſit cor ſuum Dauid, eo quod abſcidiſſet oram Chlamydis Saul,* optimè infert *facta Superiorum oris gladio ferienda non eſſe, quamuis reprehendenda videantur.* Attendãt igitur Religioſi quo cõſcientiæ ſcrupulo tangi & angi debeant, quando accidit vt à Superioribus ſuis artius contineantur in ſuis muneribus, aut petita denegentur, quia iniuſta, aut pro patratis delicis corripiãtur, vt decet tũc ira odio & omni mala voluntate exardeſcũt aduerſus eos; de iis malè obloquuntur, opprobriis & iniuriis afficiunt: & ſciant ſe in peiori vitæ ſtatu verſari nõ poſſe, & rurſus ab Apoſtolo monentur cauere ne qua radix amaritudinis ſurſum germinans cordibus eorum inſideat & per illos inquinentur multi.

28. Hiis addendum quod eò grauius ſubditi peccant qui vel omnibus præmemoratis modis vel aliquo ex illis ſe gerunt erga ſuos Superiores, quò D. Paulus inde maxime arguit eos obedire & ipſis ſubiacere debere, quia *peruigilãt quaſi rationẽ de animabus eorũ reddituri.* Cogitent in quanto periculo verſentur Prælati cum de aliorum factis Deo debeant reſpondere, qui pro ſuis non ſufficiunt id ritè præſtare, & vt optimè Nazianzenus, *quot regendis ſubditis præeſt Superior tot ſolus animas habet cum onere de iis reddendæ apud Deum rationis: quæ certè cogitatio ſi aſſiduè mentem occupat vt debet, omnis Superbiæ tumorem pellit & maximum*

incitis

Digitized by Google

incutit timorem.

29. Inde vlterius penſanda ſunt quæ addit Apoſtolus vt *cùm gaudio hoc faciant & non gementes.* Certè ſicut quandò Prælatus ſubditos habet qui benè viuunt, qui conſiliis & auxiliis ſuis ritè vtuntur vt proficiant in virtute, & animæ ſuæ ſalutem operentur, tanta gaudet conſolatione vt in hunc lætitiæ actum erumpere poſſit cum Apoſtolò, *Fratres mei chariſſimi gaudium meũ & corona mea, ſic ſtate in Domino chariſſimi*; ita quando ſubditos habet diſcolos, inobedientes diſciplinæ Regularis minus amantes, de ſua perfectione parùm ſollicitos, O quot tunc mentis anxietates experitur, quot cordis mœrores! quot conſcientiæ anguſtias patitur! Certè tantæ ſunt, vt quaſi ad mulieris parturientis preſſuras redactus exclamare poſſit cum Apoſtolo *filioli quos iterũ parturio donec formetur in vobis Chriſtus.* Et ſicut quondam Rebecca poſtquam vehementi ſuſcipiendæ prolis deſiderio arſerat, quando venit ad partum præ doloris ingentis cruciatu exclamauit, *ſi ſic mihi futurum erat, quid neceſſe fuit concipere*; itâ ſæpius accidit vt Superior non Patris tantum liberos generantis; ſed matris cum ingenti dolore parturientis nomine & onere potiatur, atque prę triſtitia & mœrore quo afficitur ob prauam liberorum ſuorum viuendi rationem quaſi in odium ſeu ſaltem tædium ſui officii ingentes gemitus & planctus emittat.

30. Attendant adhuc ſubditi illi, qui à recta filiorum ſpiritualium indole ita degenerant, ad quod addit Apoſtolus, *Hoc enim non expedit vobis*; nempè quia clamor Prælatorum aſcendit ad Cœlum & talis contemptus vltionem repetit à Deo, & fieri non poteſt vt Deus qui in perſona Superioris contemni ſe videt, non exardeſcat in irã aduerſus illos diſcolos & ad vindictã feratur, quod & ſat frequenti experientia cõprobatur.

31. Faxit vt quæ hic ſatis fusè, ſed non abs re, de obedientia à ſubditis deſiderata diſſeruimus, deinceps ad fidelem praxim ab omnibus reuocentur! Inde enim maximè pendet non tantùm ſingulorum in Religioſa perfectione profectus; ſed & totius Reformationis firmitas, tranquillitas & perſeuerantia. Attendant Reformati noſtri nè quod ſæpius audiui ab antiquis noſtris Patribus, operibus ſuis confirment, nempè quod antè Reformationem Religioſi antiqui erant magis ſimplices ad obediendum quam ſint Reformati: mandatis Superiorum localium ſicut & maiorum facilius parebant, & erga Prælatos ſuos maiorem vbique & in omnibus reuerentiam exhibebant. Immò non ſemel etiam audiui à Prælatis noſtris maioribus, quod proprius & quaſi innatus Reformationi caracter videbatur eſſe certa quædam præſumptio & licentia quam aſſumũt leges & mandata ſuorum Superiorum examinandi, & ad trutinam quam ſibi fingunt reuocandi, itaut facilè reijciant aut abnuant quæ ſibi non placẽt quaſi ſint ſibi lex & alia non egeant: qua in re non tantùm à vera Reformationis, ſed & Religionis Regula recedunt, ac proinde Superiorum maiorum odium iuſtè incurrunt & contemptum.

CAP. XXXIV.

Ad quid præcipuè attendere debent qui minoribus officijs & functionibus externis vacant.

1. CVm meum hac in opella conſilium ſit propo-re, & breuiter quantùm fieri pote-

præcipua exercitia ſeu ſpeciales agendi modos, quibus vti neceſſe eſt vt Reformationis noſtræ Congregatio firma conſiſtat, & in dies perfectior euadat; ad opuſculi iſtius integritatem pertinere arbitror quæ ſpectant munia quædam magis grauia & communia, quibus etiam plerùmque inſigniores ſingulorum conuentuum perſonæ vacant, vnde regiminis noſtri ſtatũ optimũ & Reformationis noſtræ apud exteros decus & commendationem multùm pendere certum eſt. Tales ſunt litteratorum apud nos exercitationes, quà priuatim & ſibi tantùm ſtudendo, quâ docendo, quâ etiam operis alicuius elucubrationi vacando. Talia ſunt etiam Concionatorum ac Confeſſariorum munera; Æditui Eccleſiæ & Procuratoris Conuentus onera: cæterorum etiam occupationes variæ ſiue in pertractãdis Conuentuũ negotiis, ſiue in aduerſis erga proximum charitatis officiis exercendis: de quibus tamen ſigillatim & fusè hic agere non eſt animus; ſed tantùm ea exponere quæ ad vniuerſale Reformationis noſtræ regimen, decus & conſeruationem magis conducunt.

2. Quia verò ſcientiarum ſtudium eſt magis commune & quaſi vniuerſale inter viros Religioſos exercitium; ea nunc tango quæ decent eos qui magis aſſiduè eis vacant: & ſuppoſitis quæ iam ſatis fusè diſſeruimus de ſcientiarum vtilitate, de modo eas religiosè comparandi, & de ſtudiorum ordine, quorum meminiſſe iuuat; hic addo quæ ad optimum ſcientiarum inter nos vſum conducunt, & conueniunt perſonis pro diuerſitate officiorum ſuorum.

3. Ii igitur omnes attendere debent hoc in primis ſibi dari præceptum quod extat apud Iſayam, *in Doctrinis glorificate Deum*: & conſequenter aduertere debent id pl[illegible] ri poſſe & debere. In ſe qui-

dem primariò, tùm in ſua Religione, ſeu ſocietate cuius ſunt membra, tùm apud exteros : Idque diuerſimodè peragendum eſt pro ratione diuerſorum officiorum quibus ex profeſſione ſua ſinguli tenentur incumbere.

4. Maturè ergo eam quæ decet de ſcientiis æſtimationẽ omnes concipiant, & proinde attendant ad ea quæ de iis ſapientiſſimus æque ac expertiſſimus Salomon docet, his verbis. *Propoſui in animo meo quærere & inueſtigare ſapienter de omnibus quæ fiunt ſub ſole. Hanc occupationem peſſimam dedit Deus filiis hominum vt occuparentur in ea. vidi cuncta quæ fiunt ſub ſole & ecce vniuerſa vanitas & afflictio ſpiritus. Dedi cor meũ vt ſcirem prudentiam atque doctrinam, erroreſque & ſtultitiam, & agnoui quod in his quoque eſſet labor & afflictio ſpiritus: eò quod in multa ſapientia multa ſit indignatio, & qui addit ſcientiam addit & laborem.* Ne ergo quis ad ſcientiarum ſtudia accedat ex curioſitate multa rerum indagine & cognitione explenda, neque ſperet vllam animi ſatisfactionem veram vnquam reportaturum, niſi optimum ſibi in eis finem proponat & iuſto moderamine ei aſſequendo incumbat.

5. Certè quandoquidem vt optimè alibi idem docet ſapiens, *Vani ſunt omnes homines in quibus non ſubeſt ſcientia Dei*, ſcientiæ omnes cenſendæ ſunt vanæ niſi ad ſcientiam Dei reuocentur. Id eſt ad ſcientiam quæ ad Dei & Ieſu Chriſti cognitionem & amorem nos inducat : quæ pariter ſcientiam ſalutis nos edoceat; hoc eſt documẽta prębeat & media quibus animę noſtræ ſalutem operemur. Hæc eſt enim ſcientia ſanctorum, quæ viros decet Religioſos qui ad ſanctitatem aſpirare debent, & ad hoc vnum omnia ſua ſtudia deſtinare.

6. Hoc prætereà à D. Paulo accipiant documentum quod alias direxit ad Hæbreos, *Doctri-*

nis variis & peregrinis nolite abduci, hoc eſt, abſtineatis à ſtudio & indagine ſcientiarum quæ Religioſo ſtatui non ſatis benè conueniunt, aut non niſi cum aliquo ſcientiæ ſalutis diſpendio acquiri poſſunt. Audiant propterea ſanctum Paulinum ſic aptè ad Iouium Tributarium ſcribentem. *Omnium Poëtarum floribus ſpiras, omnium oratorum fluminibus exundas, Philoſophiæ quoque fontibus irrigaris, peregrinis etiam diues litteris os atticis fauis imples. Vt iſtis occuperis immunis es & liber; vt Chriſtum, hoc eſt Dei ſapientiam diſcas, occupatus es. vacat tibi vt Philoſophus ſis, non vacat vt ſis Chriſtianus. Verte potius ſententiam, ſis Deo Philoſophus, eſto peripateticus Deo.* Quæ certè verba Religioſis pleriſque apprimè conueniunt, & proinde digna ſunt quæ attente ab eis conſiderentur.

7. Certè ſcientiarum ſtudium ſuas habet delicias & oblectationes quæ nonnullorum mentem ita alliciunt vt pro illis alia quælibet exercitia videantur inſipida: immò ſomnum nonnunquam corpori & quietem ſurripiunt. Sed viros maximè Religioſos recordari oportet D. Hieronymum ſeuerè quondam ab Angelo virgis cæſum fuiſſe, ob nimium quod impendebat temporis in lectione operum Ciceronis, & ob nimis ſuauem quam inde hauriebat delectationem. Etſi verò conueniat vt qui litterarum ſtudiis ritè applicati ſunt, accuratè eis incumbant, nec tempus terant inutiliter; tamen ardor nimius quo à natura ſæpius ad ea excitantur, à gratiæ ſpiritu temperandus eſt, & obedientiæ terminis ita continendus vt nunquam præſctiptas à Regula vel conſtitutionibus metas excedat. Quando verò vrget magis eiuſmodi ſcientiæ acquirendæ prurigo & ardor, nihil aptius, quam vt ad mentem reuocetur iſta eiuſdem D. Hieronymi meditatio, quod ſi pari cura, pari aſſiduitate & affectu aliquando quis incumberet in

perfectionis acquirendæ ſtudium, quem adhibet ad comparandas ſcientias; ad ſanctitatis culmen breui perueniret. Pudeat ergo ipſum quod de excolendo ſcientiis ingenio tam ſollicitus ſit, & de virtutum ornatu tam negligens? quod peripſemata & quiſquilias tam ſtudiose colligere & conſeruare ſtudeat: & de opulentiſſimo ac æterno virtutum theſauro ſibi comparando nihil aut parum ſollicitus appareat.

8. Recordentur non tam ſtudio & ingenii contentione, quam oratione & bonorum operum executione ſcientias comparari. Conſiderent Chriſtum Deo Patri gratias egiſſe eò quòd myſteriorum cœleſtium ſecreta ſapientibus abſcondit, & ea paruulis reuelat. Attendant ad iſtud grauiſſimum Dauidis votum, *quia non cognoui litteraturam, introibo in potentias Domini*. Reuocent in memoriam piam D. Auguſtini meditationem, dum ipſe vir doctiſſimus conditionis ſuæ ſortem conſiderans quando B. Antonii Abbatis vitam perlegebat, cum quibuſdam ſuis familiaribus, exclamauit ecce ignari & idiotæ rapiunt cœlos, & nos cum noſtris doctrinis mergimur in infernum.

9. Præ cæteris verò cauere debent qui ſtudiis magis aſſiduam nauant operam, ne inde euadant minus deuoti, minus ſimplices, minus humiles, Regularis vitæ minus amantes & profectus ſui ſpiritualis negligentes. Caueant ne vt docti euadant, doctorum apud nos genium & vitæ conſuetudinem reſſuſcitent, dùm ſæpius à choro die ac nocte, & fortaſſe frequentius quam vnquam Doctores abeſſe conſueſcunt; dum orationi mentali non niſi raro interſunt, & vix huic ſancto & prorſus neceſſario exercitio ritè incumbũt; dum communem vitæ ordinem non ſequuntur, ſed pro nutu ſuo & libertate qua hora, quo tempore ſibi placet ſurgunt, comedunt, deambulant & cuncta perſi-

Digitized by Google

ci ũt. Tantum verò abeſt vt qui ita ſe gerunt Deum glorificent in doctrinis ſuis, quin ei maximum detrimentum afferunt. Tantum abeſt vt Religioni ſuæ proficiant, ei plurimum nocent, dum eos qui ſunt in virtute debiles ad ſua praua exempla facilè traducunt: & qui Religioſæ perfectionis magis amantes ſunt, ad murmurationes & querimonias ob eiuſmodi prauos mores facile prouocantur.

10. Tandem conſiderent omnes perſonæ doctæ, quòd cùm ex ſuis ſcientiis plura recipiant beneficia quam alii ad diſcernendum verum à falſo, virtutem à vitio; ad vias etiam virtutis arctiones ineundas, & ad maiora Deo exhibenda officia ſe teneri cogitent. Timeant ne de iis ſint quibus *Diuinitas ſempiternaque eius virtus innotuit fiunt inexcuſabiles, quia cum cognouiſſent Deum, non ſicut Deum glorificauerunt, aut gratias egerunt, ſed euanuerunt in cogitationibus ſuis, & obſcuratum eſt inſipiens cõr eorum: dicentes enim ſe eſſe ſapientes ſtulti facti ſunt*. Aliena etiam ruina cautiores facti metueant ne *Deus eos ſimiliter tradat in deſideria cordis eorum, in immunditiam, atque adeo in reprobum ſenſum, & commutent veritatem Dei in mendacium, creaturæ potius quam creatori ſeruientes*.

11. Vt vero iam accedamus in particulari ad viros quibus ex officio conuenit ſcientiis magis ornari & vti frequentius, Primi ſeſe offerũt Prædicatores quos ſpeciali Dei dono ad hoc opus ritè exercendum indigere certum eſt. Propterea nemo hunc honorem ſibi ex ſemetipſo, ſed ex vocante Deo debet aſſumere: non ex ſola propenſione naturæ de ſe nimiùm ſæpè præſumentis; ſed diuino inſpirante numine, atque ſub gratiæ eius auxilio ad illud ſibi accedendum eſſe arbitretur: non motiuo nimis humano & vano, hoc eſt vel cuiuſdam gloriolæ & ſatisfactionis vanæ inde conſe-

quendæ cauſa, vel vt à communibus vitæ regularis actibus ſe frequenter eximat, ſæpius etiam foras egrediatur atque cùm ſecularibus conuerſetur; ſed pro maiore Dei gloria, proximi ſalute, & Religionis honore ſtatuat ea ſibi eſſe ſuſcipienda.

12. Vt igitur quis tam ſancti operis idoneus euadat miniſter, præuiæ quædam tùm à natura & arte, tùm à gratia & virtute adhibendæ ſunt diſpoſitiones, inter quas priores ſcientiarum peritia primo loco reponenda eſt, quæ quidem non tantum mediocris eſſe debet & particularis; ſed abundans & penè vniuerſalis ob diuerſitatem rerum quæ in concionibus tractandæ occurrunt, & in publicum promendæ. Requiritur verò in primis vt qui eò fungi debent officio Philoſophiæ & Theologiæ curſum integrum non perfunctoriè, ſed accuratè compleuerint: itaut non tantum quæ ſpeculatiua ſunt & maiori cum ſubtilitate diſcuti debent, non ignorent; ſed quæ ſunt poſitiua perfectè intelligant, maximè verò quæ res morales ſpectant. Ea enim omnia neceſſaria ſunt omninò ad explicanda fidei noſtræ dogmata, ad explicanda rerum ſacrarum myſteria, & ad Doctrinam Chriſtianam ritè in omnibus proponendam: vnde etiam aſſiduè quantùm fieri poteſt, peruoluere debent libros ad ea omnia aptos, maximè verò Biblia ſacra, & Sanctorum Patrum opera.

13. Illorum agendi modus videtur nobis minus probandus qui exceptas ab amanuenſibus clarorum virorum conciones ſibi comparant, & iis quaſi ſuo labore compoſitis vti non verentur, quod vix etiam vnquam accidit aſque confuſione & diffamatione eiuſmodi plagiariorum, qui aut iudicantur incapaces conciones proprias componendi, quod fœdum eſt & ignominioſum, aut inde arguuntur adeò negligentes eſſe vt quod ad eas ſtudium & otium neceſſarium eſt non curent

adhibere

adhibere. Minus etiam probandi ſunt qui poſtquam ſemel parauerunt conciones quas ſibi ad omnes occaſiones in toto anni decurſu neceſſarias eſſe præuident, eaſdem ſemper repetunt, non ſine aliquo vituperio & contemptu, & quidem eo maiori quò vix libros aperiunt ſiue vt alias conciones conficiant, aut iam factas exornent & corroborent; ſiue vt aliquid de nouo addiſcant; ſed tempus terunt inutiliter ſiue intra, ſiue extra Conuentum, diuerſis ſe miniſteriis cùm ſecularibus implicantes, vnde nec laudem conſequuntur, nec coram Deo meritum acquirunt.

14. Inter conditiones quæ à gratia & virtute prouenire debent ad prædicatoris miniſteriũ ritè implendum, primas ſibi vendicat orationis & præcipuè mentalis exercitium: nam, vt optimè Doctor Angelicus docet, *Prædicatio ex plenitudine contemplationis deriuatur*, Vnde D. Gregorius *ait, quod de perfectis viris poſt contemplationem ſuam redeuntibus dicitur, memoriam abundantiæ ſuauitatis tuæ eructabunt*. Præterea cum idem Pſaltes Regius dicat *quod Dominus dabit verbum Euangelizantibus virtute multa*; benè infert Hieronymus quod Euangeliſta docere debet quæ à Deo didicit; non quæ humano ſenſu concipit, ſed quæ Spiritus ſanctus ipſũ docet. Vnde optimè etiã Auguſtinus monet concionatorem, *vt pietate magis orationum quam oratorũ facultate ſe poſſe non dubitet: vt orando pro ſe ac pro illis quos allocuturus eſt, ſit Orator antequam Doctor: priuſquam exerat proferentem linguam, ad Deum leuet animam ſitientem, vt eructet quod biberit, vel quod impleuerit fundat*.

15. Altera prædicatoris conditio ea eſt quam D. Paulus à ſuo diſcipulo Timotheo requirebat, *nempè vt exemplum eſſet fideliũ in verbo & in conuerſatione*; hoc eſt vt ſermone ſimul & opere doceret. Etenim vt optimè Bernardus *ſermo viuus & efficax exemplum eſt operis pluri-*

31. Faxit vt quæ hic ſatis fusè, ſed non abs re, de obedientia à ſubditis deſiderata diſſeruimus, deinceps ad fidelem praxim ab omnibus reuocentur! Inde enim maximè pendet non tantùm ſingulorum in Religioſa perfectione profectus; ſed & totius Reformationis firmitas, tranquillitas & perſeuerantia. Attendant Reformati noſtri nè quod ſæpius audiui ab antiquis noſtris Patribus, operibus ſuis confirment, nempè quod antè Reformationem Religioſi antiqui erant magis ſimplices ad obediendum quam ſint Reformati: mandatis Superiorum localium ſicut & maiorum facilius parebant, & erga Prælatos ſuos maiorem vbique & in omnibus reuerentiam exhibebant. Immò non ſemel etiam audiui à Prælatis noſtris maioribus, quod proprius & quaſi innatus Reformationi caracter videbatur eſſe certa quædam præſumptio & licentia quam aſſumūt leges & mandata ſuorum Superiorum examinandi, & ad trutinam quam ſibi fingunt reuocandi, itaut facilè reijciant aut abnuant quæ ſibi non placēt quaſi ſint ſibi lex & alia non egeant: qua in re non tantùm à vera Reformationis, ſed & Religionis Regula recedunt, ac proinde Superiorum maiorum odium iuſtè incurrunt & contemptum.

CAP. XXXIV.

Ad quid præcipuè attendere debent qui minoribus officijs & functionibus externis vacant.

1. CVm meum hac in opella conſilium ſit proponere, & breuiter quantùm fieri poteſt, explicare

præcipua exercitia ſeu ſpeciales agendi modos, quibus vti neceſſe eſt vt Reformationis noſtræ Congregatio firma conſiſtat, & in dies perfectior euadat; ad opuſculi iſtius integritatem pertinere arbitror quæ ſpectant munia quædam magis grauia & communia, quibus etiam plerùmque inſigniores ſingulorum conuentuum perſonæ vacant, vnde regiminis noſtri ſtatũ optimũ & Reformationis noſtræ apud exteros decus & commendationem multùm pendere certum eſt. Tales ſunt litteratorum apud nos exercitationes, quà priuatim & ſibi tantùm ſtudendo, quâ docendo, quâ etiam operis alicuius elucubrationi vacando. Talia ſunt etiam Concionatorum ac Confeſſariorum munera; Æditui Eccleſiæ & Procuratoris Conuentus onera: cæterorum etiam occupationes variæ ſiue in pertractãdis Conuentuũ negotiis, ſiue in aduerſis erga proximum charitatis officiis exercendis: de quibus tamen ſigillatim & fusè hic agere non eſt animus; ſed tantùm ea exponere quæ ad vniuerſale Reformationis noſtræ regimen, decus & conſeruationem magis conducunt.

2. Quia verò ſcientiarum ſtudium eſt magis commune & quaſi vniuerſale inter viros Religioſos exercitium; ea nunc tango quæ decent eos qui magis aſſiduè eis vacant: & ſuppoſitis quæ iam ſatis fusè diſſeruimus de ſcientiarum vtilitate, de modo eas religiosè comparandi, & de ſtudiorum ordine, quorum meminiſſe iuuat; hic addo quæ ad optimum ſcientiarum inter nos vſum conducunt, & conueniunt perſonis pro diuerſitate officiorum ſuorum.

3. Ii igitur omnes attendere debent hoc in primis ſibi dari præceptum quod extat apud Iſayam, *in Doctrinis glorificate Deum*: & conſequenter aduertere debent id pluribus modis præſtari poſſe & debere. In ſe qui-

Digitized by Google

dem primariò, tùm in ſua Religione, ſeu ſocietate cuius ſunt membra, tùm apud exteros: Idque diuerſimodè peragendum eſt pro ratione diuerſorum officiorum quibus ex profeſſione ſua ſinguli tenentur incumbere.

4. Maturè ergo eam quæ decet de ſcientiis æſtimationẽ omnes concipiant, & proinde attendant ad ea quæ de iis ſapientiſſimus æque ac expertiſſimus Salomon docet, his verbis. *Propoſui in animo meo quærere & inueſtigare ſapienter de omnibus quæ fiunt ſub ſole. Hanc occupationem peſsimam dedit Deus filiis hominum vt occuparentur in ea. vidi cuncta quæ fiunt ſub ſole & ecce vniuerſa vanitas & afflictio ſpiritus. Dedi cor meũ vt ſcirem prudentiam atque doctrinam, erroreſque & ſtultitiam, & agnoui quod in his quoque eſſet labor & afflictio ſpiritus: eò quod in multa ſapientia multa ſit indignatio, & qui addit ſcientiam addit & laborem.* Ne ergo quis ad ſcientiarum ſtudia accedat ex curioſitate multa rerum indagine & cognitione explenda, neque ſperet vllam animi ſatisfactionem veram vnquam reportaturum, niſi optimum ſibi in eis finem proponat & iuſto moderamine ei aſſequendo incumbat.

5. Certè quandoquidem vt optimè alibi idem docet ſapiens, *Vani ſunt omnes homines in quibus non ſubeſt ſcientia Dei*, ſcientiæ omnes cenſendæ ſunt vanæ niſi ad ſcientiam Dei reuocentur. Id eſt ad ſcientiam quæ ad Dei & Ieſu Chriſti cognitionem & amorem nos inducat: quæ pariter ſcientiam ſalutis nos edoceat; hoc eſt documẽta prębeat & media quibus animę noſtræ ſalutem operemur. Hæc eſt enim ſcientia ſanctorum, quæ viros decet Religioſos qui ad ſanctitatem aſpirare debent, & ad hoc vnum omnia ſua ſtudia deſtinare.

6. Hoc præterea à D. Paulo accipiant documentum quod alias direxit ad Hæbreos, *Doctri-*

Digitized by

nis variis & peregrinis nolite abduci, hoc eſt, abſtineatis à ſtudio & indagine ſcientiarum quæ Religioſo ſtatui non ſatis benè conueniunt, aut non niſi cum aliquo ſcientiæ ſalutis diſpendio acquiri poſſunt. Audiant propterea ſanctum Paulinum ſic aptè ad Iouium Tributarium ſcribentem. *Omnium Poëtarum floribus ſpiras, omnium oratorum fluminibus exundas, Philoſophiæ quoque fontibus irrigaris, peregrinis etiam diues litteris os atticis fauis imples. Vt iſtis occuperis immunis es & liber; vt Chriſtum, hoc eſt Dei ſapientiam diſcas, occupatus es. vacat tibi vt Philoſophus ſis, non vacat vt ſis Chriſtianus. Verte potius ſententiam, ſis Deo Philoſophus, eſto peripateticus Deo.* Quæ certè verba Religioſis pleriſque apprimè conueniunt, & proinde digna ſunt quæ attente ab eis conſiderentur.

7. Certè ſcientiarum ſtudium ſuas habet delicias & oblectationes quæ nonnullorum mentem ita alliciunt vt pro illis alia quælibet exercitia videantur inſipida: immò ſomnum nonnunquam corpori & quietem ſurripiunt. Sed viros maximè Religioſos recordari oportet D. Hieronymum ſeuerè quondam ab Angelo virgis cæſum fuiſſe, ob nimium quod impendebat temporis in lectione operum Ciceronis, & ob nimis ſuauem quam inde hauriebat delectationem. Etſi verò conueniat vt qui litterarum ſtudiis ritè applicati ſunt, accuratè eis incumbant, nec tempus terant inutiliter; tamen ardor nimius quo à natura ſæpius ad ea excitantur, à gratiæ ſpiritu temperandus eſt, & obedientiæ terminis ita continendus vt nunquam præſctiptas à Regula vel conſtitutionibus metas excedat. Quando verò vrget magis eiuſmodi ſcientiæ acquirendæ prurigo & ardor, nihil aptius, quam vt ad mentem reuocetur iſta eiuſdem D. Hieronymi meditatio, quod ſi pari cura, pari aſſiduitate & affectu aliquando quis incumberet in

perfectionis acquirendæ ſtudium, quem adhibet ad comparandas ſcientias ; ad ſanctitatis culmen breui perueniret. Pudeat ergo ipſum quod de excolendo ſcientiis ingenio tam ſollicitus ſit, & de virtutum ornatu tam negligens? quod peripſemata & quiſquilias tam ſtudiose colligere & conſeruare ſtudeat: & de opulentiſſimo ac æterno virtutum theſauro ſibi comparando nihil aut parum ſollicitus appareat.

8. Recordentur non tam ſtudio & ingenii contentione, quam oratione & bonorum operum executione ſcientias comparari. Conſiderent Chriſtum Deo Patri gratias egiſſe eò quòd myſteriorum cœleſtium ſecreta ſapientibus abſcondit, & ea paruulis reuelat. Attendant ad iſtud grauiſſimum Dauidis votum, *quia non cognoui litteraturam, introibo in potentîas Domini.* Reuocent in memoriam piam D. Auguſtini meditationem, dum ipſe vir doctiſſimus conditionis ſuæ ſortem conſiderans quando B. Antonii Abbatis vitam perlegebat, cum quibuſdam ſuis familiaribus, exclamauit ecce ignari & idiotæ rapiunt cœlos, & nos cum noſtris doctrinis mergimur in infernum.

9. Præ cæteris verò cauere debent qui ſtudiis magis aſſiduam nauant operam, ne inde euadant minus deuoti, minus ſimplices, minus humiles, Regularis vitæ minus amantes & profectus ſui ſpiritualis negligentes. Caueant ne vt docti euadant, doctorum apud nos genium & vitæ conſuetudinem reſſuſcitent, dùm ſæpius à choro die ac nocte, & fortaſſe frequentius quàm vnquam Doctores abeſſe conſueſcunt; dum orationi mentali non niſi raro interſunt, & vix huic ſancto & prorſus neceſſario exercitio ritè incumbũt; dum communem vitæ ordinem non ſequuntur, ſed pro nutu ſuo & libertate qua hora, quo tempore ſibi placet ſurgunt, comedunt, deambulant & cuncta perſi-

ci ſit. Tantum verò abeſt vt qui ita ſe gerunt Deum glorificent in doctrinis ſuis, quin ei maximum detrimentum afferunt. Tantum abeſt vt Religioni ſuæ proficiant, ei plurimum nocent, dum eos qui ſunt in virtute debiles ad ſua praua exempla facilè traducunt: & qui Religioſæ perfectionis magis amantes ſunt, ad murmurationes & querimonias ob eiuſmodi prauos mores facile prouocantur.

10. Tandem conſiderent omnes perſonæ doctæ, quòd cùm ex ſuis ſcientiis plura recipiant beneficia quam alii ad diſcernendum verum à falſo, virtutem à vitio; ad vias etiam virtutis arctiones ineundas, & ad maiora Deo exhibenda officia ſe teneri cogitent. Timeant ne de iis ſint quibus *Diuinitas ſempiternaque eius virtus innotuit ſiunt inexcuſabiles, quia cum cognouiſſent Deum, non ſicut Deum glorificauerunt, aut gratias egerunt. ſed euanuerunt in cogitationibus ſuis, & obſcuratum eſt inſipiens cōr eorum: dicentes enim ſe eſſe ſapientes ſtulti facti ſunt.* Aliena etiam ruina cautiores facti metueant ne *Deus eos ſimiliter tradat in deſideria cordis eorum, in immunditiam, atque adeo in reprobum ſenſum, & commutent veritatem Dei in mendacium, creaturæ potius quam creatori ſeruientes.*

11. Vt vero iam accedamus in particulari ad viros quibus ex officio conuenit ſcientiis magis ornari & vti frequentius, Primi ſeſe offerūt Prædicatores quos ſpeciali Dei dono ad hoc opus ritè exercendum indigere certum eſt. Propterea nemo hunc honorem ſibi ex ſemetipſo, ſed ex vocante Deo debet aſſumere: non ex ſola propenſione naturæ de ſe nimiùm ſæpè præſumentis; ſed diuino inſpirante numine, atque ſub gratiæ eius auxilio ad illud ſibi accedendum eſſe arbitretur: non motiuo nimis humano & vano, hoc eſt vel cuiuſdam gloriolæ & ſatisfactionis vanæ inde conſe-

quendæ cauſa, vel vt à communibus vitæ regularis actibus ſe frequenter eximat, ſæpius etiam foras egrediatur atque cùm ſecularibus conuerſetur; ſed pro maiore Dei gloria, proximi ſalute, & Religionis honore ſtatuat ea ſibi eſſe ſuſcipienda.

12. Vt igitur quis tam ſancti operis idoneus euadat miniſter, præuiæ quædam tùm à natura & arte, tùm à gratia & virtute adhibendæ ſunt diſpoſitiones, inter quas priores ſcientiarum peritia primo loco reponenda eſt, quæ quidem non tantum mediocris eſſe debet & particularis; ſed abundans & penè vniuerſalis ob diuerſitatem rerum quæ in concionibus tractandæ occurrunt, & in publicum promendæ. Requiritur verò in primis vt qui eò fungi debent officio Philoſophiæ & Theologiæ curſum integrum non perfunctoriè, ſed accuratè compleuerint: itaut non tantum quæ ſpeculatiua ſunt & maiori cum ſubtilitate diſcuti debent, non ignorent; ſed quæ ſunt poſitiua perfectè intelligant, maximè verò quæ res morales ſpectant. Ea enim omnia neceſſaria ſunt omninò ad explicanda fidei noſtræ dogmata, ad explicanda rerum ſacrarum myſteria, & ad Doctrinam Chriſtianam ritè in omnibus proponendam: vnde etiam aſſiduè quantùm fieri poteſt, peruoluere debent libros ad ea omnia aptos, maximè verò Biblia ſacra, & Sanctorum Patrum opera.

13. Illorum agendi modus videtur nobis minus probandus qui exceptas ab amanuenſibus clarorum virorum conciones ſibi comparant, & iis quaſi ſuo labore compoſitis vti non verentur, quod vix etiam vnquam accidit aſque confuſione & diffamatione eiuſmodi plagiariorum, qui aut iudicantur incapaces conciones proprias componendi, quod fœdum eſt & ignominioſum, aut inde arguuntur adeò negligentes eſſe vt quod ad eas ſtudium & otium neceſſarium eſt non curent

adhibere

adhibere. Minus etiam probandi ſunt qui poſtquam ſemel parauerunt conciones quas ſibi ad omnes occaſiones in toto anni decurſu neceſſarias eſſe præuident, eaſdem ſemper repetunt, non ſine aliquo vituperio & contemptu, & quidem eo maiori quò vix libros aperiunt ſiue vt alias conciones conficiant, aut iam factas exornent & corroborent, ſiue vt aliquid de nouo addiſcant; ſed tempus terunt inutiliter ſiue intra, ſiue extra Conuentum, diuerſis ſe miniſteriis cùm ſecularibus implicantes, vnde nec laudem conſequuntur, nec coram Deo meritum acquirunt.

14. Inter conditiones quæ à gratia & virtute prouenire debent ad prædicatoris miniſteriũ ritè implendum, primas ſibi vendicat orationis & præcipuè mentalis exercitium: nam, vt optimè Doctor Angelicus docet, *Prædicatio ex plenitudine contemplationis deriuatur*, Vnde D. Gregorius *ait, quod de perfectis viris poſt contemplationem ſuam redeuntibus dicitur, memoriam abundantiæ ſuauitatis tuæ eructabunt.* Præterea cum idem Pſaltes Regius dicat *quod Dominus dabit verbum Euangelizantibus virtute multa*; benè infert Hieronymus quod Euangeliſta docere debet quæ à Deo didicit; non quæ humano ſenſu concipit, ſed quæ Spiritus ſanctus ipsũ docet. Vnde optimè etiã Auguſtinus monet concionatorem, *vt pietate magis orationum quam oratorũ facultate ſe poſſe non dubitet: vt orando pro ſe ac pro illis quos allocuturus eſt, ſit Orator antequam Doctor: priuſquam exerat proferentem linguam, ad Deum leuet animam ſitientem, vt eructet quod biberit, vel quod impleuerit fundat.*

15. Altera prædicatoris conditio ea eſt quam D. Paulus à ſuo diſcipulo Timotheo requirebat, *nempè vt exemplum eſſet fideliũ in verbo & in conuerſatione*; hoc eſt vt ſermone ſimul & opere doceret. Etenim vt optimè Bernardus *ſermo viuus & efficax exemplum eſt operis pluri-*

mum faciens credibile quod monſtratur factibile. Certè plures hoc tempore Concionatores muneris ſui partes hiſce verbis ab Eccleſia decantatis in præfatione miſſę deſignatas eſſe exiſtimare videntur, *Laudare, Benedicere & Prædicare*, dum ea tantum exequi nituntur; ſed ſerio aduertant oportet & ſtatuant hæc præcipuè eis incumbere, arguere, docere & benefacere. Qui ad magni concionatoris munus & nomen aſpirat, ediſcat à Chriſto quod *qui fecerit & docuerit, hic magnus vocabitur in Regno Cælorum.*

16. Vt autem ſciant prædicatores noſtri quibuſnam præcipuè in rebus verbis ſuis bona exempla debeant adiicere, propono ipſis prototypum quem imitari debeant, ſcilicet S. Ioannem Baptiſtam, qui eo magis ipſis gratus debet eſſe & acceptus, quo conſtat ex ipſamet Chriſti Saluatoris ſentẽtia cũ veniſſe in ſpiritu & virtute Eliæ ducis & Patriarchæ noſtri. Is igitur inſignis & primarius Religionis Chriſtianæ prædicator cũ ex ipſiuſmet Chriſti teſtimonio fuerit lucerna ardens & lucens, ardens Charitate, & lucens verbo: ſeu potius ardens voce & lucens exemplo, in quinque maximè præluxit, nempè frequens fuit in deſerto: conſtat enim ex Euangelio ipſum fuiſſe *in deſertis vſque in diem oſtenſionis ſuæ ad Iſrael.* In veſtiũ auſteritate rigidiſſimus, erat enim *veſtitus pilis Cameli, & Zona pellicea circa lumbos cinctus.* In abſtinentia & ieiunio aſſiduus: non enim niſi mel Silueſtre & locuſtas comedebat, Idque adeò raro, vt veniſſe perhibeatur à Chriſto non manducans neque bibens. In externis actibus humilitatis inſignis: ſimplicis enim vocis in deſerto clamantis nomen aſſumpſit, neque ſe dignum reputauit qui Chriſti corrigiam calceamenti ſolueret. Demùm non tantum caſtitatem in ſe eximie coluit, ſed & pro eius defenſione vitam fudit & ſanguinem.

Digitized by Google

17. Ad exemplum igitur huius tam perfecti & domeſtici Archetypi aduertant Concionatores noſtri ne ſub prætextu habendarum concionum frequenter nimis exeant è ſuis Clauſtris, & cum Secularibus inutiliter conuerſentur. Caueant ne locum dent reiterandæ à Bernardo quondam formatæ lamentationi, dum ſic exclamabat, *O quot temporibus noſtris fuerunt qui tanquam ardentes lampades & mundi luminaria lucebant coram hominibus, & paulatim ex conuerſatione ſecularium & confabulatione tepefacti, ad priſtina opera ſecularis vitæ miſerabiliter redierunt.*

18. Quoad veſtimentorum auſteritatem, ſufficiet ſi Concionatores noſtri diligenter obſeruent quæ præſcripta sūt in ſtatutis noſtris de materia, forma & colore veſtium, quod rarum eſt, nec procurent ſibi nouas dari nimis frequenter & extra neceſſitatem rationabiliter à Superiore diiudicandam. Caueant verò maximè ne pānos ex lana eximia & maioris pretii ſibi dari exigāt: Id enim Prædicatorem Euangelicum non decet qui paupertatis ac ſimplicitatis præ cæteris ſtudioſus eſſe debet: vltra quod eiuſmodi prurigo ſeu vanus veſtes huius conditionis habendi appetitus, cedit in ſcandalum aliorum, atque riſum & contemptum aduerſus Authorem ſuum parit.

19. Summa equidem & rigida non requiritur in Concionatore, maximè dùm actu prædicat, ieiunii obſeruantia; non enim *alligandum eſt os boui trituranti*; ſed ad eius ſpectat conſcientiam, vt non ſibi aduletur, aut nimium indulgeat, maximè quando à longo tempore ſuas habet conciones paratas & multoties eas declamauit, quia tunc non multum laborat. Caueat verò tanquam à graui ſcandalo ne tempore aduentus à Carnium abſtinentia ſe diſpenſet, & multo magis in quadrageſima; ſatius enim eſſet tum pro

ſalute ſua, tum pro Religionis honore vt à prædicationibus abſtineret. De cętero, cum certũ ſit quod prędicatores ſemper & vbique, prædicationis tempore & frequẽter alio, ſatis lautè tractãtur; attendãt nè à vulgari & tenui mẽſa cœnobitica abhorreãt, & cibos delicatiores appetant, aut ſibi procurẽt: memores tremendi iſtius D. Pauli prædicatorum principis verbi, *Caſtigo corpus meum & in ſeruitutem redigo, nè fortè cum aliis prædicauerim ipſe reprobus efficiar.*

20. Humilitate pariter & caſtitate prælucere illos oportet eo magis quo prædicationis miniſterium frequentes ſubminiſtrat occaſiones contra vtramque virtutem peccandi. Caueant propterea ſi, quod ſatis frequenter accidit, mulieres quædam deuotæ magnam æſtimationem ac fiduciam de ſe concipiant, ne vitæ ſpiritualis documenta requirentes familiaritatem nimiam cum eis contrahant vt ad frequentes viſitationes & congreſſus deueniant qui vix vnquam parum etiam perſeuerant ſine ſcandalo proximi, nec etiam ſæpè ſine propriæ conſcientiæ damno.

21. Iam de Confeſſariorum munere ritè conuenit agere, quia quod illi plantant aut ſeminant, iſti excolunt, iſti ad maturitatẽ perducunt, & natos inde fructus tandem colligunt. Vndè cùm magna ſit connexio inter Concionatorum & confeſſariorum munera; quæ iam de conditionibus in illis requiſitis diſſeruimus, pariter locum habere debent in iſtis; alias tamen nonnullas tangendas eſſe duco circunſtantias quas inſuper iſti in officio ſuo debent obſeruare.

22. Neceſſe eſt igitur vt confeſſarii muneris ſui dignitatem attentè conſiderantes, cogitent quod ex mente D. Pauli, *pro Chriſto legatione funguntur, tanquam Deo exhortante per ipſos: obſecrant pro Chriſto vt peccatores Deo reconcilientur.* Cogitent ſe Diuini ad hoc pœ-

nitentiæ Sacramenti conſecratos eſſe miniſtros, & claues Regni cœlorum ſibi traditas eſſe quarum beneficio animas à peccato transferunt ad gratiam, peccantibus veniã donant, ſpem ſaluandi tribuunt & Paradiſum aperiunt. Demùm aduertant animarum ſibi curam incumbere, quâ ex mente patrum, nullum eſt ſacrificium Deo magis acceptum, nec officium ſibi magis charum.

23. Sed inde etiam perſuadere ſibi debent nonniſi maximo cum tremore ad illud accedendum eſſe, & timendum nè cùm aliorum ſaluti vacare debeant, propriæ ſalutis diſpendium patiantur. Qua quidem in re eo grauius eſt periculum quo non qua decet cõſideratione & intentione ad illud munus plerique ſe ingerunt, non expectantes vt à Superioribus ex inſtinctu Spiritus ſancti & ex pura obedientia ei applicentur; ſed precibus importunis id à Superioribus plerumque obtinẽt. Non quaſi onus illud officiũ inſpiciũt, quamuis ſit valdè graue & formidandum; ſed quaſi ſolatium & medium oportunum quo à pleriſque Regularitatis actibus quæ velut onera reputant, ſe eximant: vel aliàs muneris quidem iſtius labores, anxietates & faſtidiũ quod in eis frequens eſt, videntur non ignorare & ea ſupportare ſibi proponunt præ charitatis ardore quo ad iuuandum proximum in ſuę ſalutis via concitantur; cum reuera animarum lucrum non tam quærant quam ſuum priuatum cõmodum, nempè vt naturæ ſuæ propenſionibus indulgeant: vnde valdè prauos mores contrahunt, & ſalutis ſuæ diſpendium patiuntur.

24. Cùm vix vllum ſit in Eccleſia officium ad cuius adminiſtrationem tam diuerſus & copioſus dotum ac virtutum inſtructus ſit neceſſarius; eximia in primis pollere ſcientia eum oportet qui hoc munere fungi debet: alioqui dignus eſſet ſententia iſta & pœna ab

Ozea Propheta intentata, *quia tu ſcientiam repuliſti, repellam te ne ſacerdotio fungaris mihi.* Nec ſufficere debet quod alias Theologiæ ſcholaſticæ & morali ſatis accuratè ſtuduerit; neceſſe eſt inſuper vt aſſiduè, quantum fieri poteſt, conſcientiæ caſibus addiſcendis incumbat, cum quotidiè nouæ occurrant difficultates ad quas diſſoluendas neceſſe eſt Confeſſarium peritum eſſe, ne aut erret, aut agat ſub dubio: cum inde tam ſibi quam pœnitenti graue conſcientiæ damnum immineat.

25. Ad ſcientiæ ornatum in Confeſſario accedere debet virtutum plurimarũ præſidium, præcipuè verò Charitas, zelus animarum, patientia, diſcretio, benignitatis & ſeueritatis praxis promiſcua pro diuerſo pœnitentiũ ſtatu: demùm frequens deuotionis exercitium ac rerum ſpiritualium peritia ſufficiens, vt animas quæ iis vacant iuuare poſſit & dirigere. Propterea conſcientiam habere debet valdè puram, benè illuminatam, & profectus ſui ſpiritualis ſollicitam. Libros item pios tùm noſſe tum frequẽter legere debet, vt ex iis noua ſemper lumina & documenta hauriat, atque vt pluribus dubiis quæ circa materiam quam tractant à perſonis quæ eos legunt propoſitis ſatisfacere queat: fœdum enim eſt & viro Religioſo perſonarum ſecularium directioni deſtinato ignominioſũ, vt quãdoque ignoret, ea quæ ſibi proponuntur à deuotis, nec valeat eorũ dubiis circa materias ſpirituales exortis ſatisfacere, eo quod ipſe earũ ſit ignarus & inexpertus.

26. Duo ſunt præcipua ad quæ Confeſſarii expoſiti ſunt, & ad quæ ſummopere attendere debent, vt ſibi ab eis præcaueãt, nempè paupertatis & caſtitatis ſi non violandæ, ſaltem temerandæ pericula, propter frequentes & opportunas quæ ſeſe offerunt in ea incidendi occaſiones. Quod ſpectat paupertatis vo-

Digitized by Google

160

tum, timendum eſt valdè ne quod alias quiſpiam dixit ridendo, experientia verum eſſe comprobetur, nempè pleroſque Confeſſarios ſedem ſuam ſeu tribunal occupare quaſi tabernam ſeu Apothecam diuerſi generis mercium, & refertiſſimum penu quorumcumque commodorum ſibi inde pro nutu ſuo conſequendorum. Cum enim ex diuerſis perſonis quarum ſolent confeſſiones excipere, multæ ſint ſatis liberales, aliæ accepti beneficii vicis rependendæ ſollicitæ; plerumque accidit vt vel proprio motu, vel ad minimā Confeſſariorū inſtantiam pecunias elargiātur, ad ea comparanda quę ſibi fuerint aut neceſſaria aut commoda. Qua in re frequenter accidit vt valdè facilè Confeſſarii quidam abutantur talium benefactorum liberalite ad res ſuperfluas habendas, ad delicias etiam & recreationes aſſumendas: & quia vel Confeſſarii iſti hoc modo ferè ſemper habēt nummos apud ſe vel certi ſunt ſe accepturoş quotieſcumque voluerint, vt ſuis indulgeant cupiditatibus; dubium non eſt quin à vera paupertatis obſeruātia ſint valdè alieni. Nec tantum prauum ſuis Confratribus proferūt exemplū; ſed perſonis ipſis ſecularibus benefactoribus ſuis ſcandalum: itaut etiam eorum nōnunquam odium incurrant, atque adeò ab eis recedant, tum ob frequentes & importunas beneficiorum quas ab eis patiuntur efflagitationes, tum ob prauum vſum quem de eis fieri aduertunt.

27. Eidē paupertatis violandæ periculo obnoxii ſunt etiam & expoſiti Concionatores, tùm quia non carent plerumque eiuſmodi amicis & confidentibus perſonis quæ ſibi ad nutum munera elargiuntur: tùm quia contingere poteſt vt integras pecuniæ ſummas quas in mercedem laborum ſuorum percipiunt, nec reuelent, nec tradant in integrum iis ad quos ſpectat, ſed partem aliquam ſatis notabilem vel retineant apud ſe, vel

inſumant per ſemetipſos ad aliqua ſibi comparanda ad delicias aut ſuperfluitatem potius quam ad iuſtam neceſſitatem: vnde aut multiplex admittunt peccatum, aut ſi vnicum ſit, certè ex variis circunſtantiis eſt grauiſſimum.

28. Quod ſpectat caſtitatem, cùm certum ſit & experientia quotidiana compertum Confeſſarios multis in locis continuum habere commercium cum mulieribus, vt pote Sacramentorum frequentiæ magis aſſuetis, & de natura ſua magis pronis ad colloquia cum ſuis Confeſſariis habenda, ſiue ad conſcientiæ ſcrupulos diſcutiendos, ſiue ad petenda conſilia in rebus ſpiritualibus, ſiue ad alia cum eis pertractãda negotia domeſtica in quibus vel cõſolationem vel conſiliũ maiori cum fiducia ab eis expetunt; quis credat tales Confeſſarios continuo non eſſe etiam expoſitos periculo violandæ aut ſaltem labefactandæ caſtitatis? quis credat non continuam ſibi habendam eſſe pugnam aduerſus carnem & ſanguinẽ, in qua facilè eſt ſuccũbere, aut ſaltem abſque graui vulnere victoriã reportare difficile. Si caſtiſſimus æquè ac fortiſſimus Iob aſſerit ſe fœdus pepigiſſe cũ oculis ſuis vt ne quidẽ cogitaret de virgine; qua mente & fronte æquè fragiles ac in virtute debiles homunculi audent aut frequentiſſimum quærere cum mulieribus commercium, aut ei ſe committere maiori nonnunquam cum libertate & familiaritate quam ſeculares. Mirabantur aliàs Chriſti Diſcipuli quod cum Samaritana ſemel nec diu eſſet Collocutus; quæ ergo maior & magis legitima ſtuporis cauſa, quam quod plerique Religioſi & Confeſſarii præcipuè, non raro ſed quotidiè & quidem longiſſimos ſermones conferunt cum mulierculis: vndè etiam ferè ſemper fratribus offendicula & ſecularibus ſcandala oboriuntur: & verò ſæpè etiam accidit vt quod S.

Paulus

Paulus præuidendum & præcauendum eſſe monuit, eueniat, nempè vt cum ſpiritu eiuſmodi commercia cœperint, carne tandem conſummentur: cùm de facto horribilia inde crimina, ſcandala & tandem apoſtaſiæ tam à Religione Catholica quàm Monaſtica nonnunquam ſubſequantur.

29. Cùm Eccleſiarum noſtrarum Æditui, ſeu vt vocant Sacriſtæ atque Procuratores Conuentuum tantum habeant commercium cum perſonis ſecularibus vtriuſque ſexus ac Prædicatores & Confeſſarii, & præterea pecuniarum communium receptores ſint & diſpenſatores in multis; ſicut iiſdem quæ ſupra, expoſiti ſunt periculis, ita iiſdem vti debent præcautionibus, atque ſaluti ſuæ iis in officiis attente conſulere. Maximam propterea adhibere debent fidelitatem ad ritè expendendas eiuſmodi pecunias; itaut nè quid minimum ſibi attribuere vel aliis diſtribuere debeant ad ſuos vſus & commoditates priuatas, ſine ſcitu & conſenſu Superioris localis: hoc enim proprietatis, immò & furti crimina redoleret quæ apud nos ſunt execranda.

30. Quia verò reperiri poſſunt nonnulli ex iſtis officiariis qui abſque magno conſcientiæ ſcrupulo de parte aliqua pecuniarum ſibi traditarum diſponere non verentur, ſiue ad commoditates ſuas ſibi comparandas, ſiue vt amicos accomodent, aut externis etiam eas commodent, abſque Superiorum ſcitu; & vt hoc quoſcumque lateat, ſub ementitis expenſis ſummas illas referunt in libros computorum; qui inquam ita faciunt attendere debent ad ea quæ habentur in ſtatutis noſtris ſub his terminis, *Quod ſi quis donationem aliquam factam Seculari vel Regulari cuilibet quouis prætextu ſub ementitis expenſis in eo poſiterum libris annotare per ſe vel per alium auſus fuerit; eiuſmodi furti abſo-*

lutio reſeruatur Reuerend. P. Generali aut Prouinciali: quæ etiam reſeruatio extẽditur ad quodlibet furtum de bonis communitatis à quocumque perpetratũ, quod ſit peccatum mortale: & ſi conceſſerit Generalis aut Prouincialis facultatem abſoluendi ab iſto caſu, ſemper debet intelligi cum onere reſtituendi.

31. Demùm ſeriò aduertant ſinguli qui cum ſecularibus aliquod habent commercium vt non tantùm digne Euangelio, quod ſuadet Apoſtolus, ſed etiam ordini ſuo& inſtituto ſpeciali cũ externis cõuerſentur. Recordẽtur quod Chriſti & Reformationis noſtræ bonus odor eſſe debẽt in omni loco, & ideò virtutũ ſuarũ quaſi ſuauium aromatum fragrantia ſe ſe ad omnes effundat, itaut in odorem eiuſmodi vnguentorum ſuaueolentium omnes affectu ſuo ad nos accurrant, benignè amplectantur, atque ad Congregationis noſtræ gloriam & ſplendorem inardeſcant.

CAP. XXXV.

Generales quædam obſeruantiæ pro exteriori forma Religionis quaſi ſpeciales Reformationis noſtræ Characteres ſtudioſè conſeruandæ.

1. SIcut Religionis nedùm Chriſtianæ, ſed & Monaſticæ figura & Maieſtas bellè meo iudicio, repræſentatur his Pſaltis Regii verbis, *Aſtitit Regina à dextris tuis in veſtitu deaurato circumdata varietate,* ſcilicet ob Regalem Diuinæ Charitatis ornatum quo fulget, & ob multorum ordinum Religioſorum diuer-

ſitatem qua gaudet; ita ex iſtis ſubſequentibus eiuſdem Vatis Regii verbis, *omnis gloria filia Regis ab intus, in fimbriis aureis circumdata varietatibus*; duplex in ea ornatus agnoſci debet, internus vnus, externus alter. Ille præcipuus, à quo maior gloriæ eius ſplendor oritur; inferior alter, vt potè qui nonniſi in extremitatibus & fimbriis eius Regalis Pallii emicat; ſed qui decore ſuo non diſſimili modo eam exornat ac textilis tænia, ſeu bombycino texta vitta veſtem illuſtrare conſueuit ac decorare.

2. Ornatum illum Priorem & potiorem quem internum vocamus, quia ab intus procedit, conſiſtere arbitror in exercitiis virtutum quæ vel in anima & ab interiori gratiæ ſpiritu perficiuntur, qualis eſt verbi gratia oratio mentalis: vel ſi procedunt ad extra, totum ſuum valorem & meritum conſequuntur ab interna mentis intentione & conſcientiæ puritate quæ in ea influunt. Externum vero & velut ſecundarium voco ornatum in Religione Monaſtica, qui conſiſtit in rebus externis quæ exercentur circa corpus humanum, aut apparent in ædificiis aliiſque ſubiectis quibus Monaſteria conſtant: quæ vel ſimplicitatem proferunt vel paupertatem, vel deuotionem ſpirant, vel quid aliud continent quod cedit in bonum odorem Religionis & ædificationem populi: qui certè ornatus Religionis, non tantùm reiiciendus non eſt aut contemnendus; ſed eò magis æſtimari debet quo inde exterior Religionis forma decorem aſſumit, & maiorem apud plebem æſtimationem ſibi conciliat.

3. Iam igitur poſt ſatis accuratã de exercitiis internis apud nos vigentibus tractationem, cum de externis dicendum ſit, quæ ad Reformationis noſtræ decus immò integritatem æquè ac firmitatem concurrunt, Conſideranda venit in primis camiſiarum &

linteorum lecti ex lino vel cannabo abdicatio, quæ non tantùm apud nos, ſed in omnibus ferè Religioſorum ordinibus, maximè verò mendicantium, velut primum reformationis exercitium & quaſi fundamentum conſtituit: tùm quia quando eorum loco Camiſiæ laneæ & lintea pariter lanea aſſumuntur, efficere quodammodo videntur exteriùs quod à nobis in primo Religionis ingreſſu exigitur, nempè *vt expoliantes veterem hominem cùm actibus ſuis, nouum induamus, in iuſtitia & ſanctitate veritatis:* tum quia quod à nobis vltra deſideratur, hoc modo à nobis ſatis benè perficitur, nempè vt *mortificationem Ieſu in corpore noſtro circumferamus*, & edomitam vtcumque carnem ſpiritui faciliùs ſubiiciamus.

4. Hoc verò auſteritatis exercitium, etſi adeò leue ſit vt iuniores adoleſcentes & filiolæ tenellæ quæ Religionis noſtræ habitum aſſumunt, illi ſufferendo ſtatim aſſueſcant, vixque vllam temporis ſucceſſu hac in praxi difficultatem ſentiant; mirum eſt & dolendum quod in quibuſdam Prouinciis Reformatis non ſolum antiqui Religioſi qui Reformationis inſtituta aſſumpſerunt, ſed plerique ex iis qui ab initio ſui in Religionem ingreſſus Camiſiis & linteis laneis vti cœperant, camiſias lineas reaſſumunt, non ſine ſcandalo proborum Religioſorum, atque adeò ſecularium qui vel ex illa ſola nota diſcernere conſueuerunt Reformatos ab Irreformatis, & quaſi præcipuam Reformationis obſeruantiam in ea conſtituunt.

5. Saltem vel ex hac ſola inobſeruantia, & difficultate quæ reperitur ad eam reſtaurandam, coniicere licet in quonam ſtatu verſatur Reformatio inter eos quorum ſat magnus numerus ei adeo tenaciter adhæret, vt licet Superiores maiores vrgeant & pœnarum comminatione eos reducere conentur ad ſtatuti iſtius

163

perfectam obſeruantiam ; vix aliud obtinent quam vt ſecretò & clam camiſias lineas deferant ſub laneis apparentibus, ſicque reformationem ementiuntur & non niſi laruatam eius faciem oſtentant. Inde vero iuſtè quis poteſt inferre quod quandoquidem in re tam facili ſat pauci ſunt qui Reformationis legem & conſuetudinem obſeruent ; non eſt expectandum vt pleraſque alias maioris momenti & laboris exercitationes & in quibus Reformationis ſumma verſatur, exequantur: ſicque ex hoc ſolo capite pro Reformatis nullatenus ſunt habendi, & Prouincia in qua hoc toleratur pro irreformata potius habenda eſt quam pro Reformata, & quidem non ſine maxima ignominia.

6. Materiam de veſtimentis quæ in Reformatione noſtra aſſumpſimus proſecuturus, monendum eſſe arbitror quod ſicut quotquot extant in Eccleſia Religioſorum ordines, ſigna quædam, & certos characteres externos aſſumunt quos profeſſioni ſuæ magis conuenire exiſtimant, & quibus ab aliis Regularium inſtitutis diſtinguntur ; ita etiam quotquot in ſingulis Ordinibus ſuboriuntur Reformationes, ſeu Congregationes de nouo formantur, peculiares communiter aſſumunt notas quas in eundem finem diligenter conſeruant. Id verò minimè tribuendum eſt vanitati quaſi verò inde ſpeciale nomen & commendationem maiorem præ cæteris cœtus Reformati velint ſibi comparare, cùm id communiter proueniat ex rei ipſius natura, maximè quando id quod in rebus externis ex præcepto Regulæ vel conſtitutionum obſeruari debuit, neglectum fuit aut abrogatum, tandem reſtauratur, & ad praxim denuò reuocatur : tunc enim quando aliqua in eis vel paupertatis, vel auſteritatis vel pietatis nota noua apparet ; facilè etiam aſſumitur pro nota diſtinctionis inter alumnos eiuſdem ordinis, quorum

alii hoc charactere inſigniti apparēt, alii non, & proindè in maiori ſunt æſtimatione apud plebem quam alii. Quod cùm etiam nonniſi ad maiorem Dei gloriam cedat, & ad proximi ædificationem; probandum potius & laudandum videtur, quam reprobandum aut vituperandum.

7. Id igitur in noſtra Carmelitana Reformatione ſicut & in pleriſque aliis, locum habet cum hac tamen notabili circumſtantia, vt licet in veſtibus & non in vlla alia re, aliquid noui aſſumpſerint Patres noſtri quando diſciplinæ Regularis obſeruantiam apud nos inſtaurare cœperunt; id nouum non fuit niſi reſpectu vſus communis & iam diu recepti in Gallia & in aliis nonnullis Regionibus, non verò reſpectu legum quæ ab initio conſtitutæ ſunt in Ordine, & antiquæ veſtiū formæ in omnibus aliis Ordinis partibus ſemper obſeruatæ, vt aliàs optimè demonſtratum fuit diſerto & erudito libro à R. P. Leone à ſancto Ioanne adhuc iuuene nec-dum Sacerdote compoſito, & ex tunc ab eo dato quaſi in præludium & teſſeram tam diuerſorum & inſigniorum operum quæ tum lingua Latina tum vernacula de rebus variis conſcripſit, & in lucem emittere pergit.

8. Præcipuus igitur character exterior Reformationis noſtræ conſiſtit in materia, forma & colore tùm veſtis ſeu tūnicæ cum adiunctis ſibi partibus ſcapulari & caputio; tùm cappæ ſeu pallii albi, quibus ordo Carmeliticus ſemper vti conſueuit, circa quæ tria quia lapſu temporis facta erat quædam mutatio reſtituenda fuit. Primò quidem quo ad materiam vtriuſque veſtimenti, ſcilicet togæ & cappæ, cùm pridem Religioſi conſueniſſent vti panno ſatis tenui & ſubtili, iam aſſumptus eſt pannus groſſior & vilioris pretii, iuxta id quod in antiquis ſtatutis pridem ordinatum erat & in

noſtris iam renouatum eſt, nempè quia id magis conuenit paupertati ac ſimplicitati Religioſæ quas denuò hac in re amplecti adnitimur.

9. Secundò, cum antea veſtes & cappæ eſſent valdè amplæ & oblongæ, Scapularia item valdè lata, caputium ſeu cucullus circa caput valdè ſtrictus, ſuper pectus verò, ſcapulas & dorſum multùm extenſus; his omnibus multò minores formæ & menſuræ iam præſcriptæ ſunt in ſtatutis noſtris: præcipuè verò quoad veſtem exteriorem & magis apparentem, ſcilicet cappam, quæ multò minus ampla eſſe debet, nec vltra mediam tibiam deſcendere, vt antè mille ducentos annos prædeceſſoribus noſtris ordinatum fuit, vt patet in libro Ioannis Hieroſolymitani de inſtitutione primorum Monachorum in antiqua lege exortorum, & in noua perſeuerantium.

10. Tertiò, cum color togæ, ſcapularis & cuculli ſeu Caputii niger tinctus & artificialis à ſatis longo tempore eſſet in vſu apud gallos maximè, reaſſumptus eſt à Patribus noſtris color niger natiuus non tinctus, qui caſtaneus, melinus, & ferrugineus apparet. Illa igitur omnia ita conſtituta ſunt, non vt iam dixi, nouitatis in Ordinem inducendæ animo; ſed vſus antiqui reſtaurandi gratia: non vt ad genium noſtrum nouum veſtimenti genus nobis effingeremus; ſed vt ad maioris paupertatis, ſimplicitatis, ac auſteritatis praxim illud irreuocaremus: non vt notam aliquam aſſumeremus qua ab antiquis noſtris Patribus non Reformatis diſtingueremur cum faſtu; ſed vt legum noſtrarum antiquarum obſeruantiam reſtauraremus. Quia verò ex accidenti & cõſequenter factum eſt, vt illa ſtante veſtimentorum diuerſitate, noua hæc ſeu potius antiqua ſed renouata veſtimentorum noſtrorum forma ſit quaſi teſſera & character exterior Reformationis noſtræ;

magni intereſt vt tùm pro honore noſtræ Congregationis, tùm pro praxis iſtius reſtauratæ conſeruatione Religioſi noſtri ſolliciti ſint eam diligenter & exactè conſeruare.

11. At tantùm abeſt vt zelus ille vigeat & perſeueret apud omnes Reformatos; reperiuntur iam plures in omnibus ferè ſaltem Galliæ Prouinciis, immò & in ſingulis illarum Conuentibus qui veſtes deferunt non tantùm prædictis conditionibus quoad materiam, formam, & colorem non conuenientes; ſed aut omninò contrarias, aut valdè diſpares: itaut multo magis accedant ad antiquam & priſtinam irreformatorum praxim, quam ad conſtitutum pro Reformatis vſum. Pannis enim vtuntur exquiſitæ & non vulgaris lanæ, atque etiam maioris pretii quàm antè reformationem & in vera Reformatione fieri debeat, vt per ſe patet. Leuiores in dies ac tenuiores conquirunt pãnos, licet qui cõmuni eſt in vſu ſit ſatis tenuis ac leuis. Togas deferunt permulti tinctas colore artificiali, vario, & plerique adeò nigro, vt vix diſcrepet ab eo qui Reformationis initio fuit reiectus velut inſtituto Ordinis non conueniens. Togas etiam ipſas deferunt non ad talos vſque tantùm deſcendentes & vno pollice à terra diſtantes, vt præſcribitur in ſtatutis; ſed ita longas vt terram verrant & ad luxum videantur aſſumptæ.

12. Plerique etiam cappas deferunt multò magis albicantes & fulgentes quam fuerunt eæ quas Religioſi nonReformati antea deferebant: magis etiam exquiſiti panni & carioris: tam amplas ferè quàm erant antiquæ, nec eas amplius ad mediam tantũ tibiam deſcendere patiũtur, tam protractas geſtant vt vix ſex digitis à terra diſtent, quod eſt redire ad formam antiquam ab irreformatis obſeruatam & iam abrogatam: nec eas portant conſutas à parte anteriori quatuor circiter digitis

165

ligitis ſub fibula, vt expreſsè ordinatum eſt in ſtatutis. ſicque hac in re, ſicut & in pluribus aliis circunſtantiis non tantùm cappas, ſed & alias veſtimentorum ſuorum exteriorum partes ad nutum ſuum efformari curantes, in eadem iam incidunt incommoda & abuſus quos Ordo vniuerſus per Reformationis noſtræ leges corrigere, & omnino extirpare propoſuit. Demùm, non tantùm conformitas in materia, forma & colore veſtium, quæ nobis tam expreſsè commendatur, iam non apparet; ſed tanta in iis extat diuerſitas, vt etiam ſingulis in Conuentibus valdè pauci ſint ſibi inuicem conformes, videnturque non vnius & eiuſdem Congregationis leges ſequi, ſed diuerſarum.

13. Nec verò ſe ibi ſiſtit Primarij iſtius Reformationis noſtræ characteris abiectio ſeu deſtructio; extenditur etiam ad cæteras ferè omnes veſtimentorum noſtrorum Partes, cùm maiori diſſolutionis incremento, & Reformationis diſpendio. Plerique enim iam abiectis maioribus Tunicis albis, quarum vſus antiquiſſimus eſt in Ordine, ſicut & cæteris ferè omnibus vitæ Religioſæ inſtitutis communis eſt; deferunt thoraces cum manicis & colari pluribus nucleis ad brachia & ad collum cinctis: quod expreſsè prohibitum eſt, non tantùm in noſtris recentibus ſtatutis; ſed & in antiquis: & quidem iuſta de cauſa; nempè vt tùm maior ſimplicitas atque auſteritas in hoc eluceat; tùm vt non detur commoditas deferendi camiſias lineas quæ aliàs apparerent, nec locus ſit ſuſpicandi quod illi camiſeis lineis vtuntur qui ad brachia & collum tam caute & ſtrictè cingunt thoraces ſeu tunicas, vt de facto ſæpiſſimè euenit.

14. Præterea cum ex Conſtitutionum noſtrarum lege Religioſi noſtri femoralia non niſi ex lino aut cannabo deferre debeant, & lanea non niſi infirmis à ſuperiore concedi; in pluribus tamen Prouinciis om-

[illegible] geſtant, aut [illegible] alba, vt moris eſt, [illegible]. Immo non deſunt qui tho- [illegible] ex pelle, aut rubro ex [illegible] vocant, ſibi confici curant, mo- [illegible], & cum non niſi ex nimia & [illegible] in [illegible], & quidem ad mollitiam [illegible] ad [illegible] commodum id faciant; [illegible], aliis ſcandalum pa- [illegible] ex panno albo eſſe [illegible] vel alba ante ſtami- [illegible] communis inoleuit [illegible] & [illegible] vt vocant mo- [illegible] quæ ſolummodo laneæ [illegible], ex ſtarcina pelle plures aſſumunt. [illegible] ſat multi deſe- [illegible] deprehendimus [illegible] profitentur, vitæ [illegible] & [illegible] corporis habi- [illegible] ſignum [illegible] corporis malè ad [illegible].

[illegible] Monaſticarum periti [illegible] caueudum, experi- [illegible] in locis, nem- [illegible], & Reformatio- [illegible] ducunt à ni- [illegible] licet ſat vilis ſint [illegible] & [illegible] cum ſcilicet comta cul- [illegible], & neglectis hac de re [illegible] & com- [illegible], aut confici curat. At [illegible] eiuſmodi libertas, ſed [illegible] certe in hoc grauiter delinquũt [illegible], nec ſatis magnam curam [illegible] de mediis quæ huic graui [illegible] remedia afferant, cum tam ex-

leges hac de re conſtitutæ ſint apud nos, & ſuperiorum tam Prouincialium quam localium ſtudio commendatæ: maximè cum agatur de conſeruando apud nos præcipuè auſteritatis inſtrumento ac externo Reformationis noſtræ charactere ac decore, ad quod proprij etiam honoris titulo inardeſcere deberent ſinguli.

16. Aliud extat inſigne vitæ Religioſæ ac reformatæ indicium, nempe vt qui eam profitentur non exeant foras è clauſtris abſque ſocio: quæ certa praxis à Chriſto etiam ſuis Apoſtolis imperata & continuo vſu in Ordine noſtro ad nos deducta non tantùm elucet apud omnes Religioſos rite reformatos, ſed & inualuit etiam apud non paucos Presbyteros ſeculares qui maiori cùm decentia & pietate viuere ſtudent. Et verò ſatis apparet qua cura & ſollicitudine praxis iſta in ſtatutis noſtris expreſsè commendata à nobis obſeruari debeat, ex Verbis iſtis à ſapiente velut à ſancti Spiritus organo enunciatis; *Melius eſt eſſe duos ſimul quam vnum: habent enim emolumentum Societatis ſuæ. Si vnus ceciderit, ab altero fulcietur. Væ ſoli, quia cum ceciderit non habet ſubleuantem ſe: & ſi dormierint duo, fouebuntur mutuò; vnus quomodo calefiet? etſi quiſpiam prævaluerit contra vnum, duo reſiſtunt ei.*

17. Iure igitur ac merito praxis iſta in reformatione noſtra ſtatim ab initio introducta fuit, & ſicut exinde maximam apud ſæculares conſecuta eſt æſtimationem; ita dubium non eſt quin ex eius [illegible] famæ ſuæ, immò & perfectionis graue [illegible] mentum. Et verò, ſi, quod certum [illegible] nis initio adeò exactè obſeruata [illegible] per multos annos continuata, [illegible] cedere abſque ſoci[illegible] quando [illegible] Reformatoru[illegible] pioſiore Re[illegible] apud nos [illegible]

nes ferè lanea geſtant, nec tantum alba, vt moris eſt, ſed alterius diuerſi coloris. Immò non deſunt qui thoraces & femoralia rupicaprina ex pelle, aut rubro ex panno, quem ratinam vocant, ſibi confici curant, more quorundam ſecularium, & cum non niſi ex nimia & verè inepta corporis ſui cura, & quidem ad mollitiam potius quàm ad vllum verum commodum id faciant; certum eſt quod ſibi vituperium, aliis ſcandalum pariunt. Tibialia etiam quæ nonniſi ex panno albo eſſe debent, nonnulli deferunt griſea vel alba arte ſtaminea confecta. Iam etiam vſus ſat communis inoleuit calceorum quadratorum & pontatorum vt vocant more ſecularium. Calanticas, quæ ſolummodo laneæ nobis conceduntur, ex Hircina pelle plures aſſumunt. Pilęos etiam more ſeculari compoſitos ſat multi deferunt: ſicque à capite ad calcem vix iam deprehendimus in pluribus qui ſe reformatè viuere profitentur, vitæ reformatæ ſigna in externa & vniuerſa corporis habitudine, quod eſt ſignum infallibile corporis malè ad intra affecti.

15. Sic, quod notant rerum Monaſticarum periti Magiſtri, & monent eſſe valdè cauendum, experimento compertū iam habemus pluribus in locis, nempè quod Religioſorum diſſolutiones, & Reformationum corruptiones communiter initium ducunt à nimio nimiſque vano veſtimentorum licet ſat vilis ſint conditionis, appetitu & vſu: dum ſcilicet comta cultaque veſte tegi quiſque ambit, & neglectis hac de re conſtitutis legibus, quiſque ad nutum ſuum & commodum veſtimenta ſibi procurat, aut confici curat. At ſicut nullo modo toleranda eſt eiuſmodi libertas, ſed ſtatim initio coercēda; certè in hoc grauiter delinquūt ſuperiores qui hæc tolerant, nec ſatis magnam curam adhibent ad prouidendum de mediis quæ huic graui Religionis damno remedia afferant, cum tam expreſſæ

leges hac de re conſtitutæ ſint apud nos,& ſuperiorum tam Prouincialium quam localium ſtudio commendatæ: maximè cum agatur de conſeruando apud nos præcipuè auſteritatis inſtrumento ac externo Reformationis noſtræ charactere ac decore,ad quod proprij etiam honoris titulo inardeſcere deberent ſinguli.

16. Aliud extat inſigne vitæ Religioſæ ac reformatæ indicium, nempe vt qui eam profitentur non exeant foras è clauſtris abſque ſocio : quæ certè praxis à Chriſto etiam ſuis Apoſtolis imperata & continuo vſu in Ordine noſtro ad nos deducta non tantùm elucet apud omnes Religioſos rite reformatos, ſed & inualuit etiam apud non paucos Presbyteros ſeculares qui maiori cùm decentia & pietate viuere ſtudent. Et verò ſatis apparet qua cura & ſollicitudine praxis iſta in ſtatutis noſtris expreſsè commendata à nobis obſeruari debeat, ex Verbis iſtis à ſapiente velut à ſancti Spiritus organo enunciatis; *Melius eſt eſſe duos ſimul quam vnum: habent enim emolumentum Societatis ſuæ. Si vnus ceciderit, ab altero fulcietur. Væ ſoli, quia cum ceciderit non habet ſubleuantem ſe: & ſi dormierint duo, fouebuntur mutuò; vnus quomodo caleſiet? etſi quiſpiam prævaluerit contra vnum, duo reſiſtunt ei.*

17. Iure igitur ac merito praxis iſta in reformatione noſtra ſtatim ab initio introducta fuit,& ſicut etiam inde maximam apud ſæculares conſecuta eſt æſtimationem; ita dubium non eſt quin ex eius omiſſione famæ ſuæ, immò & perfectionis graue patiatur detrimentum. Et verò, ſi, quod certum eſt, Reformationis initio adeò exactè obſeruata fuit hæc praxis, & per multos annos continuata, vt vix vllus viſus ſit procedere abſque ſocio, quando nec dum aderat tantus Reformatorum numerus; quare iam ſtante multo copioſiore Reformatorum numero, id non perſeuerabit apud nos, ſicut apud omnes ferè Ordines & Congre-

gationes ritè reformatas id exactè & continuò ſeruari videmus ?

18. Cum verò certum ſit quod eiuſmodi Religioſæ adeò obſeruantiæ praxis ſæpe interrumpitur, maximè quia plures ex iis qui foras progredi debent libenter patiuntur ſe ſociis priuari, veriti ne actionum ſuarum obſeruatores habeant ſeu teſtes aut cenſores; proptereà etiam eò magis ſuperiores animum & curam adhibere debent ad coercendam eiuſmodi licentiam, quò certum eſt ea ratione multa ſæpe admitti flagitia & ſcandala quæ vergunt in maximum Religionis noſtræ opprobrium. Quia etiam partim id prouenit ex nimia Superiorum parcimonia, qui facilè ſinunt ſuos ſine ſociis abire Religioſos, vt parcant expenſis maioribus quæ pro duorum Viatico eſſent faciendæ; Ideò etiam ad eos ſpectat vt feriò examinẽt cauſam propter quam Religioſi illi proponunt egredi; itavt ſi iuſta non ſit, id non permittant, aut ſaltem remittant exequendum vſque ad proximam occaſionem & cõmoditatem ſocij eis adiungendi: aut ſi iuſta ſubſit cauſa, & res vrgeat, tunc ſine mora & tergiuerſatione ſocium adhibeant, & vtrique competens viaticum tribuant: ſatius enim eſt vt aliquod incommodum patiatur Conuentus, quàm damnum Religio & vituperium. Sed ſi ſemel ſtatuant Superiores, vt debent, nullum Religioſum dimittere abſque ſocio niſi in caſu notabilis neceſſitatis; nec tam frequentes & importunos habebunt eiuſmodi licentiæ poſtulatores, nec tam crebris diuagationibus via patebit & ſcandalis quæ inde accidunt.

19. Ad hanc religioſæ honeſtatis & reformatæ vitæ decentiam aliam addo circunſtantiam, quæ non minoris mihi videtur eſſe momẽti, nempè vt quando Religioſi foras exeunt, cappas ſuas albas ſecum deferant, eò quod magis illuſtre Ordinis noſtri ornamentum in eis conſiſtat. Et verò cum tres tantùm ſint circunſtan-

tiæ in quibus ſtatuta noſtra permittunt Fratribus noſtris procedere ſine cappis albis; Primò quando mittuntur ad quæſtandum extra ciuitates & oppida : ſecundò, quando mittuntur rus ad recreandum animum: tertiò, Fratres commorantes in Conuentibus qui ſunt extra mœnia ciuitatum, niſi velint eas ingredi, ſine cappis & cum pileis incedere poſſunt; Satis euidenter patet quod in omni alio loco & tempore aſtringimur ad deferendas cappas. Vnde etiam ab antiquo ea de re expreſſa lex habetur in ſtatutis Ordinis tam generalibus quàm particularibus, velut Congregationis Mantuanæ & Carmelitarum Excalceatorum ſub his terminis. *Cappam albam Frater iturus de loco ad locum omninò ſemper ſecum deferat, ſub pœna grauioris culpæ infligendæ ſibi à Priore ad cuius Conuentum accedit.* Vnde cum verus Reformationis noſtræ ſcopus ſit ſtudioſè reſtaurare ſeu conſeruare quod laudabile ſemper fuit in Ordine; rectè id non præſtant qui abſque cappa foras procedunt & aliò demigrant, ſed valdè ignominioſam inuehunt praxim, nec reformant, ſed in re ſatis graui deprauant Ordinem.

20. Inde eſt etiam vt capparum ſecum deferendarum vſus non tantùm obſeruatur exactè à R. Patribus dictarum Congregationum; ſed etiam à R. noſtris Patribus, Italis, Belgis, Hiſpanis, Germanis, ſicut & vbique à cœterorum Ordinum Religioſis: verbi gratia, Dominicanis, Carthuſianis, & aliis. Vnde mirari ſatis non poſſum qua ratione Reformati noſtri Galli hanc tam antiquam, tam vniuerſalem & honorabilem conſuetudinem non tantùm ſæpius omittunt, ſed ita abrogant, vt vix vllus iam ſit qui non procedat ſine cappa, ita vt etiam oppida & ciuitates ingrediantur, ibi honorabiles perſonas viſitent, negotia tractent cum Ciuibus, per plures dies conuerſentur cum eis, & demum accedant ad Conuentus ſine cappa, cum ea omnia per om-

nia ſtatuta tam antiqua quam recentia ſint prohibita.

21. Plerique id rejiciunt in onus quod ex geſtatione cappæ nimis graue ſe ſentire aſſerunt: ſed quandoquidem Patres noſtri Belgæ, Hiſpani, Germani, Itali Mantuaniſtæ & Excalceati, quos certum eſt vti cappis maioris aut ſaltem non minoris ponderis quàm ſint noſtræ, non propterea ſe diſpenſant ab eis ſecum deferendis; quis pudor vt tanta ſit apud Gallos mentis & corporis debilitas quæ à tam Religioſa Obſeruantia nos retrahat? quid cauſæ eſt vt cùm alij ea in re conditionis ſuæ Religioſæ decus & honorem conſtituant, nos ſolos Gallos delectet eo ſpoliari: maximè etiam cùm plerique viatores iam ambulent aut in equo, aut in curru, vnde magis commodè cappas ſecum deferre poſſunt, & iis indui quando expedit. Certè, cùm vt communi fertur prouerbio, nullus vir honeſtus grauari ſe dicat quando conditioni ſuæ veſtes magis conuenientes & honorabiles defert, putà Sacerdos veſtem Talarem, Iudex togam magiſtralem, vir nobilis & miles chlamydem, balteum & enſem, Ciuis, pallium; & ſi quid ſit iis in rebus ferendis moleſtiæ, libenter ſupportant, ne à conditionis ſuæ decentia tantiſper recedant; fœdum eſt quod Religioſus Carmelita & Reformatus cappam ſuam albam, quæ eſt magis illuſtre Ordinis ſui ornamentum, ſecum non deferat ob tantillum grauitatis quod inde experiri metuit.

22. Præterea cùm Cappa noſtra alba verè ſit de natura pallij, *ſub quo*, Tertulliano Authore, *praui mores erubeſcunt*; verendum eſt ne hæc, quæ modò apparet, incuria eam ſecum deferendi, ſit cauſa non minimæ deprauationis inter nos: maximè cùm certum ſit & experientia compertum alicubi in Ordine, grauibus piaculis & ſcandalis allatum fuiſſe remedium, ſuperiore rigidiſſimè præcipiente, vt ſinguli etiam quando ſoli incedebant per vrbem, cappas ſuas ſemper defer-

rent. Si igitur Superiores noſtri eo quo debent zelo ardeant ad conſeruandum decus & honorem Religionis; ſi ſingulorum honeſtæ ac Religioſæ conuerſationi optimè velint conſulere; operam dare debent vt iuxta tenorem Statutorum, communem & antiquam Ordinis noſtri conſuetudinem quiſque cappas ſuas deferat.

23. Inter ea etiam quæ non tantùm ad Reformationis bonum odorem, ſed & ad Deum ritè colendum plurimùm conferunt, illud eſt quod Officij Diuini perſolutio in ſingulis Conuentibus fiat quotidie certis & determinatis horis tam de die quàm de nocte, in choro perſonis ſæcularibus non obuio, maximè verò ad quem mulieribus non pateat aditus. Cùm enim Officij Diuini recitatio & pſalmodia ſit actus Religionis Deo præ cæteris gratus; cui Angeli incumbunt in cœlo & aſtant hominibus in terra dum ei vacāt, cui proinde decet eos eſſe valdè attētos vt pſallant ſapienter; certe officio illo rectè fungi non poſſunt, niſi non tantùm viri ſæculares, ſed præcipuè mulieres à choro arceantur, nec promiſcuè iunctimque aſſideant Religioſis in ſubſelliis, vt frequenter accidit: aliàs enim iſtis objectis diſtrahi poſſent & diuerſis agitari cogitationibus quæ non tantùm mentem à rebus piis abducerent, ſed fortaſſe inficerent.

24. Hinc eſt etiam quod in ſacris Canonibus ſub rigidiſſimis pœnis prohibitum eſt ne mulieres ingrediantur Chorum vbi Sacerdotes ſæculares ſacris operantur, & à fortiori Regulares? Vnde etiam videmus paſſim in Gallia quod in pluribus Eccleſiis Cathedralibus, Collegiatis & etiam Parochialibus aſtant apparitores ad ianuas, qui mulieres arceant ab ingreſſu Chori, maximè tempore quo adſunt Canonici & Presbyteri ad cantandum Officium Diuinum. Quare ſicut vniuerſim omnes ſaltem quos noui Religioſi, ſiue de

nouo inſtituti, ſiue Reformati, illud maxime curant vt Choros habeant ſeparatos ad quos ſæcularibus, maximè mulieribus non detur acceſſus, idque exiſtimant, eſſe omninò neceſſarium tum ad ritè peragendum Officium Diuinum, tum vt cœtui ſuo bonam famam comparent; Certè nec pro Reformatis haberi, nec bene audire poſſunt ij qui tanti momenti Canonum Eccleſiaſticorum & conſtitutionum monaſticarum legem non obſeruant: Officium Diuinum ſiue totum, ſiue ex parte cantantes in Choris publicis ad quos tum viri tum mulieres acceſſum habent, & Religioſis ſæpiùs aſſident. Et cùm iam in Gallia pauci valdè ſint Conuentus Reformati in quolibet ordine, & noſtro maximè, qui eiuſmodi prauam conſuetudinem retineant; certè aliorum exemplo prouocari debent noſtri, qui in ea adhuc verſantur, ad eam quamprimùm abolendam, conſiderantes quòd cùm rationes quæ eos ad id mouent, locum habeant in omnibus ferè antiquis Connentibus, à quibus tamen iis non obſtantibus ſublata eſt eiuſmodi conſuetudo, retinere eos non debent in iſto prauo vſu, ne pernicaciæ & obſtinatæ mentis in ſuo genio particulari notam incurrant, quæ peſſima eſt in Congregatione cuius ſunt Alumni.

25. Addo quòd inſiſtendo exemplis & veſtigiis omnium Reformatorum, non facilè dandus eſt acceſſus ad interiora Monaſteriorum noſtrorum perſonis ſæcularibus, itavt tam liberam & familiarem conuerſationem habeant cum Religioſis, vt interſint eorum exercitiis domeſticis, ſiue etiam animi recreandi cauſâ ludant cum ipſis. Nec etiam facile ſæculares inuitandi ſunt aut admittendi in Conuentu ad comeſſationes particulares: ſed nec ad prandium inuitandi ſunt, niſi ſeruatis quæ in conſtitutionibus ſeruanda eſſe ordinatum eſt. Sed & pariter interdicendus eſt noſtris Religioſis acceſſus ad ædes ſæcularium ad prandendum,

maximè

maxime in Ciuitatibus in quibus habemus Conuentus: Conſtitutionibus noſtris hac in re continuò & vbique inuiolabiliter adhærendo; quia certiſſimo & frequenti experimento conſtat, quod permulta & grauia in perniciem Religionis, ac Reformationis deprauationem inde promanant incommoda.

26. Aditus etiam ad loca interiora Conuentus perſonis omnibus ſecularibus ita interdici debet, vt nequidem ſeruitores admittantur ad officia exercenda quæ continuum exigunt commercium cum Religioſis: putà Coqui, Cellarij, & aliorum ſimilium: ſed ad præſcriptum Statutorum & ad exemplum omnium Ordinum Religioſorum ritè & reformatè viuentium, habendus eſt ſingulis in Conuentibus Fratrum Laïcorum numerus ſufficiens ad ea obeunda officia, qui, vt profeſſionis ſuæ iure & lege bonorum Religionis facti ſunt participes, ad ea etiam procuranda & ritè adminiſtranda mentem & ingenium adhibere ſolent, & quidem multo melius quàm quilibet miniſtri ſeculares.

27. Prætereà certum eſt & continua conſtat experientia quod quot adſunt communiter ſeruitores ſeculares in Conuentibus, tot adſunt iniquitatis miniſtri addicti omnibus qui eorum opera vti volunt: & licet aliquo tempore ſatis fideliter ſe gerant, & indefeſsè laborent; tandem vſu temporis negligentes euadunt, infideles, ebrioſi, fures. Et quando tunc dimittendi ſunt de Conuentibus vt oportet, & pœna aliqua mulctandi; cum rerum ſecretarum & domeſticarum conſcij ſint, quæcumque aut viderunt, aut audiuerunt diuulgant apud ſeculares, quibus etiam calumnias & res falſas adiiciunt, vnde grauiſſima ſæpè damna & ſcandala Religioni oboriuntur. Quare cum nihil ſaltem ſimile ex Fratrum Laïcorum malis geniis & moribus accidat; male omnino mihi ſentire videntur qui ſeruos ſeculares potius habendos eſſe putant, quàm Fratres Laïcos.

28. Alias quatuor aut quinque optimæ Reformationis exteriores notas ſeu circunſtantias adjicio, quæ in Conuentibus noſtris pariter elucere debent, ſicut apparent in omnibus Monaſteriis vbi viget diſciplina Regularis. Prima eſt mundities maxima, nitor & concinnitas in omnibus locis cuiuſlibet Conuentus, maximè in iis in quibus fiunt Religioſorum congreſſus, & ad quæ Seculares accedunt: putà Clauſtrum, aulæ communes, Refectorium, Sacriſtia, Eccleſiæ Altaria, & Capellæ, & cætera in quibus nihil indecorum apparere debet, nihil detritum in pauimentis, nihil confractum in feneſtris, ianuis, vitris; nihil ſordidum in areis, in tabulatis, fornicibus & contignationibus nihil indecens vel immundũ, puta aranearum telæ. Horti etiam accuratè excoli debent & ad amœnitatem, religiosè tamen diſponi. Omnia demum vbique omnibus in locis bono ordine conſtitui debent & conſeruari.

29. Secunda circunſtantia conſiſtit in certis pietatis & deuotionis ſignis quæ diuerſis in locis Monaſterij apponi debent; vt ſunt Cruces in angulis Clauſtrorum, arearum, & deambulacrorum: Sanctorum Icones, ſeu Imagines, pictæ aut ſculptæ in parietibus rerum ſacrarum repreſentationes, ſententiæ aliquot deuotæ ex Scriptura ſacra, vel ex SS. Patrum ſcriptis excerptæ diuerſis in locis appoſitè inſcriptæ. Ea enim omnia & ſimilia exhalare videntur exteriùs ſuauem deuotionis odorem qui apud Religioſos interiùs ſpirat & viget, ceduntque plurimum in ſecularium omnium ædificationem, immò ſæpiùs excitant improbos ad morum conuerſionem, & probis ſuggerunt pios motus ad profeſſionem Religioſam amplectendam.

30. Tertia circunſtantia eſt continuum & altum ſilentium in Conuentibus reformatis: itavt in locis etiam ad quæ ſeculares accedunt, vt ſunt Clauſtrum &

aulæ communes, nulli audiantur tumultus, nulli clamores nec vociferationes: & quando ibi colloquendum eſt cum aliquibus ſiue domeſticis, ſiue externis, attendant vt vocem nullo modo contendant, ſed quaſi in confeſſione voce tam demiſſa verba proferant, vt nullus vicinus audire poſſit quæ dicuntur. Sed ſi quando Ianitores, Sacriſtæ, & quilibet alij euocare debeant aliquos Religioſos è ſuis cameris; ſummopere caueant ne cum clamore, aut voce nimis alta ac proprio nomine eos vocent, ſed vel ad eorum cameram accedere debent & ſubmiſſa voce eos monere, vel ſigno aliquo campanæ, vel alterius apti inſtrumenti commonendi ſunt vt accedant. Id verò eò magis nobis debet eſſe commendatum quò videmus exactè obſeruari apud quoſlibet Religioſos ritè & reformatè viuentes; & inde non minimam bonæ ſuæ famæ partem conſequi.

31. Quarta nec minoris momenti circunſtantia eſt receſſus Religioſorum omnium in ſuas priuatas cameras extra tempus ſpatiationi & colloquio communi conceſſum, itavt nullus in hortis, nec in clauſtris, nec in areis nec alibi deambulare, vagari aut confabulari tunc appareat. Id verò eò magis commendatum nobis eſſe debet, quò ex vi Regulæ noſtræ magis aſſiduè manere debemus in cellulis noſtris quàm alij Religioſi mendicantes, nec vt alias annotaui ex mente Interpretum Regulæ noſtræ, licet nobis qualibet hora deambulare per hortos & alia loca quamuis in ambitu Conuentus concludantur; ſed deſignatis tantùm per ſtatuta temporibus: atque etiam id maximè decet viros Religioſos, qui Deo ſibique præ cæteris vacare debent.

32. Quinta circunſtantia conſiſtit tàm in veſtimentorum munditia & decentia, quàm in conuerſatione modeſta, & Religioſè vrbana: quæ duo maximè elucere debent in Religioſis noſtris qui primò oc-

.urrunt perſonis externis ad noſtros Conuentus accedentibus, & cum quibus de negotiis Conuentus ſæpiùs tractandum eſt, vt ſunt Superior, Ianitor, Procurator, Sacriſta, & Confeſſarij. Quia verò materia iſta multa & varia complectitur ſubjecta ſcitu digna; Librum integrum de iis compoſui, prælo apparatum & typis committendum quamprimum mihi licuerit per otium, cuius hic eſt titulus, *Honeſtus Religioſus, ſeu ſcita & Religioſæ urbanitatis præcepta*, & in eo exhibeo ea quæ deſiderari poſſunt ad complementum perſonæ inter nos interius & exterius bene Reformatæ, qui proinde conſuli poterit ab iis qui honeſtatem cum integritate morum apud nos volunt coniungere.

CAPVT XXXVI.

Exactiſſima, integra, & continua Conſtitutionum ſtrictæ noſtræ Obſeruantiæ vbique praxis, neceſſarium prorſus & efficaciſſimum ad inſtituendam fouendamque Reformationem medium.

1. SIcut Religioſi à Regula cui ſunt aſtricti, Regulares; ita à conſtitutionibus pro reſtauratione diſciplinæ Regularis conditis quas amplectuntur, Reformatorum nomen ſortiuntur. Cùm enim eiuſmodi Statuta ideò compoſita ſint & tradita, vt quod à vero diſciplinæ Regularis tramite abceſſerat, ad rectum reuocetur; quod obliteratum fuit aut obſcuratum, priſtino ſuo decori reſtituatur; & quod à vera Obſeruantiæ norma deflexerat, ad nouam & priſtinam vitæ Re-

171

ligioſæ formam reducatur; rectè inde Reformatorum nomen conſequuntur qui eis ſe conformant. Quamdiu igitur hoc egregio & illuſtri nomine merito gaudere volent qui eo decorantur, neceſſe eſt vt inprimis dent operam, quatenus Conſtitutiones eum in finem conditas & acceptatas perfectè obſeruent, nec temerè eas vel reſecent, vel extendant pro ſuo captu & nutu, ſed integrè adimpleant, alioqui nec vita concordabit cum nomine, nec diù conſiſtere valebit reſtitutæ de nouo diſciplinæ Obſeruantia.

2. Et verò id ſuadent in primis ſat multa ſacris ex paginis deſumpta quæ allegorico ſenſu hanc in rem optimé quadrant exempla: quod enim ſunt in ædificio columnæ, fulcra, arcus, fornices; id præſtant pro diſciplinæ Monaſticæ ſubſidio Conſtitutionum ſanctiones, & vtriſque ſublatis neceſſe eſt vt vtrumque ruat ędificium. Vnde ſicut ſacris in paginis Ciuitati forti ſimilis eſſe perhibetur Religio Monaſtica, ad cuius munimentum extructus eſt murus & antemurale; Regula quidem muri nomen, & Conſtitutionibus antemuralis appellationem ritè ſibi vendicantibus; ita aliunde conſtat quod vtriuſque præſidij tùm phyſici tùm moralis ſubuerſio & ruina, ex pręuia muri iſtius & antemuralis deſtructione prouenit, vti his propheticis & allegoricis verbis edocemur. *Cogitauit Dominus diſſipare murum filiæ Sion; tetendit funiculum ſuum, nec auertit manum ſuam à perditione; luxitque antemurale, & murus pariter diſſipatus eſt.*

3. Ad hoc igitur vt probè cognoſcamus quo in ſtatu ſubſiſtat Reformatio noſtra vbicumque inſtituta eſt; an vigeat aut langueat, an proficiat aut decreſcat, an perſeueret aut declinet ab inſtitutis quæ in ſuo exordio aſſumpſit; ſufficit attendere quomodo conſtitutiones ſibi præſcriptæ iam obſeruantur. Si integrè, exactè & ab omnibus executioni demandantur, certum eſt re-

formationem nedum ſubſiſtere, ſed & florere. Si verò negligenter, indifferenter, & quiſque pro nutu ſuo & libito conſtitutionum noſtrarum leges probet aut rejiciat, itavt pleraque earum puncta vel omittant, vel tranſgrediantur, vel reſecent, vel extendant, certum eſt Reformationem noſtram iam vergere ad difformationem, & ad ſuam totalem ruinam inclinare.

4. Vt autem clarè innoteſcat & conſtet vniuerſis in quonam ſtatu iam verſatur Reformatio noſtra, quam ſuprà demonſtraui in vnum quaſi corpus coaleſcere debere, atque vno & eodem ſpiritu viuere; aduertendum eſt inprimìs, vt certâ ſcientiâ, & frequenti experientiâ ſum edoctus, quòd conſtitutiones noſtræ quæ ſolæ acceptatæ ſunt ab Ordine, permiſſæ & traditæ omnibus & ſingulis qui Reformationem amplecti volunt, multa cum diſcrepantia obſeruantur in Prouinciis & Conuentibus vbi fuerunt acceptatæ: idque variis ex cauſis & motiuis quæ hìc examinare duco neceſſe, vt qui in eis interuenit error aut abuſus omninò reſcindatur.

5. Primaria huius diſparitatis & corruptelæ origo prouenit ex Articulo ſeptimo capitis decimi noni quartæ partis Conſtitutionum, vbi ſuppoſito quod *temporum conditio, & Regionum diuerſitas vix permittit aut promittit omnimodam vniformitatem Reformationis, quæ tamen ſummoperè deſideranda eſt & procuranda*, additur *quòd ſi quæ ſunt Prouinciæ ſeu Reformationes quæ habeant aliqua ab ipſis diuerſa, quæ ſine ſcandalo non poſſint tam citò mutari, faciet ſibi vna quaque Appendicem legum velut municipalium.* Contra cuius tenorem Articuli plures & in pluribus peccant, & diuerſos admittunt abuſus.

6. Primò quidem licentia quam tribuit hic Articulus, non extenditur niſi ad vſus & obſeruantias lege aut conſuetudine receptas, in quo propriè conſiſtit

ñatura legis municipalis : Et tamen non verentur nonnulli inter eas reponere nouos vſus & obſeruantias pro ſuo nutu jamjam excogitatas, & eas tanquam leges firmas ſtatuere. Secundò Articulus iſte reſtringit eiuſmodi licentiam ad ea quæ ad perfectioris vitæ genus tendunt; & experientiâ conſtat quòd plerùmque leges illas municipales conſtituunt nonnulli in iis quæ ad laxioris & minùs perfectæ vitæ genus conferunt: Verbi gratiâ id præſtare clarè euincuntur qui cùm ſciant ex lege Statutorum nos aſtringi ad abſtinendũm à carnibus & jejunandũ ſingulis ſecundis feriis à feſto Exaltationis Sanctæ Crucis vſque ad Paſcha Reſurrectionis, id obſeruare renuũnt ob antiquam quam dicunt eſſe in ſua Prouincia conſuetudinem, quam etiam laudabilem appellant: cùm potiùs eam tanquam prauam & ignominioſam abrogare deberent. Abuſus iſte qui ſane intolerabilis eſt, in aliis multis reperitur vt probè ſciunt qui eos admittunt, & qui Religionis zelo ardent, ac eius honori ſtudere volunt, certè totis neruis ei obſiſtere debent.

7. Tertiò, ſupponit idem Articulus, quod ea de quibus fieri permittit leges municipales, lege aut conſuetudine ita recepta ſunt, vt ſine ſcandalo non poſſint tam citò mutari; hæc enim ſunt eius verba. At conſtat experientiâ quod tantùm abeſt vt plura quæ à quibuſdam reponuntur inter leges ſuas municipales, lege ſancita ſint aut antiqua conſuetudine firmata; legibus antiquis directè oppoſita ſunt, & non niſi de nouo introducta abſque vlla legitima abrogatione legis contrariæ antiquæ; vnde non ſunt niſi praui vſus & abuſus quibus expedit potiùs obſiſtere, quàm eos fouere. Prætereà tantum abeſt vt ſine ſcandalo mutari non poſſint; cùm laude potiùs & cum proborum applauſu plerùmque tolli poſſunt: Et quia ſola ſæpè vel Seniorum, vel Primatum in Religione, vel aliorum qui ſibi ni-

miam authoritatem arrogant, tenacitas ſeu exemplum id impedit; ſibi in conſcientia & coram Deo valdè timendum eſt ne grauiter peccent dum ſic Reformationis ſtabilimentum impediunt, nec eam promouent vt poſſunt.

8. Quartò, cùm aduertere deberent vniuerſi in tenore Articuli illius, quod licentia illa condendi ſibi ſingulis in Prouinciis leges municipales non niſi ægrè conceditur, ita vt moneantur ſinguli meminiſſe quod cum virtus vnita fortior ſit ſeipſa diſperſa, non niſi in paucis & in rebus grauis momenti conſtituendæ ſunt leges illæ municipales, & à particularitatibus illis quantùm fieri poteſt, abſtinendum eſt; hoc non obſtante, in aliquibus Prouinciis tam multæ leges repoſitæ ſunt in numero municipalium, & quidem aliæ leues & in rebus etiam indifferentibus, aliæ nouæ & ſatis graues in rebus nec neceſſariis, nec congruis ad veram Reformationem, vt jam nec vnitas, nec vniformitas appareat inter Prouincias vt deberet; Sed tanta diſparitas, vt videantur viuere ſecundùm diuerſas leges: vnde certiſſimum datur argumentum omnibus exteris Religioſis ac ſecularibus perſonis judicandi quod Reformatio noſtra non niſi arbitraria eſt, & dependet à voluntate ſingulorum, ac per conſequens nec conſiſtere poteſt, nec diù perſeuerare.

9. Secunda ratio diſparitatis & differentiæ quæ reperitur inter Religioſos diuerſarum Prouinciarum circa Conſtitutionum noſtrarum obſeruantiam, prouenit ex eo quod præcipua quidem & grauiora Legum noſtrarum capita plerique ſtudēt vtcumque obſeruare; ſed aliunde ea quæ parui momenti & quaſi minuta reputant, negligunt: Et cùm pro ſuo captu ea ita diſtinguant vt pauca reponant in priori claſſe, tam multa reperiuntur in ſecunda, vt certò conſtet multo maiore numero cenſenda eſſe ea quæ non obſeruant quàm quæ executioni

executioni demandent, & ideo cenſendi ſunt multò magis Irreformati quàm Reformati.

10. Quàm verò inique ſe gerant rerum minimarum obſeruantiam negligentes; patet primò, ex eo quòd ſicut cuiuſlibet molis ſeu compoſiti naturalis conſtitutio multò minoribus partibus conſtat, quàm maioribus, neque communiter ſubſiſtunt aut depereunt moles maiores, quàm rerum minimarum vel adjectione, vel detractione; ita ſe habet ſtatus Monaſtici conſtitutio, diſpoſitio, & ſubſiſtentia. Quod ſunt, verbi gratia, claui in fabrica lignea, id ſunt res minutæ in ordinatione politiæ ſeu regiminis Monaſtici. Illi iuncturam magnarum trabum efficiunt ad conſtructionē & firmitatem ædificij, & iis ablatis totum ruat ædificium neceſſe eſt; ita eſt de rebus modicis in regimine morali. Siue etiam quod ſunt paleæ & lutum in pariete ad faciendam liturā, id etiam prę̨ſtant res paruæ in ædificio morali Monaſtico. Vnde idem contingere certum eſt apud eos qui res paruas negligunt in exercitio virtutis, ac iis de quibus Propheta Ezechiel ait: *Ædificabant parietem, illi autem liniebant eum cum luto abſque paleis. Dic ad eos qui liniunt abſque temperamento, quod caſurus ſit. Etſi quidem cecidit paries, nunquid non dicitur vobis, vbi eſt litura quam liniſtis.* Quibus addendum eſt quod nihil eſt inter ea quæ in Statutis noſtris minima reputantur, quod non ſit in vſu in omnibus fere Religioſis Ordinibus reformatè viuentibus, quod rationes ſuas ſpeciales non habeat, & certas vtilitates non contineat.

11. Tertia ratio eiuſdem diſparitatis in Obſeruantia noſtrorum Statutorum, petitur ex eo quod ſat multi ſe excuſant ab integra eorum praxi, eo quod pleræque eorum leges ſunt nimis ſeuerę, & putant eſſe impoſſibile eas obſeruare, ſtante diuerſorum ad extra exercitiorum pro aſſiſtentia proximi ad quæ iam tenemur vi inſtuti noſtri, obligatione. At hoc quicumque aſſeris,

videas an non ritè tibi conueniat hęc à Regio Propheta intenta objurgatio : *Nunquid adhæret tibi ſedes iniquitatis qui fingis laborem in præcepto?* Videas an non debeat paries amuſſi adæquari vt rectus conſiſtat & firmus, & non amuſſis parieti. Attēde an non potius à te procedat difficultas quam pateris in obſeruatione legum iſtarum, quàm ab earum natura? Nunquid tempore tuæ probationis & profeſſionis tales erant leges tuæ quàm nunc ſunt? Nunquid eas dum junior eſſes cum ſociis tuis exactè & fortiter obſeruaſti, quas modo dum corporis & virtutis robore fortior euaſiſti, tuis aliorumque viribus impares eſſe aſſeris? Non aliunde ergo repetenda eſt ratio cur eas modo nimis graues & difficiles eſſe aſſeris, niſi quia priſtinum deuotionis feruorem & ſtudium perfectionis reliquiſti : & quia rebus aliis & curis te magis implicas quàm debes : & dum rebus plerumque vanis & ſuperfluis vacas, ex propenſione naturæ, deeſt tibi animus & tempus quô neceſſariis & profeſſioni tuæ magis congruis incumbas.

12. Prætereà, duo circa eandem hanc rem maxima conſideratione digna adiungo. Primum eſt, quod Conſtitutiones Reformationis noſtræ nihil continent quod non ſit commune, ſi non in omnibus, ſaltem pleriſque aliorum Ordinum mendicantium congregationibus Reformatis. Immò, multæ ſunt in quibus majora onera auſteritatis quàm apud nos ſunt, vt cuique ſatis notum eſt. Secundum eſt, quod per iſtas conſtitutiones conditas pro Reformatione noſtri Ordinis, plurima ſunt puncta magis relaxata in auſteritate, quàm fuerint hactenus in Congregationibus Reformatis, quæ antiquo Ordinis ſtipiti ſicut & nos adhæſerunt : Hæ fuerunt Congregatio Mantuana & Albigenſis.

13. Primò enim in ſtatutis earum nunquam fuit licitum manducare carnes feriis ſecundis totius anni, quod conceſſum eſt per iſtas nouas Conſtitutiones, ſaltem à Paſchate vſque ad feſtum Exaltationis Sanctæ

174

Crucis, quæ celebratur decimo quarto Septembris. Secundò, in illis Congregationibus Reformatis nunquam conceſſum fuit & ordinatum quod fierent majores collationes ſeu refectiunculæ ſerotinæ diebus iejunij à Religione præſcriptis, quàm aliis iejuniorum diebus præcepto Eccleſiæ inſtitutis: nec alia vnquam fuerat praxis in Ordine, vt aliud pro refectiuncula ſerotina apponeretur quàm fruſtum panis: per nouas verò Conſtitutiones noſtras ordinatum eſt quod apponi poſſunt fructus vel herbæ ſeu radices oleo vel butyro conditæ, quæ eſt maxima indulgentia & temperamentum quo ſtante nullus eſt tàm ex junioribus quàm ex ſenioribus qui non valeat facile iejunare: Immò maximum periculum eſt, ne hac ſtante licentia & praxi, quæ augeri magis poterit quàm minui, requiſita ad Ieiunium ſobrietas à pleriſque non obſeruetur, ob nimis amplam quæ præbetur portionem, quæ ſaturos faciat & non iejunos ſtomachos: ſicque iejunia noſtra reducantur ad puram & modicam abſtinentiam.

14. Tertiò, Patres noſtri Antiqui ex lege & conſuetudine immemorabili tenebantur recitare totum Officium Canonicum quotidiè in Choro, cum cantu figurato tam de nocte quàm de die; Quod exactè & non ſine magno labore obſeruatum fuit in omnibus Conuentibus etiam minoribus in ipſamet Prouincia noſtra Turonenſi, vſque ad tempus quo incœpit noſtra Reformatio, quæ primùm ſuſtulit cantum figuratum à matutinis, & poſtea ab omnibus horis diurnis diebus non feſtis, excepta hora quæ recitatur immediatè ante celebrationem majoris Miſſæ. Prçtereà, ex conſtitutione antiquorum Statutorum & vſu antiquiſſimo in toto Ordine, vna Miſſa ſingulis diebus decantabatur immediatè poſt Primam vbi aderant quatuor Nouitij; quod à tempore Reformationis ceſſauit; Immò ceſſat etiam decantatio majoris Miſſæ

hora nona ſingulis diebus in pleriſque non minoribus tantùm ſed & mediocribus Conuentibus in quibus adſunt ſat multi, & etiam triginta Religioſi, quod antea nuſquam omiſſum fuit. Demùm, multæ aliæ Obſeruantiæ ſatis oneroſæ vel omninò ceſſarunt, vel ad leuiſſimum pondus redactæ ſunt: vnde ſatis conſtat quod per nouas Reformationis conſtitutiones pleraque ex iis quæ in antiquis continebantur relaxata ſunt.

15. Hoc adeò verum eſt, vt non ſemel objectum fuerit ab æmulis & quaſi opprobrij loco nobis imputatum, quod per inſtitutionem noſtræ Obſeruantiæ, ad majorem libertatem & relaxationem Ordinem reduximus quàm erat antea. Fuiſſet quidem laudabile, aiebant, ſuperaddere & nihil detrahere perfectionis ab exercitiis virtutis quæ peragebantur antea, & quæ etiam communia ſunt aliis Ordinibus mendicantibus; ſed quis probabit aut patietur appellare, immò & iactare Reformationem à vobis factam, quæ Ordinem in aliquibus magis deformat quàm vnquam fuit. Adducebant præſertim exemplum diuerſorum Ordinum etiam mitigatorum, quoad abſtinentiam à carnibus & diſpenſationem ab aliquibus ieiuniis: verbi gratiâ, Sancti Benedicti & Sancti Dominici, in quibus per mitigationem à ſummis Pontificibus factam non licet niſi ter in ſingulis hebdomadibus comedere carnes; ſcilicet diebus Dominicis, Lunæ, & Iouis: Nec hos tranſgreſſi ſunt vnquam limites ſiue Diformati ſiue Reformati in illis Ordinibus: in noſtro verò, licet per mitigationem ab Eugenio quarto factam, conceſſum pariter ſit ter in hebdomada carnes manducare & non jeiunare; nihilominus Reformatio iſta diem quartum addidit ad manducandas carnes, ſcilicet diem Lunæ ſaltem à Paſchate vſque ad menſem Septembrem.

16. Multæ equidem & graues nobis ſuppetunt rationes quibus abundè ſatisfit eiuſmodi objectionibus,

Digitized by Google

quas ſuperfluum eſſet huc adducere, cùm repetendæ ſint ex iis quæ paſſim hoc in opere expoſui, & maximè vbi oſtendi quod multa ſuperaddita ſunt à nobis exercitia, tàm quoad orationem mentalē & vitæ ſpiritualis exercitationem, quàm ad auſteritatem corporis, quæ quamuis non fuerint in praxi apud Patres noſtros antiquos, iam lege conſtituta ſunt apud nos, ſuntque velut quædam compenſationes temperamentorum quæ hîc adducta ſunt in exemplum relaxationis: ſed inde ſaltem colligitur quod leges Conſtitutionū noſtrarum majora nobis & grauiora non imponunt onera, quàm quæ ab antiquo fuerunt conſtituta: ac proinde de iis conquerendum non eſt quaſi de nouo & importabili iugo nobis impoſito: & verè dici poteſt quod aliàs de mandatis Dei dilectus dixit Apoſtolus. *Et mandata eius grauia non ſunt.*

17. Tertia ratio tantæ diſparitatis ac deprauationis quæ reperitur inter Prouincias circa Obſeruantiam Conſtitutionum, in eo conſiſtit quod arbitrentur plerique ſtare in ſua libertate ac arbitrio ſuo relinqui, vt acceptent de ſtatutis Reformationis quod ſibi placet, & quod diſplicet rejiciant. Verum eſt equidem quòd legis obligatio pendet ab acceptatione eorum ad quos dirigitur, & non obligat niſi in iis quæ ſunt admiſſa cum aliorum excluſione. Sed præterquamquòd, niſi ſubſit cauſa valdè legitima & grauis propter quam lex aliqua non admittitur, peccant grauiter qui eam rejiciunt, & cogi poſſunt ad eam acceptandam; hic non agitur de imponendis legibus cuipiam inuitè; ſed de ſubmittendo ſe voluntariè & liberè legibus Reformationis iam acceptatis ab vniuerſo Ordine tanquam iuſtis, legitimis, & quæ propoſitæ ſunt vt obſeruentur ab omnibus qui volunt reformatè viuere. Eſt quidem vnicuique liberum Reformationem amplecti ſicut & Ordinem noſtrum ingredi; ſed nec liberum eſt, nec lici-

tum iis qui ei ſe aggregant delectum legum noſtrarum facere, quarum alias admittant, alias reiiciant. Sufficere debet vnicuique quòd Conſtitutiones noſtræ maxima cum æquitate, ſapientia & diſcretione conditæ ſunt: pluries ad examen reuocatæ fuerunt tum à Commiſſariis à duobus Summis Pontificibus Vrbano VIII. & Innocentio X. deputatis: Poſteà in Capitulo Generali anni 1645. rurſus à toto Cœtu recognitæ, acceptatæ & tunc traditæ vt ſolæ inſeruiant omnibus qui reformatè viuere volunt.

18. Sed prætereà, quandoquidem iuxta Art. 15. cap. 5. 1æ. part. iſtarum Conſtitutionum tenetur quilibet Profeſſus in Profeſſionis ſuæ charta ſua manu ſubſcribere & profiteri ſe has Conſtitutiones ſtrictioris obſeruantiæ ad litteram amplecti (quod notandum) & promittere cum Dei gratiâ ſe eas fideliter obſeruaturum: idque vniuerſaliter fit ab omnibus reformatis in qualibet Prouincia, abſque vlla reſeruatione ſeu exceptione; quid cauſæ eſt cur modò contra promiſſionem tam ſolemnem prætendant aliqui poſſe validè & licitè diſpenſare ſe ab aliquarum legum in eis contentarum obſeruantia, niſi ſuppoſitis caſibus cum circumſtantiis, de quibus ſupra. Vnde etſi ſemper aliquod inde naſcatur incommodum, non erit graue, nec talem inferet diſparitatem in Reformatione ac deformitatem, qualis apparet proceditque ex principio quod hic improbamus tanquam falſum & pernicioſum.

19. Quarta ratio diſcrepantiæ & diſparitatis quæ reperitur inter Prouincias, circa obſeruantiam Conſtitutionum, ex eo petitur, quòd plerique diuerſimodè leges ibi ordinatas interpretantur, & nonnulli eas extendunt ad ea quæ excedunt earum terminos. Vt plura omittam huius rei exempla, ne longior ſim, vnicum adduco, in quo abuſus iſte ſeu prauus vſus clarè elucet. Habetur in Art. 1. cap. 16. part. 1. Conſtit. noſtrarum

quod *diebus jeiuniorum Ordinis fient maiores refectiunculæ quàm in jeiuniis ab Eccleſia indictis.* Et Art. 19. eiuſdem capitis habetur quod *diebus jeiunij Ordinis ad collationem apponantur fructus, vel herba cocta, aut radices, aut ſimilia legumina oleo vel butyro condita.*

20. Peccant ergo quidam contra intentionem legis, tum contra tenorem horum verborum. Primò enim cùm portio panis, vini, fructuum aut obſoniorum quæ conceduntur pro refectiuncula, excedere non debeat ſaltem quartam partem eorum quæ quis manducat in prandio, iuxta magis latam Caſuiſtarum opinionem pro ſecularibus, & coarctari debeat intra limites jeiunij auſteri à Religioſis ſeruari ſoliti, itavt ſaltem nec ſtomachus ſit plenus, nec ſaturus; tam copioſæ communiter conceduntur portiones, & tanta manet libertas cuilibet comedendi ex iis quod appetit, vt ad cœnæ integræ menſurã cibis appoſitis vtantur pleriquè, multæque ſunt perſonæ ſeculares etiam inter operarios, quibus ſufficeret ad prandium, immò lautè epularentur, ſi quod illi comedunt & bibunt in refectiuncula, illis concederetur.

21. Secundò, cùm iuxta terminos Conſtitutionis iſtius aliud non debeat dari in Collationibus, præter fructus vel herbas, aut radices; non verentur nonnulli vel Thriſſam fuſcam ſeu Harangum infumatũ, vel quatuor aut quinque Trichias ſeu Sardinias, vel etiam duo oua cuique Religioſo in plena Communitate miniſtrare, & quidem adeò frequenter, vt jam abſque ſcrupulo toties quoties placet id fiat; dicentes ad id compelli ex neceſſitate ob defectum fructuum, radicum aut herbarum: quod quàm falſò & ridiculè afferant ſatis patet ex eo quod adſunt in omnibus ferè locis in quibus ſitos Conuentus habemus, aliorum diuerſorum Ordinum Religioſi, qui perpetuò abſtinent à carnibus, frequenter jeiunant, & quibus nunquam deſunt fructus,

herbæ aut legumina quibus vtuntur in ſuis Collationibus, nec vnquam vtuntur piſciculis & ouis. Si ergo eadem non ſuppetant Carmelitis noſtris, id non prouenit niſi ex negligentia Officiariorum, quam emendare tenetur Superior Localis, & curare vt maturè huic neceſſitati prouideant. Et ſanè mirum eſt & fœdum quod cùm ex maxima indulgentia iam diſpenſati ſimus ad manducandas carnes, & per conſequens à jeiunio, non tribus tantùm, ſed quatuor diebus in ſingulis hebdomadibus, ſaltem per plures menſes, conceſſæque ſint nobis collationes prægrandes & pingues ex variis obſoniis, adhuc piſciculis aut ouis vti non vereantur nonnulli, à quibus ſemper abſtinuerunt tot ſacri Ordines etiam qui viuunt in perpetua abſtinentia à carnibus, & hanc relaxationem in reformatione noſtra ſatis adhuc recenti iam reperiri ſinamus!

22. Porrò, tam prauus eſt ille vſus & graui adeò culpæ obnoxius, maximè quando hoc fit ſatis frequenter in Refectorio à tota Communitate, & tranſit in conſuetudinem, vt quindecim tam Doctores ſeculares Sorbonæ, quàm Regulares: & plerique ex iſtis vel Superiores docti & periti, vel Theologiæ Profeſſores Pariſiis conſulti, an vſus duorum ouorum in collatione ſerotina diebus jeiunij ab ordine indictis cuique Religioſo in Refectorio appoſitorum, ſtante lege ſuprà allegatâ, eſſet licitus? Reſponderunt, nullo contradicente, & quidem ſcripto chyrographis ſuis munito, grauiter peccare, & quidem mortaliter vt cenſent duodecim ex illis, duo venialiter ſaltem, & vnus grauiter abſque determinatione ſiue ad veniale ſiue ad mortale peccatum, tam Superiores id permittentes, quàm ſubditos illâ licentiâ vtentes.

23. Multas & graues proferunt huius ſuæ ſententiæ rationes quæ ad tria potiſſimùm capita reducuntur. Primùm, ob graue quod vſus ille inuehit ſcandalum

non

Digitized by Google

non tantum in ſtatum Monaſticum, ſed & in Eccleſiam Catholicam: cum hactenus vſus ille nuſquam fuerit viſus in vllis ieiuniis. Secundum, ob deprauationem ſtrictioris obſeruantiæ & diſciplinæ Monaſticæ in re notabili atque ad mortificationem & vitæ auſteritatem plurimùm conducente. Tertium, eo quod vſus ille tranſiens in conſuetudinem, abrogat legem communem à Superioribus majoribus conſtitutam, abſque vlla legitima authoritate & neceſſitate. Etſi verò locus iſte non patiatur vt rationes illas fuſiùs explicem; tamen vt tàm ſuperiores quàm inferiores clariùs videant & aduertant, quid in re tanti momenti ſentiendum ſit & faciendum; viſum eſt aliqua huc adducere principia valdè neceſſaria, tùm ad theſis propoſitæ aſtruendam veritatem, tùm ad ſciendum qua ratione procedendum & vtendum ſit diſpenſationibus à legibus conſtitutis.

24. Primum eſt, quòd tenetur Superior in conſcientia, & ex officij ſui debito, non tantùm per ſe adimplere, & ex integro cuſtodire leges Religionis ſuæ traditas ad veram vitæ Regularis & Reformatæ obſeruantiam; ſed inſuper inuigilare debet & ſtrenuam adhibere operam, vt exactè & integrè à Religioſis ſibi ſubditis adimpleantur. Id clarè euincunt verba iſta ab Apoſtolorum Principe ad vniuerſos Eccleſiæ Prælatos directa, *Paſcite qui in vobis eſt gregem Dei, forma facti gregis ex animo.* Inde enim colligit D. Thomas teneri Superiores ad paſcendum gregẽ ſuum verbo doctrinæ, maximè circa leges ſuas, & exemplo virtutis circa earũ obſeruantiam. Qui aliter facit, non paſcit, ſed mactat; non nutrit, ſed enecat gregem ſuum. Cùm etiam ſecundũ D. Bernardum poſiti ſint Superiores in familiis ſuis Religioſis velut cuſtodes in vineis; Certè qui leges ſuas, quæ tanquam ſepes aut maceria conſtitutæ ſunt ad cuſtodiendam vineam, euerti ſinunt aut tantiſper diſrumpi, verè dicere poſſunt quod in

Cantico ſacro habetur : *Poſuerunt me cuſtodem vineis, & non cuſtodiui vineam meam* : atque idem eis obiici poteſt quod habetur apud Pſalmiſtam : *Vt quid deſtruxiſti maceriam eius, & vindemiant vineam qui prætergrediuntur viam : exterminauit aper de ſilua, & ſingularis ferus depaſtus eſt eam.*

25. Secundum, periculoſum eſt valdè & pernicioſum facilè diſpenſare cum ſubditis de legis cuiuſuis etiam ſatis leuis obſeruantia : *Quia*, vt habetur in Concilio Tridentino, *ſine vrgente & iuſta cauſa diſpenſare, aliud non eſt quàm ad leges tranſgrediendas aditum aperire.* Verè de quolibet probo prælato dicitur, quod ſit *fidelis ſeruus & prudens quem conſtituit Dominus ſuper familiam ſuam :* At, vt optimè docet Sanctus Thomas, infidelis eſt ille qui non habet intentionem ad bonum commune, nec illud promouet : imprudens autem, niſi recta cum ratione & congruis temporibus diſpenſet : alioqui talis diſpenſatio verè eſt præuaricatio, obſeruantiæ diſſipatio ac ruina.

26. Tertium, vt Prælatus diſpenſare poteſt & debet ab aliqua lege cùm priuatis perſonis ex cauſa iuſta & legitima, idque præſtare poteſt abſque magno Regularis obſeruantiæ damno; ita non poteſt, nec debet frequenter diſpenſare cum tota communitate, ne conſuetudo contraria inualeſcat, & tandem deſtruat legem legitimè & ſapienter conſtitutam : alioqui tunc peccaret grauiter, & quidem mortaliter, vt cenſent communiter Doctores. Tùm quia authoritas ſeu poteſtas, quâ gaudet, conceſſa eſt illi ad ædificationem, & non ad deſtructionem : tùm quia legis tantùm miniſter eſt, & non magiſter : tùm quia inferior nec debet nec poteſt directè aut indirectè legem à Superiore legitimè conſtitutam inuertere, ac eius deſtructioni initium dare : & ſi cõtingat, vt vel neceſſitatis vel vtilitatis ratio mutationem ſtatuti aliquando expoſcat; tunc ad Præ-

latum Conuentualem id non attinet, ſed ad ſupremam poteſtatem: *Non enim*, vt aiunt Canoniſtæ, *minor requiritur ad abroganda, quàm ad condenda ſtatuta poteſtas & & authoritas.*

27. Quartum, quæ fiunt contra communem vſum diſciplinæ Monaſticæ, aut contra quæ ſtatuta ſunt ad reſtaurandam & conſeruandam veram obſeruantiam cuiuſlibet inſtituti Religioſi, etiamſi de ſe leuia ſint, reputanda ſunt grauia quando notabilis inde deprauatio conſequitur. Vnde etiam Theologi morales docent optimè quod exercitia Religionis conſideranda ſunt & dijudicanda ex circunſtantiis comitantibus, & accidentibus inde conſequentibus, ratione quorum omiſſio aut infractio alicuius ſtatuti ex ſe ſatis leuis fit nonnunquam culpa mortalis. Varia adducunt exempla ad probandam axiomatis iſtius veritatem, inter quæ aptè & optimè reponi debet duorum ouorum portio in collatione ſerotina diebus ieiunij Monaſtici.

28. Quintum, Religioſi inferiores non ſunt tuti in conſcientia, nec immunes à culpa non ſolum veniali, ſed & mortali, qui diſpenſati à Superiore locali ſoluunt ordinariè ſtatutum aliquod, ita vt conſuetudinem contrariam inuehant. Religioſi enim illi ignorare non debent, nec poſſunt, ſi ignari non ſunt omninò, & de ſua conſcientia parum ſolliciti, quod Superior ille Conuentualis nullam habet poteſtatem ad abrogandam vllam legem, & per conſequens irrita prorſus eſt & inanis talis diſpenſatio, vnde ſequitur abrogatio legis per conſuetudinem contrariam: ac propterea perinde ſe haberent ac ſi propria authoritate & deliberata voluntate ſuperior & inferiores ſimul omnes vnanimi conſenſione conſtitutionē illam ordinariè tranſgrederentur: in quo grauiùs quidem delinqueret Superior, qui tenetur ex officio, vt iam dixi, ſtatuta ſeruare, & dare operam vt ab aliis ſeruentur: At pecca.

rent grauiter quoque inferiores, quia quantumuis vellet infidelis & remiſſus ille Prælatus ſtatutum abolere; nunquam id obtineret niſi remiſſi quoque inferiores concordarent & ad id collaborarent: eſſet igitur delictum commune & graue. Addunt Caſuiſtæ quod illi omnes ſimul peccant contra Iuſtitiam, contra Charitatem, & contra finem profeſſionis Religioſæ: ad quos Lectorem remitto, qui ampliorem de his notitiam habere volet; hæc de illis breuiter delibaſſe contentus.

29. Cum igitur theſis à me capitis iſtius initio poſita, tàm copioſo grauiſſimi ponderis rationum numero probata ſit & ſuffulta; attendant ſinguli & ſtatuant, vt tùm pro conſcientiæ ſuæ onere, tùm pro Religionis honore, leges quæ conſtitutæ ſunt pro Reformationis ſtabilitate, ſeriò amplectantur, fortiter ſuſtineant, ac integrè adimpleant. Audiat propterea vnuſquiſque Reformatus D. Bernardum ſic ſibi, ſicut quondam Religioſis ſuis in re ſimili loquentem: *Da operam vt ad hanc quam intraſti Regulam, omnem vitam tuam exequaris: ne tranſgrediaris terminos quos poſuerunt Patres tui. In omnibus vitæ & vita huius exercitiis ne declines ad dexteram neque ad ſiniſtram*

CAPVT XXXVII.

Iuuat quoque plurimùm ad fouendam Reformationem, quod vnuſquiſque bene ſentiat de Regulis in Statutis noſtris contentis, & quotidiano vitæ Regularis Ordini aßiduè incumbat.

1. SIcut nullum efficacius cenſeo eſſe remedium ad inſtituendam fouendamque conſtitutionum noſtrarum obſeruantiam, & praxim earum vniformem apud omnes Reformatos, quàm vt exactè obſeruentur à ſingulis cuiuſcumque Prouinciæ Religioſis; ita nihil eſt in quo id magis deſideretur, quàm in quotidiano ac communi vitæ Regularis, qui conſtitutus eſt, Ordine: in eo enim conſiſtit pars maxima vitæ noſtræ Religioſæ, & præcipua adimplentur exercitia quibus aut à natura, aut à lege Monaſtica aſtringimur, quæ cùm repetenda ſint ſingulis diebus; integrum vitæ noſtræ curſum perficiunt, & obſeruantiæ noſtræ Religioſæ munus adimplent.

2. Prætereà, nihil magis ad vtrumque conferre arbitror, quàm vt veram & condignam de Statutorum noſtrorum dignitate, neceſſitate, & vtilitate opinionem quiſque concipiat: etenim ratio præcipua omiſſionis ſeu incuriæ quam plerique habent in obſeruandis conſtitutionum noſtrarũ legibus, petitur ex eo quod credunt eas de ſe non obligare ad peccatum mortale, ſed & vix tantum ad veniale, eas conſiderando velut ſimplices morum directiones, quibus proinde non aliter adhærent quàm perfunctoriè, & vt ſibi placet: vn-

de & eas trauſgrediuntur abſque ſcrupulo: ſed quàm inepta ſit & iniqua eiuſmodi opinio & praxis patebit ex ſequentibus.

3. Supponendo inprimis, quod ſicut Ordo quilibet Monaſticus habet ex tribus votis vt ſit Religio, habet ex Regula, vt ſit ſub tali patrono, v. g. D. Auguſtino, D. Benedicto, &c. Habet etiam ex Conſtitutionibus ſuis vt ſit talis Religio: Nam vt plures & diuerſi Ordines militare poſſunt ſub vna & eadem Regula, (vt patet de facto quoad Regulam D. Auguſtini quam R. P. Dominicani & plures alij profitentur) reſtat vt per Conſtitutiones ſpecificationem ſuam propriè accipiant, hoc eſt ſui ſtatus ac perfectionis gradum vltimum ſeu complementum inde aſſumant. Vnde etiam cenſent communiter Doctores, quòd Conſtitutiones cuiuſlibet Ordinis aliud non ſunt quàm extenſiones & explicationes Regulæ; ſiue etiam ordinationes ſeu directiones ad eam perfectè exequendam, quibus proinde inhæret magna authoritas quam reuereri tenentur Religioſi, atque etiam certa vis gratiæ quaſi inſtrumentalis ad ritè obſeruanda vota & exercitia Religioni eſſentialia, quibus proinde vti aptè conuenit.

4. Vt igitur iam accedamus ad propoſitæ capitis huius initio theſis probationem, partis vtriuſque veritatem, quibus conſtat, abundè ſuadere mihi videntur hæc pauca ſacri Oraculi verba ex prouerbiis Salomonis: *Cuſtodi legem atque conſilium, & erit vita animæ tuæ.* Cum enim vniuerſa quæ ordinata ſunt in Statutis noſtris aut legis aut conſilij rationem habeant, & vtriuſque obſeruantia vitam animæ, quæ primum inter vniuerſa hominis bona locum obtinet, conſtituat; patet etiam iam inde quòd omni ſtudio ac ſollicitudine ad praxim reducenda ſunt ab omnibus. Qua verò ratione legum & conſiliorum in Statutis noſtris contentorum obſeruantia vita ſint animæ, ſubſequentes rationes optime demonſtrant.

5. Prima eſt, quod Ordo vitæ Regularis per leges noſtras conſtitutus procedit à Deo, & traditus eſt nobis vt rectè & tutò ad eum perueniamus, iuxta vocationis noſtræ ſcopum, & intra profeſſionis noſtræ terminos. Id facile euincitur, ex eo quod ſicut à Sapiente optimè dictum eſt, quòd *quæ à Deo ſunt, ordinata ſunt*; ita Religioſi cœtus, quos certum eſt conſtitutos eſſe ex ſpeciali Sancti Spiritus inſtinctu, quaſi per antonomaſiam vocantur Ordines, quia de facto omnia eorum inſtituta rectè ordinata ſunt per leges, eorumque natura quaſi tota cōſiſtere videtur in ordine per eas inſtituto. Vnde ſi benè à Damaſceno Ordo vocatur *rerum omnium parens*; Id ei multò magis conuenit reſpectu Cœtuum Religioſorum, quàm quarumlibet aliarum rerum.

6. Id etiam in Ordine noſtro maximè locum habere comperitur; ex Regulæ enim noſtræ tenore duo ſunt puncta præcipua, de quorum obſeruantia ita ſolliciti eſſe debemus, vt Dominicis diebus & aliis frequenter de iis tractemus, ac iis diligenter proſpiciamus. *De cuſtodia Ordinis*, habet Regula, *& animarum ſalute tractetis*: nempè quia duo ſunt objecta quæ continuò verſari debent ante oculos mentis noſtræ; quæ ſe inuicem reſpiciunt quaſi duæ cauſæ mutuò à ſe inuicem dependentes & tam ſtricto nexu coniunctæ, vt neque animæ ſalus conſequi poſſit à Religioſo Carmelita, quin inſtituti ſui Ordinem ſeruet; nec Ordo conſtitutus ritè ſeruari poſſit, quin inde ſperanda ſit & conſequenda ſalus æterna.

7. Sed quod magis eſt, ſicut benè & ſapienter quidam ex antiquis dixerunt Ordinem eſſe rerum omnium animam quo ſtante ac perſeuerante cuncta ſubſiſtere & vigere cernimus; ita cum leges & conſilia optimum vitæ ordinem conſtituant in ſtatu Monaſtico; inde ſequitur & facilè concipitur qua ratione optimè dictum ſit à Sapiente *Cuſtodi legem atque conſilium, & erit vita*

animæ tuæ. Vnde etiam ſicut, vt optimè docet Ariſtoteles: *Cum ordinatè laboramus, bibimus, & comedimus, naturam vires & vitam conſeruamus*, & è contra, *cum inordinatè quidpiam agimus, naturam deprauamus, atque de ſtatu valetudinis dimouemus*: nam inde conſequuntur morbi qui nihil ſunt aliud quàm naturalis ordinis corporis motiones ſeu inuerſiones; ita in Cœtibus Religioſis ſanitas moralis & vita ſpiritualis qua ſubſiſtunt, ſic pendet ab obſeruantia Ordinis per leges conſtituti, vt eo deſtructo vel minùs benè obſeruato, diſciplinam Regularem aut penitus deſtrui, aut infirmari neceſſe ſit.

8. Inde eſt etiam vt ſicut D. Paulus Apoſtolus ſcribens ad Theſſalonicenſes ipſis denuntiabat in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti, vt ſubtraherent ſe ab omni fratre ambulante *inordinatè*, & non ſecundum traditionem quam acceperant à ſe; nempe quia non adhærendo documentis & præceptis quæ ipſis tradiderat, vnde vitæ & morum ſuorum bonus ordo & directio dependebat, malo exemplo alios inficeret atque in viam perditionis eos traheret; ita cenſendum eſt de Religioſo qui cum debeat viuere *ordinatè*, id eſt firmiter adhærere conſtituto ſibi per leges ſuas Ordini, leges & ſtatuta ſua non obſeruat, ſicque verſatur in maximo ſalutis ſuæ periculo. Vnde etiam nobis cæteriſque Cœnobitis optimè conuenit, atque diligenter auſcultanda eſt hęc D. Bernardi exhortatio. *Rogo vos Fratres, & multùm obſecro, ſic agite, & ſic ſtate in Domino dilectiſſimi, ſolliciti ſemper circa cuſtodiam Ordinis, vt Ordo cuſtodiat vos.*

9. Secunda ratio quæ oſtendit quomodo vita animæ ſit in cuſtodia legum & conſiliorum quæ tradita ſunt in Conſtitutionibus noſtris, conſiſtit in eo quod Conſtitutionum noſtrarum leges ſeu ordinationes ſunt expreſſiones & declarationes diuinæ voluntatis circa ea quæ facienda ſunt ad aſſequendum finem vocationis

tionis noſtræ. Id patet euidenter, ex eo quod primum & præcipuum vitæ ſpiritualis præceptum, immò & principium, à quo ſalus æterna cuiuſlibet perſonæ dependet, eſt perfecta adhæſio & conformitas cum diuina voluntate ſibi manifeſtata: vnde conſequenter docent vitæ ſpiritualis Directores, vnicuique in primis ſtudendum eſſe, vt dignoſcat quænam ſit Dei erga ſe voluntas, & frequenter in orationibus ſuis dicat cum Rege Dauide: *Doce me facere voluntatem tuam, quia Deus meus es tu.*

10. Iam conſiderandum eſt quod quilibet Religioſus nullam habere poteſt maiorẽ notitiam ſeu declarationem diuinæ erga ſe voluntatis, quam per inſtitutionem legum & ordinationum quæ ſibi præſcriptæ ſunt ad vitam ſuam in profeſſione ſua perfectè traducendam: vnde conſequenter conſiderando ſtatuta ſibi tradita ad eum finem, idem ſentire debet ac dicere cum Propheta Regio: *In capite libri ſcriptum eſt de me, vt facerem Deus voluntatem tuam*; hoc eſt ſtatutorum meorum volumen conſidero tanquam librum in quo Spiritus Sancti calamo ſcriptæ ſunt leges, atque adeo mihi traditæ ad eius exequendam voluntatem: proptereaque vt nihil mihi feliciùs contingere poteſt, quàm vt voluntati diuinæ obtemperem, primam & vniuerſalem legem mihi hoc in volumine conſtitutam eſſe intelligo, vt in iis omnibus voluntatem diuinam perfectè adimpleam. Vnde & profitetur cum eodem Pſalmiſta Regio *Deus meus volui, & legem tuam in medio cordis mei*, hoc eſt, voluntas mea pariter erit in lege Domini, ſicut lex Domini ſemper erit non in corde meo tantùm, ſed in medio cordis mei, quaſi in intimo ſita, vt nihil magis cordi ſit, quàm eam perfectè adimplere.

11. Cogitet igitur vnuſquiſque quodquot ſunt Articuli ſeu ordinationes in ſtatutis noſtris, tot ſunt expreſſiones diuinæ voluntatis, tot voces quibus à Deo

vocatur ad faciendum id quod quod in eis continetur. Vbi vel campanæ ſono, vel alio quouis ſigno quis vocatur ad aliquid faciendum; ad exemplum trium Regum ſeu Magorum qui ſtellâ duce venerunt in Bethleem ad adorandum Chriſtum natum in ſtabulo, dicat magna cum fide *hoc ſignum magni Regis eſt, eamus & inquiramus eum*. Et verò hæc fuit ab initio inter Cœnobitas, vigetque inter probos Religioſos ſancta meditatio & praxis: ita vt tantum abeſt quod obedire renuant, aut differant exequi id ad quod vocantur; priuata etiam ſtudia & occupationes licet ſibi valdè charas & iucundas nonnunquam tam promptè deſerunt, vt opera imperfecta relinquant, immò & ſcripturæ ſyllabas & litteras non perficiant: rati illuc ſtatim conuolandum eſſe omnibus poſthabitis, in quibus diuina voluntas magis elucet, vt ſunt ea quæ vitæ Regularis Ordinem ſpectant.

12. Tertia ratio eiuſdem Aſſertionis petitur, ex eo quod leges ſeu ſtatuta noſtra ſunt media quibus Deus alligauit prædeſtinationis noſtræ curſum & conſummationem. Cum enim ex Sancto Auguſtino *prædeſtinatio ſit ordinatio & præparatio mediorum quibus certiſſimè liberantur, quicumque liberantur*; eaque media reſpectu Religioſorum conſiſtant in exercitiis per leges præſcriptis, ad quarum obſeruantiam adſtringuntur; inde ſequitur euidenter quod earum obſeruatio neceſſaria eſt ipſis ad ſalutem conſequendam: non quidem primariò & abſolutè; ſed ſecundariò & conſequenter ad ſtatum Religionis in quo verſantur.

13. Ad maiorem veritatis iſtius elucidationem, tria ſunt diligenter obſeruanda. Primum, quod licet inter diuerſas leges & exercitia quæ ſingulis in Ordinibus Religioſis inſtituta ſunt, alia ſint magis grauia & neceſſaria, alia leuiora & non omninò neceſſaria ad conſequendum finem inſtituti ſui; omnia tamen habent

ſimul inter ſe certam connexionem & dependentiam: ita vt vel vno etiam ex minimis deficiente, ordinem & œconomiam ex omnibus conflatam, neceſſe ſit ſi non deſtrui omninò, ſaltem diſrumpi: non ſecus ac accidit in catena diuerſis ex annulis maioribus & minoribus inter ſe connexis compoſita, quorum vel vno deficiente catena rumpitur, & manet inutilis.

14. Secundum eſt, quod ex communi Theologorum opinione, de largitione & diſtributione auxiliorum gratiæ quæ neceſſaria ſunt ad benè operandum, Deus determinauit & alligauit certos gradus gratiæ ſingulis bonis operibus, & quidem dandos in certis temporum momentis & rerum circunſtantiis, perſonis quibus ſunt deſtinatæ: ita vt iiſdem rerum circunſtantiis deficientibus, gratiæ illæ non concedantur. Addo inſuper quod in ſapientiſſimo æquè ac æquiſſimo Prouidentiæ diuinæ conſilio determinatus eſt certus numerus gratiarum, quæ dari debent ſingulis hominibus, iuxta diſpoſitionem ſeu cooperationem quam ex parte ſua adhibere debent, vt ſuum ſortiantur effectum, quo etiam numero gratiarum expleto, & pariter menſura peccatorum completa; Diuinæ Iuſtitiæ vltio accedit quæ gratias ſaltem efficaces iuſtè denegat, & arbitrio ſuo relinquit delinquentes: vnde in peccata prolabuntur quæ reprobationis cauſam ſubminiſtrant.

15. Tertium eſt, quod ex communi item Theologorum opinione reprobatio nonnunquam oritur ex ſatis paruo initio, putà peccato vnico mortali, vel etiam veniali, vt conſtat ex Scriptura ſacra de reprobatione Regis Saül. Id verò maximè locum habet in culpa admiſſa circa materiam ordinatam ad aliquem bonum finem, propter quem aſſequendum plura ſunt ordinata media à ſe inuicem dependentia, & quando interuenit aliquis prauus actus propter quem gratiæ diuinæ auxilium neceſſarium ad agendum ſubſtrahitur.

Digitized by Google

16. Ex his tribus capitibus iam facile eſt colligere quo alio ſenſu veriſſima ſit iſta Sapientis propoſitio, *Cuſtodi legem atque conſilium, & erit vita animæ tuæ.* Et per conſequens quod praxis & obſeruantia ſingulorum articulorum qui in Conſtitutionibus noſtris ſunt præſcripti, eſt valdè neceſſaria ad comparandam ſalutem æternam: ſicut è contrario, eorum tranſgreſſio eſt valdè pernicioſa & diſponit ad perditionem: vnde ſibi timere debent qui parum curant obſeruare Conſtitutionum ſuarum leges, ſed frequenter & in pluribus eas tranſgrediuntur: vt enim ea de cauſa multis gratiis priuantur & ſua accumulant demerita; timendum eſt valdè ne tandem menſuram impleant, & abeant in viam perditionis modo quem expoſui.

17. Statuant igitur vniuerſi tam exactè obſeruare ſuarum Conſtitutionū leges etiam minimas, vt quemadmodum de veteris legis obſeruantia dixit Chriſtus quod *iota vnum, aut vnus apex non præteribit à lege donec omnia fiant*; ita ſentiendo de lege Monaſtica, nihil de ea omittatur. Et ſicut neceſſe fuit legem veterem integrè & perfectè adimplere, quia omnibus & ſingulis eius partibus Deus alligauerat certa myſteria pro executione ſuorum decretorum neceſſaria; ita Spiritus Sanctus author primarius Conſtitutionum Monaſticarum, certo ordine diſpoſuit quæcunque ſpectant œconomiam Cœnobiticam pro ſalute animarum, & præſcripſit in ſingulis Articulis quæcumque neceſſaria ſunt ad eius conſeruationem. Vnde qui ab eiuſmodi Sapientiæ & Bonitatis Diuinæ ordine recedunt, dum leges non ſeruant; priuant ſe gratiæ auxiliis illi alligatis, de malo in malum deuoluuntur, & tranſeunt ad ordinem Iuſtitiæ Diuinæ cuius vindictam ſentiunt etiam ex hoc mundo, & vtinā non perſeueret in altero.

18. Quarta ratio eiuſdem Aſſertionis eſt, quòd obſeruantia legum & conſtitutionum noſtrarum eſt ve-

Digitized by Google

rum, præcipuum, & forſan vnicum negotium quod nobis incumbit ex eſſentia & exigentia noſtri inſtituti. Sapienter equidem dictum eſt ab Eccleſiaſt eo quod *omni negotio tempus eſt & opportunitas.* Et addo ex meo ſenſu, quod inter multa bona quæ reperiuntur in Cœtibus Religioſis, non minimum illud eſt, quod cuilibet diei & cuiuſlibet eius parti ſuum reſpondet negotium ſeu exercitium tunc perficiendum; itavt, ſicut ordinatione Diuina dies naturalis perſeuerat, vt dicit Pſalmiſta Regius; *Dies diei eructat verbum, & nox nocti indicat ſcientiam*; ita cum in Cœtibus Monaſticis ex ſpeciali Sancti Spiritus illuſtratione Religioſa inſtituta ſint exercitia, & ſuo ordine ita diſpoſita, vt nullam diei partem vacuam relinquant ab aliquo bono opere; ſucceſſibus etiam continuis diē replent, itavt præteritū exercitium vocet conſequens. Vnde etiam per hanc ordinationem & ſucceſſionem Religioſum inſtitutum perſeuerat in ſuo ſtatu, ac firmum conſiſtit.

19. Inde igitur liceat nobis ad exemplum Apoſtoli ſcribentis ad Theſſalonicenſes Fratres noſtros compellere, & his cum illo verbis admonere: *Rogamus vos Fratres vt operam detis, vt negotium veſtrum agatis.* Attendite, vt quod rectè etiam monet Sapiens, *non plures ſint actus veſtri*, & quod incumbit vobis præ omnibus & ante omnia, præſcriptis vobis pro quotidiano vitæ Regularis ordine, exercitiis vacare. Conſiderate quod ſæpe ſæpius turbamini erga plurima, cum vnum porrò ſit neceſſarium, nempe negotij veſtri cura & executio, hoc eſt vitæ Regularis ordo diurnus & nocturnus à vobis quantùm fieri poteſt, perfectè obſeruandus & adimplendus. Dicant omnes cum Pſalmiſta Regio: *Portio mea Domine, dixi cuſtodire legem tuam.*

20. Porrò, ſi qui eſſent qui non obſtantibus prææallatis rationibus leges ſibi non tantùm per Regulam, ſed & per Conſtitutiones præſcriptas parui penderent,

& de earum obſeruantia parùm curarent; hæc inſuper capita eis conſideranda propono, quæ vt certæ ſunt vtilitatis & maximi momenti, inde conuincendos puto eſſe animos ad theſis propoſitæ veritatem ſibi perſuadendam & ad eius executionem ſeriò amplectendam.

21. Primum eſt; quod inter ſublimes mentis ad Deum eleuationes, & piiſſimas cordis affectiones quas deuotiſſimus Rex Dauid in pſalmo 118. nobis propalauit, & imitandas nobis proponit Eccleſia, poſtquam multis & variis modis obſeruantiæ Diuinæ legis, & mandatorum diuinorum excellentiam, neceſſitatem & vtilitatem expoſuit, quæ ad tradita à nobis capita reducuntur, hæc præ cæteris adiunxit verba quæ maxima cõſideratione digna eſſe arbitror. *Pax multa diligentibus*, alij *obſeruantibus legem tuam, & non eſt illis ſcandalum*. Idem verò videtur mihi ſentiendum & dicendum de legibus noſtris Monaſticis. Patet enim experientia quòd qui in Cœtibus Religioſis leges ſuas pro dignitate æſtimant, diligunt, & obſeruant, multa pace fruuntur, & benè audiunt apud omnes: è contrario etiam accidit iis qui eas negligunt: & ſane poſſibile non eſt vt iſti quietam habeant conſcientiam, & pace fruantur interna cum Deo, cùm eius voces ſingulis in Articulis ſibi loquentes audiant, cùm voluntates diuinas ſibi in eis declaratas agnoſcant, nec curent eis obtemperare. Fieri non poteſt, vt dum contra ſtimulos calcitrãt, diris anxietatibus non crucientur interius: quis enim vt ait patientiſſimus Iob: *Deo reſiſtit & pacem habuit*.

22. Sed neque huiuſmodi Conſtitutionum ſuarum infractores pacem habere poſſunt cum fratribus, maxime verò cum ſuis ſuperioribus, ſi officio ſuo ritè fungantur, & creditarum ſibi inferiorum ſuorum animarum curam gerant quam debent cum enim teneantur eos ſæpe arguere, obſecrare, increpare, & nonnun-

quam pœnarum aliquarum inflictione vrgére eos ad obſeruantiam legum ſuarum; ſæpius erumpunt in querimonias, murmurationes, & oblocutiones, rixarum ſemina, perturbationis atque inquietudinis fomenta. Sed nec cum fratribus ſuis & maximè cum iis qui legum ſuarum ſtrenui ſunt obſeruatores, degere poſſunt pacificè & tranquillè; cum ſint eis ſcandalo, & regularitatis onera quæ ſunt omnibus communia, ſibi ſupportanda relinquant, dum rebus ſuis priuatis vacant, & ſępe vanis & mundanis. Cæterum qui ita ſe gerunt, attendere debent ad hanc ab Eccleſiaſte ſententiam enunciatam, *qui diſſipat ſepem, mordebit eum coluber*.

23. ſecundò, notandum eſt quod, vt habetur art. 5. cap. 18. 4. part. Conſt. quamuis noſtræ Conſtitutiones ex ſe non obligent ad culpam, exceptis articulis qui terminos præceptiuos continent ſiue expreſsè, ſiue implicitè; ſed ad pœnam vel taxatam, vel taxandam; aduertere debēt Fratres noſtri vix in praxi fieri poſſe, vt quis eas ſciens & lubens tranſgrediatur abſque peccato magis vel minùs graui pro rei natura & eius circunſtantiis: tùm propter contemptum interpretatiuum; tùm propter ſcandalum puſillorum; tùm propter diſſimilitudinem cum cæteris membris; tùm propter difficultatem honeſtatis inducendæ in actionem prohibitam; tùm propter damnum quod Religioni inde aduenit; tùm denique eo quod quæcumque in iſtis Conſtitutionibus prohibentur, ſpectant vt plurimùm votorum obſeruantiam, ſuntque media ordinata ad profeſſionis noſtræ finem aſſequendum.

24. Tertiò, vix poſſibile eſt vt qui ſolent ex ſatis longa conſuetudine, non obſeruare pleraſque ex legibus Statutorum noſtrorum, & eas maximè quæ grauiores ſunt & maioris momenti: purà, vacare orationi mentali tempore præſcripto, intereſſe officio Diuino de die & nocte, ſolitùdini & recollectioni incumbere,

abſtinere à carnibus, & ritè ieiunare diebus præſcriptis, & alia frequentare exercitia quæ ad perfectionẽ Religioſam iuxta Ordinis noſtri ſpiritũ magis conducunt; vix, inquam, poſſibile eſt vt non verſentur in habitu continuo multorum peccatorum ſaltem venialium, vnde facile incidere poſſunt in peccatum mortale, vt ſatis de ſe patet: maximè quia cùm teneantur ſi non attingere, ſaltem tendere ad perfectionem ſui ſtatus ſub peccato mortali; ab ea potiùs recedere videntur quàm accedere: quia mediis ad eum finem magis conducentibus & neceſſariis non vtuntur; immò vidẽtur ea contemnere: tùm quia qui ita ſe gerunt erga ſuas leges verſantur in peccato aſcediæ & negligentiæ, & ſunt ſaltem in ſtatu teporis adeò periculoſi & Deo odioſi, vt aliquando Angelo, hoc eſt Paſtori Laodiciæ, cæteriſque Chriſti fidelibus, hanc terribilem Spiritus Diuinus intimauerit ſententiam, *vtinam frigidus eſſes aut calidus: ſed quia tepidus es, incipiam te euomere ex ore meo.*

25. Quartò, ſicut obſeruantia diſciplinæ Religioſæ nobis à Deo per ſuperiores noſtros traditæ diuinos attrahit fauores, non tantùm ſuper perſonas particulares, quæ ei vacant vt decet, ſed ſuper Conuentus ſeu Congregationes integras: ita vt benedictionibus tam ſpiritualibus quàm temporalibus prouidentia Diuina eas abundè cumulet; ita è contrario, Religioſæ obſeruantiæ incuria & legum tranſgreſſio iram Diuinam aduerſus eas concitat, & eius vindictam prouocat: quod optimè declarat Vates Regius his ex Pſalmis illius verbis excerptis: *Si autem dereliquerint filÿ eius legem meam, & in iudiciis meis non ambulauerint: Si Iuſtitias meas profanauerint & mandata mea non cuſtodierint; viſitabo in virga iniquitates eorum, & in verberibus peccata eorum.* Et verò multa extant exempla in Sacra Scriptura, in quibus euidenter apparet quod culpæ & crimina

Digitized by Google

mina aliquarum perſonarum, ſed & vnius tantùm inter populum Iſraeliticum iram & vltionem diuinam adeò prouocarunt, vt licet plerique eiuſdem gentis flagitij illius nullo modo participes eſſent, tamen vniuerſa eorum multitudo pœnis acerbis & morte etiam aliquando plexa ſit. Vnde ita ſentiendum & timendum eſſe arbitror de Cœtibus Religioſis, nempè quod culpæ priuatarum perſonarum quæ contra leges & mandata perpetrantur, ita toti nocent Communitati, vt propterea iram & vindictam ſuam in omnes Deus exerceat.

26. Quintò, ea ſemper fuit apud Religioſorum Ordinum Authores ſeu Directores opinio & conſenſio, quòd Cœtus Cœnobitici multò maius beneficium recipiunt à Religioſis qui leges ſuas exactè obſeruant, licet ſimplices ſint, nullíſque donis particularibus præfulgeant, aut exercitiis externis vacent quæ auram popularem captent; quàm ij qui legibus ſuis derelictis diuerſis incumbunt exercitiis, etiam pro charitate proximi, & magno cum applauſu muniis ſuis defunguntur: quia cùm leges monaſticæ ſint fundamenta quibus vniuerſi Ordines Religioſi innituntur, & media quibus firmi ſubſiſtunt; certè qui eas ritè obſeruant, cenſendi ſunt Ordinem ſuum verè fulcire, & in firmitate ſua conſeruare: qui verò eas non obſeruant, vt aliis vacent exercitiis, etiam cum laude & cum aliqua Ordinis ſui commendatione; eo modo ſe gerere videntur ac ille qui quo tempore variis picturæ ornamentis domus ſuæ fornices, tabulata & parietes decorare curaret, aliunde murorum totius ædificij fundamenta concuteret & euerteret.

27. Sextò, cautè quiſque cauere debet ne in obſeruantia Legum ſuarum ſequatur exemplum eorum qui erga eas videntur parùm affecti, itavt pleraque earum puncta omittant, & pro nutu ſuo & arbitrio eas extendant vel reſecent. Sed nec turbam ſeu multitudinem,

Aaa

quæ ſæpe vt ait Seneca, eſt argumentum peſſimi, ſibi imitandam ducat, ſi à legum ſuarum obſeruantia eam recedere videat; ſed potius proborum exemplis ſe conformet, quamuis in multò minori ſint numero, qui legum ſuarum tenori firmirer adhæreant, cùm certum ſit quòd praxis quæ eis contraria eſt, merus abuſus ſit & corruptela, niſi legitimâ fulta ſit authoritate. Et ſi aliquando dubia, ſeu rationes quædam occurrant quæ ſuadere videātur quod expedit leges quaſdam vel omittere vel temperare, vel ab eis tantiſper recedere; ſibi quiſque dictum arbitrari putet quod aliàs Deus per Moyſen populo Iſraëlitico, *Non ſequeris turbam ad faciendum malum, nec in judicio plurimorum acquieſces ſententia vt à vero deuies. Conſidera te* etiam vt benè monet Caſſianus, *de paucis electum, & de paucis effectum, & ne exemplo & tepore multitudinis refrigeſcas. Sic viue vt pauci, vt cum paucis inueniri merearis.*

CAPVT XXXVIII.

Paci communi & concordiæ ſingulis in Prouinciis ſtudioſè conſulendum, vt Reformatio firma conſiſtat & perfectior euadat.

1. TAle eſt bonum Pacis, ait Auguſtinus, *vt in rebus creatis nihil gratioſius ſoleat audiri, nihil delectabilius concipi, nihil vtilius poſſideri.* Quæ ſanè pacis conditiones & vtilitates multò magis elucent in Cœtibus Religioſis, quàm in quolibet alio ſtatu. Nam, vt optimè idem S. Auguſtinus in hæc verba Pſalmiſtæ Regij, *Ecce quàm bonum & quàm iucundum habitare Fratres in*

vnum, iſta verba Pſalterij, iſte dulcis ſonus, iſta ſuauis melodia tàm in Cantico quàm in intellectu, Monaſteria peperit: ad hunc ſonum excitati ſunt Fratres, qui in vnum habitare concupierunt: iſte verſus fuit tuba quæ ſonuit per orbem terrarum, & qui diuiſi erant congregati ſunt in vnum.

2. Plures alij Eccleſiæ Patres ac Doctores Pacis & concordiæ quę inter Religioſos exiſtit varias vtilitates & delicias ex primi verſiculi iſtius verbis: *Ecce quàm bonũ & quàm iucundum habitare Fratres in vnum*, cõmuniter colligunt; ſed inter omnes rem conficere mihi videtur Hieronymus his paucis verbis: *hæc Religioſos, hæc Monachos facit: ſine hac Cœnobia ſunt tartara, habitatores ſunt Dæmones: cum hac verè Paradiſus eſt in terris, & Monachi in eis degentes ſunt Angeli.* Etenim ex Diuo etiam Baſilio; *Sicut vita communitate inter Religioſos diligenter retenta, Angelorum viuendi ritum æmulantur; nulla eſt inter Angelos lis, nulla contentio, nulla controuerſia.* Nec teſte etiã Caſſiano inueniri poteſt forma expreſſior conuerſationis Angelicæ quàm Monachorum vnitas ſocialis.

3. Porrò, ex multis vtilitatibus quæ ex pace & concordia inter eiuſdem inſtituti Fratres Religioſos reperiuntur, vnicam modo tangere ſtatui, nempè quod vitæ Regularis & Reformatæ obſeruantia inde maximè dependet; cum certum ſit tandiù Religionem Cœnobiticam florere & proficere, quandiù pax & concordia regnat in ea; ſtatim verò tabeſcere atque in ruinam vergere, quando iis deficientibus rixæ, contentiones, æmulationes ac diſcordiæ exoriuntur.

4 Hoc vt rite probetur, adducendum mihi videtur in primis quod belle ſcribit Auguſtinus de Eccleſia Catholica, nempe quod ſit myſtica Hieruſalem quæ, vt canit Pſaltes Regius; *ædificatur vt Ciuitas cuius participatio in idipſum*; Id enim de Cœnobiticis Cœtibus ac de Religione Monaſtica, quæ eſt portio Eccleſiæ vniuerſalis valdè inſignis, aſſerere fas eſt: ædificatio eius,

inquit, fortitudo, firmitas & ſplendor ex eo prouenit, quod participatio eius ſit in idipſum, itavt ſit inter eos cor vnum & anima vna. Vnde & addere poſſumus cum eodem Doctore Auguſto: *Fiat pax in virtute tua*, hoc eſt à quo principio pax emanat in Cœtibus Religioſis, ab eodem ſemper fluat & perſeueret: *Fiat pax in dilectione tua, quia virtus tua dilectio tua: & per iſtam virtutem, per iſtam dilectionem, per iſtam pacem fiet abundantia omnium bonorum ſpiritualium & temporalium in turribus tuis* hoc eſt in Cœnobiis Monaſticis quæ, teſte Bernardo, rite aſſimilantur *turri David quæ ædificata eſt cum propugnaculis: mille clypei pendent ex ea omnis armatura fortium.*

5. Eandem veritatem idem piiſſimus Bernardus magis expreſsè declarat dum Religioſis ſuis cœteriſque ſic loquitur: *nihil à foris vos conturbabit aut contriſtare poterit, ſi intus bene eſtis, & fraterna pace gaudetis.* Et alibi, *parum timet diabolus ieiunantes, vigilantes, continentes: quia tàm de iſtis quàm de illis multos traxit in laqueum ruinæ: ſed concordes & vnanimes viuentes in domo Domini, coniuncti Deo & ſibi per vinculum Charitatis, hi dolorem, hi timorem, hi liuorem Diabolo ingerunt.*

6. Aptè etiam ad eiuſdem theſis probationem coincidit Scyllurij Scytæ lepidum dictum & facinus. Is octoginta liberos maſculos habens, cùm eſſet moriturus, faſciculum iaculorum ſingulis porrexit, iuſſitque rumpere: Id cùm recuſaſſent, eo quod videretur impoſſibile, ipſe ſingula iacula exemit, atque ita facilè confregit omnia, filios admonens quod ſi concordes forent, validi, inuictique manerent: Contra, ſi diſſidiis & ſeditione diſtraherentur, imbecilles euaderent & expugnatu faciles. Certè non potuit Scytha magis ſcitè rem ob oculos ponere & concordiæ illuſtrem effectum de quo agimus demonſtrare: cum & ſapiens Spiritus Sancti afflatu idem inſinuare videatur, cum

Digitized by Google

dicit; *Frater qui adiuuatur à Fratre tanquam Ciuitas firma.* At ſi tantum robur & proſperitas prouenit ex dilectione mutua fratrum purè naturali, vt contra aduerſos caſus, velut ciuitas fortis contra tormentorum globos firma conſiſtit, & contra aduerſariorum impetus inexpugnabilis; maneant inuicti, ac ſuo in ſtatu conſtantes; certè id aptius dicendum eſt de Religioſis qui tunc Fratrum nomine eò dignius gaudent, quò dilectionis diuinæ & ſupernaturalis vinculo iuncti mutuis ſe iuuant auxiliis, vt creditam ſibi Ordinis ſui familiam ac hæreditatem defendere & conſeruare valeant, idque præſtant legum ſuarum & inſtitutorum obſeruantia inuiolabili: vnde & ipſis aptè conuenit quod Apoſtolorum princeps ſcribit in ſua ſecunda Epiſtola, *& quis eſt qui vobis noceat, ſi boni æmulatores fueritis.*

7. Iam verò ſi diſcordiæ ſeu diuiſionis damna ſpecialiter inſpiciamus, adeò multa ſunt & grauia, vt iis ingruentibus pleraſque florentiſſimas Reſpublicas & Ciuitates, Regna etiam potentiſſima in ruinam ac interitum adducta eſſe tùm ſacræ tùm prophanæ perhibeant hiſtoriæ. Quod & optimè vaticinatus eſt Ozeas Propheta dicens, *Diuiſum eſt cor eorum, nunc interibunt.* Sed & Chriſtus ipſe id nos expreſſè docuit his verbis: *Omne regnum in ſe diuiſum deſolabitur, & omnis ciuitas vel domus contra ſe non ſtabit.* Sed & D. Paulus optimus tanti Magiſtri Diſcipulus & Apoſtolus, idem ſentiens rectè monet *quòd ſi inuicem mordetis & comeditis, videte ne ab inuicem conſumamini.* Id verò locum habere in cœtibus Religioſis non niſi nimis frequenti & funeſtâ patet experientiâ.

9. Cùm igitur pacis & concordiæ officia & beneficia adeò magna ſint & neceſſaria in Familiis monaſticis; rêſtat vt Regio ſuadente Propheta *qui diligit vitam & dies videre bonos, inquirat pacem & perſequatur eam,* reſtat vt iuxta D. Pauli Apoſtoli documentum *quæ pa-*

Epheſios inſtat, *vt ſolliciti ſint ſeruare vnitatem Spiritus in vinculo pacis.*

13. Porrò, Ratio præcipua propter quam Apoſtolus tam inſtanter & frequenter hortatur, obſecrat & vrget ſuos Diſcipulos, vt præ cæteris vnitatem ſpiritus, hoc eſt eiuſdem ſenſus, opinionis & ſententiæ inter ſe habere ſatagant, inde petitur quod opinionum diuerſitas ſit cauſa primaria & principalis diſcordiarum & infinitorum propè malorum quæ inde accidunt ſiue in corpore vniuerſali Eccleſiæ, ſiue in cœtibus particularibus Eccleſiaſticis & Cœnobiticis, qui ſunt velut eius membra. Quia ſicut intellectus eſt quaſi primum mobile totius œconomiæ facultatum animæ, principalis & magis nobilis inter eius potentias quæ aliis facem præfert, eáſque conducit & dirigit ad ſuas operationes bonas vel malas; ita ſi ſemel intellectus communis Eccleſiæ ac membrorum eius non permaneat in ſua vnitate, & in veritate quæ vna eſt, non conueniat, ſed abeat in diuerſas ſenrentias quibus nimis tenaciter adhæreant perſonæ ſingulares; non niſi damna grauiſſima atque extremam perniciem ſubſequi compertum eſt. Inde enim ſchiſmata, inde hæreſes, inde bella & Eccleſiæ perſecutiones: inde Regionum deuaſtationes, inde Religionis Catholicæ & Monaſticæ peruerſiones, vt pluribus exemplis ab Eccleſiaſtica Hiſtoria adductis ſatis ſuperque conſtat.

14. Si quando tamen occurrat vt non omnes ſimul conueniant in eadem ſententia, & ij maxime qui authoritate ſunt aliis ſuperiores & nomine illuſtriores; id nulli mirum videri debet, cùm id inter Sanctos & etiam Apoſtolos aliquando accidiſſe ſacræ & Eccleſiaſticæ referant Hiſtoriæ: Sed & tunc quiſque ſtatuat Sanctorum monitis & exemplis ſe conformare. Audiãt inprimis S. Auguſtinum dum cum S. Hieronymo de re aliqua contenderet, ita ſcribentem: *Identidem rogo vt*

me fidenter corrigas vbi mihi hoc opus eſſe perſpexeris, &c. *Poteſt fieri vt tibi aliud videatur apud nos quàm veritas habet, dum tamen à te aliud non fiat quàm Charitas habet.* Ambroſius pariter tractans de eadem re ſic ſcribit, *Nulla ſit inter vos perturbatio, ſed ſermo mitis, placidus, beneuolentiæ plenus, ſine vlla contumelia. Abſit pertinax contentio: ſit diſceptatio ſine ira, ſuauitas ſine amaritudine, monitio ſine aſperitate, exhortatio ſine offenſione.*

15. Hæc attendant vniuerſi, maximè verò Superiores & ij omnes quibus aliquando incumbit vt de rebus monaſticis & ad obſeruantiam regularem ſeu Religionis regimen ſpectantibus ſententiam proferant. Nullus prudentiæ ſuæ & ſcientiæ ita innitatur, vt aliorum opiniones contemnat aut cum faſtu rejiciat; conſiderans, vt bene monet Caſſianus, quòd ſæpè accidit vt ille qui acriori ingenio, ſcientiâque majori præditus eſt, aliquid falſum mente concipiat, & ille qui tardioris eſt ingenij ac minoris ſcientiæ, altius aliquid veriuſque præſentiat. Idcircò nullus ſibi quamuis ſcientia præditus, inani tumore perſuadeat quod poſſit collatione alterius non egere; ita verò ſuas quiſque reſecet voluntates, ne ſe ſapientem & conſultum eſſe judicans, ſuis malit quàm aliorum definitionibus àdhærere.

16. Quod ſpectat vnionem voluntatum quæ fit per mutuam dilectionem; ſi, vt præmiſi, à Spiritu Sancto ſpiritus virorum Religioſorum qui ſimul habitant, poſſideri, viuificari, & regi ſe ſinant, vt decet, ſtatim accedet inter eos cordium & voluntatum nexus intimus & conſenſus: quia cùm, teſte Apoſtolo, fructus Spiritus Diuini ſit Charitas quæ diffunditur in cordibus noſtris per eundem Spiritum Sanctum; ſtatim ſubſequitur dilectio & pax inter eos, quæ etiam, vt ait Pſalmiſta *inhabitare facit vnanimes in domo.* Inde verò quæcumque neceſſaria ſunt ad fouendam pacem & perfectam concordiam inter Cœnobitas, certum eſt pro-

uenire : Nam vt optimè ſcribit Apoſtolus ad Corinthios, *Charitas patiens eſt, benigna eſt. Charitas non æmulatur, non agit perperam, non inflatur, non eſt ambitioſa, non quærit quæ ſua ſunt, non irritatur, non cogitat malum, non gaudet ſuper iniquitate, congaudet autem veritati, omnia ſuffert, omnia credit, omnia ſperat, omnia ſuſtinet.*

17. Vtrique vnioni ſpiritus & voluntatis ſuccedere debet & accedere bonorum omnium communicatio & æqualitas, inter viros Religioſos eiuſdem inſtituti, qualis (quantùm fieri poteſt) inter Perſonas Diuinas reperitur : itavt nihil quiſquam de bonis, honoribus, titulis, cæteriſque aliis ad Religionem pertinentibus, ſibi priuatim arroget aut procuret; ſed omnia ſint omnibus communia in quantùm merita & aptitudines perſonarum iuxta ſuperiorum ordinationem id exigunt. Cauendum eſt propterea ne quidquam vllus aggredi audeat contra iuſtitiam diſtributiuam quæ maximè locum habet in Cœtibus Religioſis, & ad eorum pacem & tranquillitatem eſt maximè neceſſaria : etenim, vt optimè notat Auguſtinus ad iſta verba Pſalmiſtæ, *Iuſtitia & pax oſculatæ ſunt : duæ ſunt amicæ juſtitia & pax : tu fortè vnam vis, & alteram non facis : nemo enim eſt qui non velit pacem, ſed non omnes volunt operari iuſtitiam. Attende quod duæ amicæ ſunt juſtitia & pax, ipſæ ſe oſculantur, ſi amicam pacis non amaueris, non te amabit ipſa pax, nec veniet ad te.*

18. Hæc iuſtitiæ & æqualitatis praxis in communicatione, ac participatione bonorum Religioni competentium eò magis neceſſaria eſt, quò frequenti & ferè vniuerſali experientia conſtat in vniuerſis penè Religioſis Ordinibus, quod vna ex præcipuis cauſis quæ æmulationes, contentiones, perturbationes & diuiſiones pepererunt inter antiquos Religioſos, petebatur ex diuerſa agendi ratione quæ notabatur inter

Digitized by

eos,vnde etiam maxima oriebatur diſparitas in eorum viuendi ratione : illi enim vocabantur Magiſtri ſiue Doctores, iſti Patres ſimplices. Illi prædicatores,iſti Choriſtæ : illi in valdè bene ordinatis & commodis cameris habitabant,ſupellectile optima instructis ; iſti cellulas occupare cogebantur cum modica & vili ſupellectile : illi veſtimentis & alimentis abundanter & cumulatè gaudebant, cum vix aliis ſuppeteret quod exigit neceſſitas. Illi officiis & honoribus ſemper potiebantur ; iſti iis priuati ad vilia ſæpiùs & laborioſa onera deprimebantur. Illi demum quaſi legibus ſoluti, vel ſæpiùs forâs cum ſecularibns conuerſabantur, vel domi ab oneribus vitæ Regularis ſe eximebant : iſti verò nonniſi rarò egredientes pondus diei & æſtus pro vitæ Regularis obſeruantia portabant,non ſine tædio ac vexatione, vnde ſæpe ad murmurationes querimonias & perturbationes deueniendum erat & tandem ad diuiſiones.

19. Vt igitur tantæ diſcordiæ ac perturbationis cauſa iſta reſcinderetur, prouiſum eſt ſapienter à noſtris Authoribus & ordinatum vt deinceps obſeruetur inter omnes, & in omnibus,quantùm recta ratio patitur, vniformitas & æqualitas. Primò quidem ablata Magiſtri appellatione omnes vocantur Fratres, adiecto, vt iam fieri ſolet vniuerſaliter,Patris vocabulo iis qui ſunt Sacerdotes, nulliſque funguntur officiis pro Religionis regimine, inſtitutis & particulari titulo inſignitis: vſus enim inualuit vt tunc officiorum ſuorum appellatione vocitentur, quandiù iis potiuntur, putà Prouincialis, Prior, Supprior, Sacriſta, Procurator. Inſtituta eſt etiam æqualitas inter omnes in cameris, cibariis & veſtibus : ita tamen vt iuxta Regulæ noſtræ præceptum inſpectis ætatibus & infirmitatibus ſingulorum, quæ neceſſaria ſunt ipſis miniſtrentur. Exercitia etiam omnia quæ vitæ communis & obſeruantiæ regularis

Ordo ſibi vendicat, vt adeſſe Choro, & Refectorio, atque adeò viliores & magis abiectæ functiones, vt domum verrere, vaſa culinæ mundare, menſæ miniſtrare, legere in refectorio, & ſimilia, nulla cuiuſcumque perſonæ habita ratione viciſſim pari ratione exequenda per tabulam hebdomadalem iniunguntur.

20. Peculiaris tamen habenda eſt ratio capacitatis & aptitudinis ſingulorum, vt ad prædicta munia conuenienter adhibeantur: atque in hoc ſuperioris diſpoſitioni quiſque libenter ſe ſubiicit, à quo etiam prudenter & attentè ſingula perpenduntur. Quod ſi fortè quidam ab his muneribus eximuntur à ſuperioribus, id aut fit ratione ætatis aut infirmitatis, aut alicuius euidentis & probatæ cauſæ. Si verò ſtudendi cauſa, aut docendi, aut concionandi, aut alicuius operis componendi, aut alicui exercitio vacandi pro ſalute proximi quidquam alicui indulgeant, & ab aliquo vitæ communis exercitio eum diſpenſent; cum functiones iſtæ ad publicam potius vtilitatem, quàm ad priuatum ſingulorum commodum & oblectationem attineant, non tam habendæ ſunt pro diſpenſatione, quàm pro compenſatione & iuſta diſpoſitione ſpectante bonum commune Religionis: tuncque attentè proſpicere debent ſuperiores, vt nullus tali indulgentia abutatur, ſiue tempus inutiliter terendo, ſiue rebus aliis contra ſuperiorum intentionem incumbendo, ſiue à cæteris vitæ regularis actibus & exercitiis quibus vacare tenetur, ſe diſpenſando.

21. Nullus inde datur locus inuidiæ, murmurationi, querimoniæ & contentioni: ſed omnes æquo tranquilloque animo ſuperiorum diſpoſitioni adhærentes, quæ ſibi competunt munia fideliter exequi ſatagunt: memores huius ab Apoſtolo nobis ſicut & Romanis quondam dati documenti: *Sicut in vno corpore multa membra habemus; omnia autem membra non eundem actum*

Digitized by Google

habent; ita multi vnum corpus ſumus in Chriſto, ſinguli autem alter alterius membra. Quibus addenda ſunt & pariter hac in re conſideranda quæ idem Apoſtolus ſcribit ad Corinthios : *Nunc autem poſuit Deus membra vnum quodque eorum in corpore ſicut voluit. Quod ſi eſſent omnia vnum membrum, vbi corpus? nunc autem multi quidem membra, vnum autem corpus. Non poteſt autem oculus dicere manui, opera tua non indigeo, aut iterum caput pedibus, non eſtis mihi neceſſarij, ſed multò magis quæ videntur membra corporis infirmiora eſſe, neceſſariora ſunt.* His igitur & ſimilibus conſiderationibus, motus omnes animi qui ex diuerſa & inæquali ſorte ſeu ſtatu & occupatione inter Fratres vnius Cœnobij ſiue inſtituti exurgunt, compeſcere ſtudent, atque pacem & concordiam inter ſe fouere.

22. Curamus inſuper vt in conuerſatione communi, familiarique colloquio maximus inter nos honoris & reuerentiæ cultus intercedat, obſeruando attentè vrbanitatis mores ac regulas, in quantùm profeſſionis noſtræ conditioni competunt, quas in libro particulari iamiam tradituri ſumus, cauendo ne ab iſtis per nimiam familiaritatem deflectamus : itavt quod quondam requirebat Apoſtolus à Romanis, apud nos exiſtat, nempe vt *Charitate Fraternitatis inuicem diligamus, honore inuicem nos præueniamus, & ſupportemus inuicem in Charitate.* Si quis verò vel nimia linguæ volubilitate, vel vehementiori naturæ ſibi quaſi innato impetu, ſiue quadam animi malitia, odio, & inuidia, Confratrum ſuorum defectus maledico dente carpere conſueuerit, eorum facta curioſius diſcutere, & irridere, vel etiam defectus publicare; communem Fratrum ſuorum deſpectum & odium iuſtè incurrit, cum Sapiente teſte, incidat in crimen quod maximè Deus odio habet, ſitque de eorum numero qnos *deteſtatur anima illius, nempè eum qui ſeminat inter Fratres diſcordias.* Propte-

reaque ſeueriſſimè puniri debet à Superioribus, cæterique omnes qui his & aliis modis pacem communem Fratrum deſtruunt aut perturbant.

23. Si his non obſtantibus aliqua accidant iurgia magis grauia, ſiue inter inferiores erga ſe inuicem, ſiue inter inferiores & ſuperiores, ea ſtatim ſopire curandum eſt viis & mediis tam à Charitate Chriſtiana cuique præſcriptis, quàm in Conſtitutionibus noſtris ordinatis: dandaque præſertim opera vt ad lites & proceſſus nunquam deueniatur; maximè verò contra Superiores, ſiue per oppoſitiones, ſiue per prouocationes, ſiue per appellationes: hæc enim magnæ temeritatis, inſolentiæ & proteruiæ ſigna ſunt: niſi fortè grauis oppreſſio, damnum, iniuria, vel pœna grauior ſubditis inferretur à Superioribus, aut ageretur de bono communi, & manutentione diſciplinæ regularis: quibus tamen in circunſtantiis magna præcautione, prudentia, patientia, & moderatione vtendum eſt; nec prius ad eiuſmodi proceſſum deueniendum, quàm omnes viæ & media pacis & cōcordiæ fuerint tentata.

24. Nihil in eiuſmodi diſcordiarum initiis negligendum eſt aut contemnendum, ſed iis ſtatim obuiam eundum: vt enim paruus ignis magnam ſiluam incendit; ita iurgij & diſcordiæ ſcintilla etiam minima Conuentus, immò & integros Cœtus Cœnobiticos inflammare atque deſtruere valet: maximè verò quando agitur de re aut iure aliquo communi, & ad plures perſonas attinente: quia tunc ſtatim conueniunt in vnum, atque ex mutuis conſiliis & operibus ad ſua iura proſequenda fortiùs excitantur.

25. Cauendum eſt præcipuè ne ſub eiuſmodi prætextu & alio quolibet fiant colligationes & partialitates, ad quas facilè inducuntur Religioſi priuati, quando ij qui ſunt in officiis prælaturæ, vel qui aliunde ad ea conſcendere proximè diſpoſiti ſunt & apti, eiuſmo-

di partialitatum & colligationum authores ſe exhibent ſeu fautores : tunc enim cæteri ſiue probi, ſiue diſcoli & facinoroſi facilè illis adhærent : illi quidem ſub ſpecie boni quod à parte ſuorum extare fortè nimis leuiter credunt : ſub ſpecie etiam alicuius inde priuati commodi & honoris conſequendi in rebus quæ magis appetunt. Diſcoli etiam aliis ſe facilè aggregant, quia dùm ſua opera & conſortio illos egere aduertunt, omnem impunitatem & vitæ licentiam ſibi concedendam eſſe confidunt. Vtrique verò ſe tutos eſſe arbitrantur ab vtraque parte, ſi quando aliqui in ſe animaduertere tentarent: quia ſtatim obiicerent quod ex odio & vindicta contra ſe procederent : ſicque Prouincia reducitur quaſi ad anarchiam, & effrænatam vitæ licentiam, atque ad prauos mores, vnde grauia crimina, ſcandala, & demum obſeruantiæ Religioſæ ruina conſequitur, vt ſatis nimiſque certum eſt & patuit experientia in pluribus Ordinibus & Congregationibus valdè illuſtribus.

26. Si quæ tandem ſeſe offerat occaſio quæ inducat neceſſitatem diſceptandi de re aliqua, de qua aliter & aliter plures ſentiant, & ad aliquid prætendant, vnde pax communis & tranquilitas publica deſtrui poſſet aut multum turbari; R.P. Prouincialis & Definitores dare debent operam & ſtatim curam omnē atque induſtriam adhibere ad ſedandas eiuſmodi altercationes & contentiones, adhibitis etiam ſeniorum & magis peritorum in regimine conſilio & opera : & ſi qui ſint qui aliorum opinionibus ac mediis ad conciliandos animos propoſitis, & à pluralibus probatis acquieſcere renuant præ nimia tenacitate licet forſan bona intentione & ſatis iuſta ratione ſibi videantur procedere; audiant D. Gregorium in Paſtorali ſuo ſic loquentē: *diſcordes adducendi ſunt, vt certiſſimè ſciant quia quantiſlibet virtutibus polleant, ſpirituales nullatenus fieri poſſunt ſi vniri per concordiam*

proximis negligant. Scriptum eſt enim, fructus Spiritus eſt charitas, gaudium, pax. Qui ergo ſeruare pacem non curat; ferre fructum ſpiritus recuſat. Hinc Paulus ait, cùm ſit inter vos zelus & contentio, nonne carnales eſtis?

27. Si tandem deueniendum ſit ad lites, quas toto animo deteſtamur,& tanquam à facie colubri nobis fugiendas eſſe cenſemus, proceſſuſque iuridice ſint inſtruendi;Id fiat de plano, ſine ſtrepitu,iuxta leges Monaſticas intra clauſtra coram Iudicibus Ordinis noſtri; qui etiam cum tanta prudentia, æquitate & induſtria gerere ſe debent, vt neque locum, neque prætextum habeant litigantes recurrendi ad forum externum,ſiue coram Iudicibus Eccleſiaſticis,ſiue Secularibus, & negotia Religionis ibi tractandi. Audiant quid circa hanc rem ſcribit Apoſtolus, & quidem ad Corinthios, quando ad fidem Chriſtianam fuerant conuerſi, quod multò magis competit Cœnobitis ad Religionem monaſticam vocatis: *Iam quidem omninò delictum eſt in vobis quòd judicia habetis inter vos. Quare non magis iniuriam accipitis, quare non magis fraudem patimini? ſed & vos iniuriam facitis & fraudatis, & hoc Fratribus! audet aliquis veſtrûm habens negotium aduerſus alterum judicari, apud alios, & non apud Fratres?* Attendant præterea qui ita ſe gerunt tum ad damna & ſcandala quæ inde Religioni obueniunt, tum ad cenſuras & pœnas hanc ob rem in Conſtitutionibus appoſitas, diſcentes ab Apoſtolo, quoniam judicium Dei eſt ſecundùm veritatem in eos qui talia agunt; nec illud poſſunt effugere.

28. Statuant igitur vniuerſi litis ſeu proceſſus, ſiue intra, ſiue extra Religionem, artem fugere, velut diſciplinæ & obſeruantiæ monaſticæ peſtem pernicioſiſſimam, dœmonum ludum & inuentum, diſcolorum refugium, impunitatis aſilum, inſolentiæ ac impudentiæ ſociam indiuiduam, rebellionis inſtrumentum,

criminum

criminum fomentum & incrementum, ſcandalorum originem, concordiæ & reconciliationis impedimentum, & tandem deſolationis ac ruinæ totius diſciplinæ Monaſticæ cauſam certiſſimam. Proficiant exemplo diuerſorum Ordinum & Congregationum optimè reformatarum, quæ eiuſmodi damna ſatis ſuperque ſunt expertæ, denique operam vt litigij ac proceſſus ars ſeu praxis procul exulet à ſuis Conuentibus: ſeuerè animaduertant in eos qui adeò facilè & temerè viis & mediis licet aliunde licitis in caſu graui, abutuntur: teneantque omnes pro certo quod vbi & quandiù vigebit ſpiritus ille diabolicus litigij & proceſſus, nunquam ſtabit obſeruantia Regularis nec etiam Religio vigebit.

29. Demùm vt pacem diſcordiæ inimicam & è diametro aduerſam quiſque amplius colere, quærere, perſequi, poſſidere & conſeruare valeat; hæc ex Auguſtino muthata verba quaſi pro coronide viſum eſt addere. *Hæc eſt quæ ſimultates tollit, diſcordes ſedat, inimicos concordat, cunctis eſt placida, neſcit extolli, neſcit inflari. Hanc qui acceperit, teneat; qui perdiderit, repetat; qui amiſerit, exquirat: Quoniam qui in eadem non erit inuentus, à Patre abdicatur, à Filio exhæredatur, à Spiritu Sancto alienus efficitur: nec ad hæreditatem Domini poterit venire, qui teſtimonium pacis noluerit obſeruare.* Addo & hæc pauca ad rem item noſtram valdè apta Bernardi verba. *Iungant ſe animis qui iuncti ſunt inſtitutis: inuicem ſe foueant, inuicem ſe defendant, inuicem ſua onera portent: ait enim ſapiens, Frater adiuuans Fratrem ambo confouebuntur; quod ſi alterutrum ſe corroſerint, (quod abſit) & momorderint, nonne ſimul ambo deſolabuntur.*

CAPVT XXXIX.

Eò cautiùs fouendæ Reformationi ſemel inſtitutæ incumbendum, quò vix poßibile eſt, eam ſi collapſa fuerit, reſtaurare.

1. QVò difficilius eſt ab inueterato deprauationis Monaſticæ ſtatu, ad meliorem vitæ rationem Cœnobitas transferre, eò faciliori negotio rurſus in deformationem Cœtus Religioſos redire certum eſt: & ſi rurſus contingat vt inſtituta Reformatio peruerti incipiat, & in ſuam perniciem vergere; in peius ſemper delapſuram eſſe certum eſt, vixque fieri poteſt vt reſtauretur: quod & in re ſimili ſatis innuere videtur Poëta Laureatus, dum canit:

——— facilis deſcenſus auerni:
Sed reuocare gradum, ſuperaſque euadere ad oras,
Hoc opus eſt, hic labor eſt, —— ———

2. Primæ partis Aſſertionis iſtius ratio repetenda eſt ex iis quæ diximus ſub initium huius operis. Secundæ partis probatio petitur primò ex rei iſtius, id eſt Reformationis natura, quæ cùm ſita ſit maximè in refrenatione ſenſuum, in carnis maceratione, in maxima animi demiſſione, ad quæ omnia vim magnam quiſque contra ſe adhibere debet; ſtatus ille eò minus perſeuerare poteſt, quo nec diù natura humana de ſe infirma, inconſtans, & nimium ſui amans tantam violentiam ſibi ipſi inferre valet, ſemperque ad ſuauiora la-

Digitized by Google

xioraque inclinat. Altera ratio huius veritatis eruitur ex illo ſat communi axiomate quòd *ſicut corruptio optimi peſſima eſt*; ita & facillima : idque prouenit ex eo quod ſicut etiam alio fertur axiomate, *bonum ex integra cauſâ, malũ ex quolibet defectu oritur*; Ita poſſibile non eſt vt Reformatio in ſuo ſtatu bonitatis ac perfectionis perſeueret, ſi aliquid de eius integritate auferatur, quia ampliori ruinæ dat locum, & ſic ſemper in peius prolabitur. Tuncque nec vix poſſibile eſt collapsã Reformationem reſtaurare, quæ eſt tertia pars theſis poſitæ, & quidem maximi momenti, cuius etiam veritatem tribus grauiſſimis rationibus probandam aſſumo, quarum primam repeto ex rei ipſius natura, ſecundam ex arte & malitia Diaboli, tertiam ex parte Dei vindicis.

3. Cauſam igitur primam & præcipuam impoſſibilitatis aut ſaltem maximæ difficultatis, quæ reperitur in reſtauranda reformatione Congregationis alicuius ab inſtituto ſuo collabentis, repetendam eſſe arbitror ex parte Alumnorum eius ad hoc non inclinantium & aliunde ad id male diſpoſitorum. Pro quo aduertendum eſt quod, vt operis iſtius initio monui, conſtatque experientia; antiquorum Ordinum reformationes factæ non ſunt niſi poſtquam tẽporis diuturnitate in miſerabilem ſtatum deuenerũt, tam quoad res tẽporales, quàm quod ſpectat vitæ regularis obſeruantiam: tuncque venerunt in contemptum ſecularium, eoque maiorẽ, quò videbant plebem multùm applaudere Reformatis, eos bonis abundare eorumque Conuentus optimo in ſtatu conſiſtere. Deinde quando magnam inde infamiam, damnaque multa & incommoda ſibi obuenire ſenſerunt, cupientes ſe iis liberare, tandem conſenſerunt vt Conuentus quos occupabant reformarẽtur, licet plerique eorum in moribus ſuis nimium inueterati reformari renuerint. Vt igitur medio illo licet tantùm hu-

mano & ſatis impuro, prouidentia diuina communiter vtitur ad reſtaurandam diſciplinam regularem in Monaſteriis deformatis; id etiam repertum eſt in noſtro Ordine & in omnibus Prouinciis, ſicut in omnibus ferè Conuentibus noſtris iam reformatis locum habuiſſe conſtat.

4. At res non ita ſe habet inter eos de quibus modo nobis eſt ſermo: cùm enim nondum vniuerſas Reformationis leges abiecerint, nec omnia exercitia ipſi propria deſeruerint; cumque adhuc aliquos ſaltem exteriores & magis apparentes eius characteres retineant, nec tam malè audiant apud exteros vt ſe irreformatos credant; ita ad maiorem reformationem non aſpirant, arbitrantes eam ſufficere quam obſeruant. Sed nunquid viuere tenentur iuxta Conſtitutiones ſtrictioris Obſeruantiæ, vt ſatis præmonet earum Titulus, & non laxioris? Nunquid omnes & ſinguli qui vota nuncupant apud nos, promittunt ſolemniter, & in charta profeſſionis ſuę ſcripto & chyrographo proprio ſe obligant ad ſeruandas exactè Conſtitutiones ſtrictioris Obſeruantiæ nobis traditas? qua igitur ratione, qua conſcientia, quo prætextu legitimo audent iam ab earum integra & perfecta praxi ita recedere, vt vix mediam vel tertiam partem earum obſeruent? vnde etiam falsò & temerè Reformatorum nomine gloriantur, quandoquidem enim, vt communi fertur axiomate *à maiori parte facienda eſt denominatio*; Irreformatorum potiùs nomine gaudere debent, quàm Reformatorum; cùm appareat quòd eorum vita non concordat cum nomine Reformatorum, ſed potiùs cum Irreformatorum viuendi ratione conuenit.

5. Secunda ratio vnde petitur difficultas & moralis quædam impoſſibilitas reſtaurandi diſciplinam regularem inter eos & ab eis qui poſtquàm reformatè viuere cœperunt, paulatim à priſtino feruore deficiunt, & & ad vitæ laxioris ſtatum tranſeunt, petitur ex prauis

habitibus quos contrahunt in rebus illicitis. Cùm enim eiuſmodi habitus ſenſibus plurimùm indulgeant, atque ad vitæ ſuauioris laxioriſque ſtatum viam aperiant; quaſi in propriam naturam conuertuntur, nec niſi gratiæ cuiuſdam potentioris auxilio (quod rarum eſt & quaſi miraculi cuiuſdam loco habendum) eos deponere valent qui iis ſunt induti ſeu imbuti. Inde etiam ſuccedit in eorum animis alienatio, odium ſeu auerſio, quam habent ab exercitiis pietatis, auſteritatis & mortificationis, atque etiam à perſonis quas ad eas agnoſcunt eſſe propenſas & zelo ardere vt ab omnibus conſtitutionum noſtrarum leges exactè obſeruentur. Sicque cùm nedùm ſint bene diſpoſiti, ſed & animis & moribus oppoſiti vitæ regulari & perfectioni Religioſæ; inde etiam fit vt nullam adhibeant operam ſiue ad ſuſtinendam ſiue ad reſtaurandam vitæ regularis obſeruantiam perfectam.

6. Cauſa tertia eiuſdem damni Reformationibus valde infeſti, petitur ex eo quòd ſicut Religioſi imperfecti & minus bene affecti erga tàm ſuam perfectionem acquirendam, quàm ad promouendum bonum commune Religionis & Reformationis, ſunt ſemper in maiori numero, quàm oppoſiti; alios ſæpius ſecum trahunt, & quaſi torrens abripiunt etiam nolentes ad plures actiones lege prohibitas, quibus non poſſunt reſiſtere. Si quando etiam deliberandum ſit in Cœtibus Communitatũ de aliqua legis infractione, & de remedio ei afferendo; ſicut numero, ita votis præualent remiſſi illi & de diſciplina regulari parum ſolliciti, & impediunt quominùs defectibus & relaxationibus remedium afferatur. Sed & ſæpè acriter inuehuntur in eos quos ad id propenſos eſſe agnoſcunt, eos derident quaſi aliorum reformatores, iniuriis etiam eos nonnunquam afficere non verentur in cœtibus publicis: dicteriis & cauillis carpunt quæ ab eis pro-

ponuntur, erroris, ignorantiæ, aut nouitatis arguunt media quæ proferunt ad perfectiùs obſeruandas leges nobis conſtitutas, licet ſint valde legitima & juſta. Allegant conſuetudines ſeu vſus, qui non ſunt niſi veri abuſus & legum infractiones ſenſim & recenter intruſæ abſque vlla legitima authoritate, & quæ cùm non ſint de meliori bono, nec tendant ad perfectionem, nullo modo ſunt tolerandæ. Sicque contra proborum bonas intentiones, & conatus præualet ſæpius diſcolorum & indiſciplinatorum factio & actio.

7. Quarta cauſa eiuſdem difficultatis ſeu impoſſibilitatis prouenit etiam ex parte proborum, hoc eſt eorum qui cum non adhæreant diſcolis & indiſciplinatis, atque conſtitutionum noſtrarum leges vtcumque obſeruent, & ab aliis ritè obſeruari velint; tamen præ nimio ſui amore, ſeu animi puſillanimitate, & ſecreta quadam inuidia ferre non poſſunt, vt perſonæ quædam defectus communes corrigere & reformare tentent, licet viis ad id aptis vtantur. Non probant facilè media quæ proponunt ad id conducentia, immò diuerſis artibus & rationibus ea deſtruere nituntur, quanquam non dubitent de eorum bona intentione, & de rei propoſitæ vtilitate. Mundum aiunt in ſuo ſtatu relinquendum eſſe, dicuntque cum aliis apud Prophetam: *Nondum venit tempus domus Domini ædificandæ*: Præcauendas eſſe aiunt animorum commotiones & diuiſiones quæ ſæpe ex re ſimili oriuntur; expectandas eſſe alias occaſiones opportunas de iis tractandi & malis noſtris prouidendi. Sed quis non videt hoc redolere teporem quendam & puſillanimitatem ratione cuius Sapiens verè & aptè dixit in Prouerbiis: *Leo eſt foris ait piger, in medio platearum occidendus ſum.* Audiant potius eiuſdem Sapientis oraculum iſtud, *Iuſtus autem quaſi Leo confidens abſque terrore erit*: Recordentur & alterius iſtius ab eodem Sapiente traditi documenti

Qui obſeruat ventum non ſeminat, & qui conſiderat nubes, nunquam metet. Ita certè quando in Cœtibus Religioſis apparent plures & graues defectus propter quos niſi iis maturè & efficaciter remedium afferatur, certum eſt obſeruantiam regularem periclitari, & ad ſuam ruinam vergere, ſilere piaculum eſt, non clamare præuaricatio, non inſtare opportunè & importunè, & non vrgere alios ad eis prouidendum, crimen, & quidem eò grauiùs quò aliàs patet via ad totalem ruinam Religioſi illius inſtituti, nec poſſibile eſt ei alio modo obuiare.

8. Quintam poſſem addere rationem eiuſdem difficultatis ſeu impoſſibilitatis reſtaurandæ diſciplinæ regularis, quando deficere incipit ab inita ſua reformatione: ſed quia innitur iiſdem fundamentis & rationibus quibus vius ſum ſub initium huius operis, ad demonſtrandum quod non eſt poſſibile vt ab antiquis Conuentuum Inquilinis irreformatis reformentur Ordines, neceſſeque eſt vt id fiat à Nouitiis recenter receptis, & in vera Obſeruantia ab initio inſtructis; ideò abſtinens à repetitionibus quantùm poſſum, Lectorem remitto ad ea quæ hac de re ſatis fusè tractaui.

8. Aliud probationis genus eiuſdem theſis deſumo ex parte Dæmonũ, qui vt infenſiſſimi ſunt & coniurati in Religioſorum omnium perniciem inimici, odium ſuum & rabiem exercent maximè aduerſus Congregationes reformatas: tùm quia dolẽt aliquo modo ſe expelli à loco & cœtu in quo maximum habebant imperium, & ſpoliari præda qua gaudebant, dum plures excitabant ad vota violanda legeſque ſuas infringendas. Tùm quia vt præuident quanta bona ex Reformatione prouentura ſint, ſiue ad maiorem Dei gloriam, ſiue ad ſanctificationem & ſalutem animarum, ſiue ad Religionis augmentum; id mille malignis artibus quas callent egregiè, totiſque viribus impedire co-

namur: vnde & ſæpiſſimè votorum ſuorum compotes fiunt.

9. Id nos Chriſtum edocuiſſe exiſtimo in parabola illa Euangelica de ſpiritu immundo, qui *cum exierit ab homine ambulat per loca arida, quærens requiem & non inuenit. Tunc dicit reuertar in domum meam vnde exiui, & veniens inuenit eam vacantem, ſcopis mundatam & ornatam. Tunc vadit & aſſumit ſeptem alios ſpiritus nequiores ſe, & intrantes habitant ibi, & fiunt nouiſſima hominis illius peiora prioribus.* Tum ſubiungit Chriſtus, *Sic erit & generationi iſti peſſimæ.* Patres communiter exiſtimant hoc exemplum allatũ eſſe à Chriſto vt doceret Iudæos ad ſtatum pejorem deueniſſe, poſtquàm tot tantiſque beneficiis cumulati fuerant, & legem ab eius ore acceperant, quàm erant anteà. Cùm enim aliquo modo diabolus ab eis diſceſſiſſet, quando per legem edocti fuerant vni Deo viuo & vero ſeruire, & non Idolis: quando etiam præſcripta ipſis fuerant media, quibus id ritè exequerentur; quia tamen non ſicut Deum agnouerunt, ita & glorificauerunt, & nitore ſeu legis præſtantia abuſi ſunt ad jactantiam, & non ad veritatem virtutemque ſeriò amplectendam; nomen & apparentiam Religionis retinuerunt, & veritatem abjecerunt, multa admittẽtes flagitia interna, ſignis quibuſdam externis obſeruantiæ legis retentis; Ideò digni facti ſunt vt nefarius & immundus ille ſpiritus, non iam ſolus, ſed propter ingratitudinem & infidelitatem cum ſeptem aliis ſpiritibus nequioribus ſe in eos rurſus regrederetur, & fierent nouiſſima gentis illius peiora prioribus.

10. Quàm verò aptè id conueniat non tantùm genti Iudaïcæ, ſed & monaſticis Congregationibus Reformatis & iam multùm deprauatis, facile eſt concipere: vt enim non niſi ægrè inde receſſit ſpiritus malignus, quem ſuppono ex ſupra dictis, Cœtus monaſticos ſi non per poſſeſſionem ſeu inhabitationem; ſaltem per

per obſeſſionem maximè & aſſiduè infeſtare, tanto ardentiùs in eos redire deſiderat & tentat intrare. Id verò fit quando eaſdem tres reperit diſpoſitiones ſupra notatas, & his verbis deſcriptas, *& veniens inuenit domum vacantem, ſcopis mundatam & ornatam*, quas allegoricè & appoſitè ad rem noſtram ſic explico.

11. Tunc Diabolus reperit domum Religioſam vacantem, quando caret Prælatis ſollicitudine non pigris, domus ſuæ curam vigilantem gerentibus, & omnibus ad obſeruantiam regularem neceſſariis accuratè prouidentibus. Vacat etiam, quando non tantùm per ceſſationem operis, otium introducitur inter Religioſos; ſed naſcitur aſcedia quædam & negligentia erga Dei cultum, & profectum ſpiritualem cuiuſque. Scopis pariter mundatam domum reperit Cacodæmon, quando leues quidam & apparentes defectus corriguntur, ſed graues & interiores impunè tolerantur; non ſecus ac fit ab Ancilla quæ quidem mundat cubicula, telis aranearum & quiſquiliis ſcopis inde ablatis, dum ſæpe pluribus in locis latent res turpes & fœtidæ quæ tetro putore domum replent. Tunc etiam domum ornatam Diabolus inuenit, quando ſupereſt quædam apparentia pietatis, obſeruantiæ Regularis & Religionis; ſed nihil veræ & ſolidæ virtutis. Quæ grauiora ſunt legis relinquunt, & quæ leuiora ſunt ad oſtentationem obſeruant. Vnde & maledictionis iſtius à Chriſto contra Scribas & Phariſeos intentæ fiunt participes. *Væ vobis Scribæ & Phariſæi hypocritæ, quia mundatis quod deforis eſt calicis & paropſidis, intùs autem pleni eſtis immunditia. Similes eſtis ſepulchris dealbatis quæ a foris parent hominibus ſpecioſa, intus autem plena ſunt oſſibus mortuorum & omni ſpurcitia. Sic & vos aforis quidem paretis hominibus iuſti, intus autem pleni eſtis hypocriſi & iniquitate.*

12. Quis igitur facilè non credat quòd in eo rerum

tiæ aculeos quibus pungebantur, ſatis facilè inducebantur ad Reformationem: In præſenti verò de quo agimus ſtatu, etſi non adeò exacta ſit eorum qui ſe reformatè viuere profitentur, viuendi ratio; non tamen adeò peruerſa pleriſque videtur vt in conſcientia teneri ſe credant ad obſeruanda pleraque quæ continentur in ſtatutis Reformationis. Sed præterquàmquod ſatis euidenter patet ex iis quæ ſupra deduximus, quod in maximo verſantur ſalutis ſuæ periculo; ſufficit qnod hoc modo redacti ſunt ad ſtatum vitæ, qui nec reformatus nec difformatus habendus eſt, nec bonus nec malus; ſed contra quem tanquam peſſimum & ad perditionem æternam proximè diſponentem, ſic exclamat Spiritus Diuinus, *vtinam calidus eſſes aut frigidus: ſed quia tepidus es, incipiam te euomere ex ore meo.*

14. Vltimam & multo maioris ponderis cauſam impoſſibilitatis moralis, ſeu vix ſuperandæ difficultatis quæ reperitur in reſtauranda reformatione deprauata, ex parte Dei arguendam eſſe autumo, & repetendam ex his D. Pauli ad Hebræos terminis. *Impoſſibile eſt eos qui ſemel ſunt illuminati, guſtauerunt etiam donum cæleſte, & participes facti ſunt Spiritus Sancti; guſtauerunt bonum Dei verbum, virtuteſque ſæculi venturi, & prolapſi ſunt; rurſus renouari ad pænitentiam.* Agit quidem Apoſtolus hoc in loco de lapſu & renouatione poſt ſuſceptum Baptiſmum, quam aſſerit eſſe impoſſibilem, nempè quia reiterari non poteſt: ſed præterquàmquòd Religioſa vocatio eſt myſtica quædam Baptiſmatis expreſſio & operatio, vt plures ex antiquis Patribus aſſerunt, & hanc Religioſæ profeſſionis excellentiam plurimum commendant; Aliunde ſatis patet quòd verba iſta D. Pauli habent etiam locum in præſenti caſu, ſuumque pariter ſenſum ſortiuntur reſpectu eorum qui poſt ſuſceptam Reformationem, aut poſt emiſſam in

ea profeſſionem rurſus prolabuntur in defectus in priſtina deformatione deprehenſos.

15. Hoc vt clarè appareat, ſingulos Sententiæ iſtius Articulos examino, & qua ratione ad ſtatum Religioſum referendi ſunt demonſtro. Primò igitur verè illuminati ſunt Religioſi; dùm vocati ſunt de tenebris huius ſæculi in admirabile lumen ſtatus Religioſi: *Guſtauerunt etiam donum cæleſte* vocationis Religioſæ, quod præ cæteris & inter multos acceperunt: vnde de iis verè dici poteſt quod aliàs Pſaltes Regius de Iudæis: *Non fecit taliter omni nationi, & iudicia ſua non manifeſtauit eis. Participes quoque facti ſunt Spiritus ſancti*, dum eius chariſmatibus intus in anima perfuſi, Diuino amore exardeſcentes, viam ſtrenuæ virtutis generosè inierunt. *Guſtauerunt quoque bonum Dei verbum*, dùm in lege Domini frequenter meditantes & ſapido dapum cœleſtium guſtu mentem reficientes dicere poſſunt cum Pſalmiſta Regio: *Quàm dulcia faucibus meis eloquia tua ſuper mel ori meo. Virtutes quoque ſæculi venturi agnouerunt*, dùm rerum mundanarum vanitate contempta ad cœleſtes aſpirare cœperunt, ſtatueruntque per quælibet ardua à Religione propoſita exercitia beatitudinis præmia ſibi eſſe conſequēda. Quando igitur poſt tot tantaque gratiæ diuinæ beneficia, quaſi reſpicientes retrò rurſus prolabuntur in vitæ præteritæ & diformatæ defectus; profitemur pariter cum Apoſtolo vix poſſibile eſſe vt renouentur ad verum Reformationis ſtatum recuperandum.

16. Huius autem adeò terribilis Sententiæ Diuinæ rationem ſi perſcrutari licet, vt ſanè expedit; eam pariter deſumendam eſſe arbitror ex iis quæ immediatè idem ſubiungit Apoſtolus, dicens: *Terra enim venientem ſupra ſe bibens imbrem, & germinans herbam opportunam illis à quibus colitur, accipit benedictionem à Deo: proferens autem ſpinas & tribulos, reproba eſt, & male-*

Digitized by Google

dicto proxima; Quibus certè in verbis vtriuſque Religionis ſtatum, hoc eſt Reformationis & difformationis rationem & differentiam exprimit Apoſtolus, dùm illum benedictionibus diuinis abundare aſſerit, ad inſtar terræ quæ diligenter exculta, & imbre deſuper opportunè rigata profert fructum deſideratum & optimum; alterius verò ſtatum repreſentat ſub ſymbolo terræ quæ licet ritè colatur & imbribus rigetur, non aliud producit quàm ſpinas ac tribulos, hoc eſt prauos habitus & vitia quæ virtutum ſemina ſuffocant. Tũc igitur incipit eſſe reproba & maledicto proxima, quando perſonæ Religioſæ poſt tot gratiarum beneficia ſibi ad ritè & reformatè viuendum in ſua Congregatione conceſſa, iis abutentes & ſuis legibus non obtemperantes, nonniſi imperfecta aut praua omninò opera producunt, vltionem maledictionemque Diuinam tùm ſupra ſe, tùm ſupra Cœtum ſuum attrahunt, quæ reprobationi hoc eſt ruinæ ſuæ præbent initium.

17. Qua verò in re ſpecialiter conſiſtit Reformationis eiuſmodi peruerſio & ruina optimè etiam videtur exprimere Iſayas Propheta ſub typo vineæ magna cura & labore excultæ, nec tamen referentis fructum expectatum maturum & gratum, ſed tantum acerbum. *Quid eſt*, ait Diuinus ſator & vinitor, *quod debui vltra facere vineæ meæ, & non feci? an quod expectaui vt faceret vuas, & fecit Labruſcas? & nunc oſtendam vobis quid faciam vineæ meæ, auferam ſepem eius, & erit in direptionem; diruam maceriam eius, & erit in conculcationem; & ponam eam deſertam: non putabitur & non fodietur; & aſcendent vepres & ſpinæ, & nubibus mandabo ne pluant ſuper eam imbrem.*

18. In his igitur verbis allegoricis tot damna adnoto ibi deſignata quæ accidunt vineæ illi myſticæ, hoc eſt Familiæ ſeu Congregationi reformatæ & iam relaxatæ, vnde prouenit eius totalis ruina & deſolatio.

Primùm aufertur ſepes eius, & maceria diruitur, quando leges Regulæ & Statutorum ibi conſtitutæ quaſi ſepes & maceria ad eam conſeruandam diripiuntur, & inde aditus patet vndequaque tùm viatoribus, tùm animalibus, ad eam deprædandam, vaſtandam & conculcandam. Vnde tunc etiam ei optimè quadrat quod Pſalmiſta Regius prophetico ſpiritu & allegorico ſenſu his verbis expreſſit: *Vt quid deſtruxiſti maceriam eius vt vindemient eam qui prætergrediuntur viam? exterminauit eam aper de ſilua & ſingularis ferus depaſtus eſt eam.* Quod myſticè adimpletur quando diuerſa vitiorum genera hominibus ſicut beſtiis communia admittuntur in Monaſteriis, in quibus firma & integra legum obſeruantia tanquam ſepes & maceria valida tantum malum non prohibet.

19. Deinde vinea hæc myſtica venit in conculcationem & fit deſerta, quando ob talem legum infractionem Familia ſeu Congregatio Religioſa quæ anteà magnifiebat ab omnibus, iam in deſpectum & contemptũ plebis adducitur: ita vt ad quam anteà prę bona fama qua gaudebat, & ſuaui virtutis odore quem exhalabat, confluebant omnes, ſiue ad pietatis opera exercenda, ſiue ad conſolationem & ædificationem ſpiritualem hauriendam; ad quam etiam concurrebant tot & tantæ ingenuæ perſonæ à Deo vocatæ, vt eius obſeruantiam profiterentur; exoſam iam habent omnes ob deprauationem quam in ea aduertunt, ſicque myſticè accidit quod olim Iſayas prophetauit: *Et erit deſertum in Carmel, & Carmel in ſaltum reputabitur.*

20. Cum pariter vineam iſtam myſticam, hoc eſt Congregationem Religioſam relaxatam, nec putandam, nec amplùs fodiendam eſſe Propheta pręnuntiat; innuit hoc moraliter adimpleri, quando pœnitentiæ, mortificationis, & correctionis morum exercitia, quæ per putationem; ſicut & humilitatis opera

per foſſionem deſignantur, ceſſant. Cùm enim hæ virtutum duarum exercitationes ſint veluti principia & fundamenta Religioſæ perfectionis; neceſſe eſt vt iis ablatis totum virtutis & diſciplinæ regularis ædificium ruat & deficiat.

21. His vltionis Diuinæ initiis ſuccedunt vepres & ſpinæ, hoc eſt vitia & imperfectiones quæ in terra ſic neglecta abundanter creſcunt; & ſuffocant ſemina virtutum. Sed his damnis cumulus accedit, dùm Deus mandat nubibus ne pluant ſuper eam imbrem, hoc eſt denegat benedictiones ſpirituales & temporales, maximè verò gratias & inſpirationes ſatis efficaces, vt ad morum conuerſionem relaxati illi Religioſi adducantur: idque iuſtè fit, ob tria præcipuè crimina quæ reperiuntur apud eos, nempè iniuſtitiæ, infidelitatis, & reſiſtentiæ Spiritui Sancto, vt ſatis patet ex dictis.

22. Videant igitur & attendant vniuerſi quonam in ſtatu iam verſatur Reformatio apud ſe inſtituta: conſtitutiones ſuas accuratè perlegant, & notent defectus qui irrepſerunt; quæ leges ſunt infractæ, quæ exercitia interrupta & neglecta; qui vſus in contrarium introducti; quæ relaxatio inde ſubſecuta, & ſtatuant fortiter, efficaciter, & indilatè eis remedium afferre, alioqui de Reformatione actum eſſe ſciant, atque in tantam ruinam deuenturam, vt vix reſtaurari poſſit: Poëta etiam hanc in rem bellè occinente.

Principiis obſta, ſerò medicina paratur:
Cum mala per longas inualuere moras.

CAPVT XL.

Congregatio facienda in medio cuiuſlibet Prouincialatus ab omnibus & ſolis Superioribus Reformatis cum ſociis, prorſus neceſſaria ad ſupradicta ritè exequenda, & efficaciſſimum ad promouendam Reformationem medium.

1. VNiuerſa quæ hactenus expoſui aptiſſima ſunt & valde neceſſaria ad inſtituendam confirmandamque Reformationem media: quia tamen eorum virtus ac vtilitas conſiſtit in vſu ſeu executione quæ de iis fieri debet, pro variis rerum circunſtantiis & diſpoſitionibus quæ occurrunt, in quibus maxima prudentia & ſagacitate vtendum eſt; Quia etiam vt rectè monet ſapiens, *cogitationes mortalium timidæ ſunt, & incertæ prouidentiæ noſtræ*, maximè quando à priuato alicuius perſonæ ſenſu procedunt; hinc eſt quod inſuper neceſſarium eſſe credamus ad integrum & felicem horum omnium effectum, vt intra tres aut quatuor annos fiat Congregatio Generalis in qualibet Prouincia à Reformatis, in qua de vſu huiuſmodi mediorū tractent & conueniant deputati, & ad eorum perfectam executionem vnanimiter firmiterque omnes ſe accingant: atque in hoc vltimo articulo quaſi in ſummario & aliorum epilogo, ſitam eſſe arbitror totius Reformationis proſperitatem ac ſalutem, cum vt benè etiam docet ſapiens, *ibi ſalus, vbi conſilia multa*.

2. Præterea Congregationis iſtius neceſſitas & vtilitas

Digitized by Google

litas euidenter agnoſcitur ex modo quo celebratur, ex fine ad quem dirigitur, & ex fructibus qui inde ſpecialiter proueniunt. Propterea adnotandum eſt quòd præter celebrationem Comitiorum Prouincialium ſingulis trienniis ab omnibus Superioribus cùm ſociis tam Reformatis quàm non Reformatis, ſi qui ſuperſint, faciendam: præter etiam Congregationem particularem à R. P. Prouinciali cum ſuo aſſiſtente & ſolis Definitoribus cuiuſlibet Prouinciæ ſingulis annis paulo poſt Feſtum Paſchatis celebrandam; Alia Congregatio cogi conſueuit in medio triennij ſeu tēporis quo durat officiorũ Prouiucialis & Superiorum localium inſtitutio, circa Feſtum Sancti Michaëlis; ex ſolis Reformatis Prioribus omnium & ſingulorum Conuentuum ad eam accedentibus cum ſociis etiam à ſingulis communitatibus, ſi voluerint, electis: cæteris ſeruatis eo modo quo conſueuit fieri in Capitulis Prouincialibus, iiſque exceptis quæ habentur in Conſtitutionibus.

3. In prædicto capitulo Prouinciali, ſicut & in Congregationibus annuis, agitur maximè de politico ſtatu & regimine Prouinciæ, parùm verò & nonniſi ex nata occaſione de morali & ſpirituali Regularis obſeruantiæ ſtatu. In priori enim Cœtu agitur de nouis Superioribus & Officiariis in tota Prouincia præficiendis, nouis etiam Familiis in ſingulis Conuentibus inſtituendis: rerum & bonorum temporalium cuiuſlibet Familiæ & Conuentus iuxta inuentaria à qualibet Communitate confecta, ſtatus examinantur, diſponunturque omnia vt pro futuro triennali regimine quælibet communitas habeat tot viros qui ſibi neceſſarij ſunt ad munia ſua exequenda. In Congregatione verò annua vacant tantùm R. P. Definitores cum Reuerendo admodum Prouinciali inſtitutioni Nouitiatus, ſeminariorum & ſtudiorum, pro anno currente. Rationem etiam repetunt à Conciona-

toribus, de perceptis à ſe ex ſuis ſtationibus pecuniis, ſicut & à Nouitiatus Superioribus de receptis eo titulo denariis, quæ cùm in burſam communem venire debeant, & magis vrgentibus Prouinciæ neceſſitatibus applicari, provt ordinatum eſt ſtatutis noſtris, id exequi curant: atque cùm tres tantùm dies conceſſi ſint ad Congregationem illam celebrandam; aliis non vacant, nec vacare poſſunt, niſi fortè res alia grauis momenti occurrat, quæ à definitorio expediri debeat. Congregatio verò generalis Prouinciæ & intermedia nihil aut parùm de iis curans, incumbit tota & totaliter in examinando ſtatu morali & ſpirituali Prouinciæ, & quæ ad eius bonum neceſſaria videntur, omni ſtudio & ſollicitudine procurat & ordinat.

4. Ad hanc igitur Congregationem ritè celebrandam ſic primò proceditur. Inter cætera quæ R.P. Prouincialis obſeruare debet in viſitationibus Conuentuum quas ſingulis annis obire debet, ipſi maximè incumbit, vt attendat ad defectus magis communes & graues quos deprehendit ſiue in actionibus & moribus priuatis ſingulorum, ſiue in communi diſciplinæ Regularis obſeruantia: eorum cauſas perſcrutari debet accuratè, atque ſubſequentes inde deprauationes adnotare. Quod & pariter præſtare debent non tantùm omnes Superiores locales; ſed & cæteri Religioſi, ſi quem debent, Religionis ſuæ zelum habent. Vt enim cuique Deus mandauit de proximo ſuo, hoc eſt curam habere vult de eius profectu & ſtatu ſpirituali, vt per correctionem fraternam ad meliorem frugem eum adducat; curam illam pariter extendere debent Religioſi particulares ad ſtatum ſui inſtituti ſeu Ordinis, & quidem eò maiori cum ſtudio, quò ſalus eorum propria dependet ab optimo Religionis ſuæ ſtatu & conſeruatione: ſicut Naucleri, Nautarum, cæterorumque qui naue deferũtur, ſalus ab incolumitate nauis dependet.

202

Sicque omnes & ſinguli ſiue coniunctim cum aliis Communitatis ſuæ gremialibus, ſiue ſeparatim per Litteras priuatas proponunt ſiue ſoli R. P. Prouinciali, ſiue toti Definitorio quæ ſibi videntur neceſſaria pro bono Religionis & conſeruatione ſeu incremento Reformationis.

5. Vbi igitur adunati ſunt omnes ad quos ſpectat huic Congregationi intereſſe, ſtatim examinantur litteræ tàm à Communitatibus quàm à priuatis perſonis miſſæ: & poſtquam R. P. Prouincialis vnà cum R. P. Definitoribus confecit memoriale de rebus maioris momenti, quæ vel per ſe nouit, vel ſibi ab aliis declarata ſunt; ea ſigillatim proponit: tùm ad ſingulas propoſitiones vniuerſi & ſinguli gremiales diligenter attendentes, atque de mediis ſeu remediis quæ adhiberi debent, liberè & ſyncerè opinantes communi tandem calculo decidunt & conſtituunt quæ ad Obſeruantiæ noſtræ conſeruationem, firmitatem, & augmentum videntur vel neceſſaria vel magis opportuna.

6. Vt verò magis clarè & diſtinctè appareat quo animo & qua ratione procedendum ſit in ea Congregatione; quinque adnoto circumſtantias ab omnibus Gremialibus obſeruandas, quæ vna quaſi in tabella adumbratæ mihi videntur & repræſentatæ ab eximio & extatico Dei Propheta Ezechiele, in mirabili viſione quam ſtatim initio ſui Libri deſcribit. Vidit nempè in ſpiritu Machinam quandam in medio ignis, diuerſis rotis miro artificio inter ſe compactis inſtructam, quæ currus cuiuſdam ſpeciem præ ſe ferebat: ducebatur à diuerſis animalibus, quæ ſicut totum machinæ corpus, plena erant oculis antè & retrò. Ibant & non reuertebantur; omnia ſimul mouebantur, illucque gradiebantur quò impellebantur ab impetu ſpiritus qui erat in rotis.

7. Scio eiuſmodi viſionem ſeu repræſentationem

Digitized by Google

à Patribus & ſacræ Scripturæ Interpretibus ſumi communiter pro figura perfecta ſtatus & regiminis totius Eccleſiæ: ad quod plurimùm iuuant quatuor Religioſi Ordines mendicantes velut quatuor rotę cũ ſuis alumnis per deſignata ibi animalia non malè reprę ſentatis. Sed præterea non incongruè referri poſſe exiſtimo eandem viſionem ad deſignandum in particulari ſtatum Ordinis Carmelitici, & deſideratam in eo regiminis rationem: quod quidem aſſero eò maiori cum fundamento, quò authore gaudet, nempè Elia Propheta, qui ſacris in paginis non ſemel vocatus eſt *Currus Iſrael & Auriga eius*: quo etiam titulo Diſcipulus eius ac primus in Ordinis regimine illius ſucceſſor Elizæus Propheta decoratus eſt: nempè quia ſicut currus portat & transfert; Auriga verò conducit quæcunque reponuntur in curru; ita Elias & Elizeus creditum ſibi populum Iſraëliticum & Propheticum ſeu Monaſticum quaſi ſuis humeris portabant, ſuſtinebant in infirmitatibus ſuis, in moribus ac operibus ſuis dirigebant.

8. Hoc ſuppoſito, iam demonſtrandum eſt quo modo quinque pariter circunſtantiæ quas in illa mirabili machina & viſione adnotauimus, myſtico & allegorico ſenſu reperiri debent in noſtro Ordine, præcipuè verò in Cœtibus noſtræ Reformationis: ac primò quidem per ignem, in quo quaſi immerſa & flammis eius ardere videbatur hæc machina, zelum ſignificari exiſtimo quo ardere debent vniuerſi Carmelitæ; ſed ij præcipuè quibus incumbit ex Officiis quæ adminiſtrant, Ordinẽ ſeu Congregationes & Conuentus regere. Eò verò maiori zelo vniuerſi Carmelitæ ardere debent pro reſtaurando Dei cultu in ſuo Ordine, quò probè ſciunt Patriarcham ſuum & maximum Dei Prophetam Eliam inter cæteras præclaras dotes & virtutes quibus decoratus fuit à Deo, zelo præcelluiſſe; eamque eximiam dotem quaſi pro charactere proprio habuiſſe.

303

Inde, dum Sapiens virtutes eius recenſere incipit, ſic loquitur, *Surrexit Elias quaſi ignis, & verbum ipſius quaſi facula ardebat.* Tùm quando feſſus ob longioris itineris moleſtias ſedebat in deſerto, & præ tædio obdormiebat; acceſſit ad eum Angelus interrogans quid ageret, cui nihil aliud reſpondit quàm *Zelo zelatus ſum pro Domino Deo exercituum, quia dereliquerunt pactum tuum Filij Iſraël, altaria tua deſtruxerunt, &c.*

9. Vt igitur Carmelitæ non appareant à tam eximia Patriarchæ ſui Prophetæ Eliæ virtute degeneres; zelo maximo pariter ardere debent ad ſtrenuè promouendum Dei cultum: quod maximè præſtare poſſunt & debent per reſtaurationem diſciplinæ regularis vbi collapſa eſt, & conſeruationem reformationis per exactam Legum obſeruantiam hunc in finem conſtitutarum: memores pariter quòd, vt adhuc ſcribit Sapiens, *Elias dum zelat zelum Legis receptus eſt in cælum.* Hac igitur cum diſpoſitione & intentione accedere debent Superiores, aliique deputati ad iſtam de qua agimus, Congregationem, quæ ad conſeruationem & promotionem ſtrictæ obſeruantiæ inſtituta eſt: Hoc animo agere debent & ſe inuicem prouocare ad ſtrenuam hac in re adhibendam operam.

10. Secunda conditio ſeu virtus in Ordidis noſtri regimine valdè neceſſaria, eſt vigilantia per oculos in vniuerſa machina & animalibus vndequaque conſperſos optimè deſignata, quæ in Superioribus aliiſque ibi congregatis enitere debet. Antè & retrò, à dextris & à ſiniſtris appoſiti videbantur oculi, quò deſignabatur, vt ait D. Gregorius, diuerſos rerum ſtatus attentè conſiderandos eſſe: Quæ obſeruantiæ præteritis temporibus apud nos viguit diſciplina, quæ irrepſit relaxatio: quomodo ſe nunc habeat vitæ regularis ſtatus: quæ nunc occurrunt in eo circunſtantiæ proſperæ vel aduerſæ: quæ imminent pericula, quæ adhibenda

remedia. Et ideò bene addita eſt oculorum multitudo, quia vt juxta commune Prouerbium, *Plus vident oculi quàm oculus*; quò plures ſunt oculi, id eſt viri perſpicaces & bene verſati in Religionis regimine; ex abundantiori quo gaudent lumine, majora etiam, magis vtilia ac neceſſaria inde procedunt documenta, quibus Obſeruantia regularis optimè inſtituatur, reſtauretur, & firma conſiſtat. Vnde ſicut ſcripturæ ſacræ interpretes ex illo Zachariæ Prophetæ loco, *Septem oculi ſuper lapidem vnum*, inferunt ſtatus Eccleſiæ firmitatem & perennitatem: nempè eo quòd plures adſint qui oculos ſuos ad eius regimē applicāt & vndequaque proſpiciūt ne ab aduerſariis concutiatur & euertatur; ita ſeruata proportione ſentiendum & dicendum de Ordine ſeu Cœtu Religioſo, in quo plures adſunt viri bene oculati, qui mentem & animum ad eius conſeruationem adjiciunt.

11. Tertiò, ſicut in ſuprà memorata machina omnia ſimul mouebantur, & ad eundem locum tendebant; ita in iſta Congregatione Gremiales omnes ſimul conuenire oportet in eodem ſenſu & in eadem ſententia. Quod & facile fit quando eundem ſcopum ſibi proponunt, id eſt bonum commune Religionis, & Reformationis augmentum ſeu conſeruationem: ad quę maxime in iſta occaſione quiſque debet attendere, & ſeruare ea quæ ſuprà expoſui de concordia, pace & tranquillitate ſeruanda in Cœtibus Cœnobiticis.

12. Quartò, in eo quòd animalia quæ currrum illum conducebant, non reuertebantur cùm ambularent, ſed continuò ibant ante faciem ſuam; ſignificari exiſtimo non tantum perſeuerandum eſſe in obſeruantia Reformationis, ſed vltra progrediendum ad acquirendum ſemper majorem perfectionis gradum. Et cum Congregatio de qua agimus, ad eum finem maximè inſtituta ſit, ad eum etiam collineare debent omnes

Digitized by Google

qui ad eam accedunt, propptereáque attendere debent ad quod D. Paulus quondam ſcribebat ad Corinthios, qui cùm ſeculares eſſent, id multò magis nobis Religioſis ad perfectionem in ſtatu noſtro aſpirantibus conuenire videtur: *Æmulamini*, inquit, *Chariſmata meliora, & adhuc excellentiorem viam vobis demonſtro.* Attendamus quòd Chriſtus ipſe Filius Dei expreſſè docuit ſuos Diſcipulos, non ad quemlibet perfectionis gradum, ſed ad ſupremum aſpirare debere, dum dicit *Eſtote perfecti ſicut Pater veſter cœleſtis perfectus eſt.* Non quod ſperandum ſit & poſſibile, vt quis tam excellentem gradum perfectionis attingere valeat; ſed ideò hæc ita proponuntur vt cùm ad tam eminentem perfectionis gradum aſpirare debeamus, ita ad eum contendamus vt ſaltem maiorẽ, quantùm fieri poteſt, aſſequamur. Propterea cuique cauendum eſt ne vnquam quidquam ptoponat, aut aliis proponentibus ac ſollicitantibus faueat, quod vergat ad relaxationem vel minimi ex articulis conſtitutionum noſtrarum, maximè verò in iis quæ ſpectant votorũ obſeruantiam, Officij Diuini recitandi modum, ſolitudinis & vitæ ſpiritualis exercitia, & vitæ auſteritatem. Immò aliquid perfectionis eis addere ſemper liceat, ſed nihil detrahere de iis quæ jam conſtituta ſunt. Quod certè nobis eò magis commendatum eſſe debet, quò ignauiæ torpor quidam relaxationis & ſemper magis mitigatæ vitæ cupiditas irrepſiſſe vdetur in noſtro Ordine, qui ſemper ad laxiora inclinat. Vnde certè pudere nos deberet, maximè cùm iam ad vitam valde mitigatam redacti ſumus.

13. Quintò, ſicut expreſsè notat Propheta, quòd ſpiritus erat in rotis, & vbi erat impetus ſpiritus illuc omnia gradiebantur; ita danda eſt opera, vt iuxta operis iſtius ſcopum, ſpiritus ſeu genius qui ab initio Reformationis corpori noſtro ſeu Congregationi inditus eſt, omnia eius membra ſemper informet, maximè

Digitized by Google

verò Superiores, atque ex eius & non alterius cuiuſuis ſpiritus impulſu ſeu impetu agant & ferantur ad omnia quæcumque, vel nunc determinanda ſunt, vel exequenda; itavt nec recedant vllo modo ab vſu & praxi eorũ quæ ab initio laudabiliter determinata ſunt & inſtituta ex eiuſdem ſpiritus inſtinctu, nec etiam excedãt notas & terminos qui præſcripti ſunt. Eundem ſpiritũ ab omni impuritate, debilitate, & langore præſeruare curantes, atque in ſua puritate & vigore conſeruare; cum vnica ſit via certa & tuta ad conſeruandum corpus noſtræ Reformationis ſanũ & integrum. Quod enim ſunt diuerſi generis morbi qui corpori humano accidentes ad interitum per ſeparationem animæ illud adducunt, id etiam efficiunt legum & inſtitutorum vel vel omiſſiones, vel relaxationes in corpore myſtico Religionum Monaſticarum, & ad ſuam ruinam deducunt.

14. Porrò, his circunſtantiis ſeu conditionibus quæ obſeruari debent ab omnibus Congregationis iſtius Gremialibus, quinque adiungo axiomata, quibus velut certis principiis adhuc adhærere debent, vt eiuſmodi congreſſus proſperè ſuccedat, & optatum effectum conſequatur.

15. Primum eſt, quòd ſicut quantò perfectior eſt & ſtrictior cuiuſcumque inſtituti Monaſtici obſeruantia ſeu Reformatio, eò celeriori ac maiori relaxationi eſt obnoxia, vt ſupra demonſtrauimus; ita cura maior & vigilantia adhibenda eſt, ad eam ſeruandam illibatam. Inde eſt vt bene & ſapienter vir quidam doctrina, ſapientia, & Religioſæ diſciplinæ zelo illuſtris nouiſſimè ſcripſit, quòd cuiuſcumque Ordinis & inſtituti firmitas ac felicitas non tàm conſiſtit in eo quod ſtudio & labore alicuius perſonæ ſanctitate etiam inſignis excitatum ſit ſeu reſtauratum, atque optimis legibus velut præſidiis munitum; ſed in eo maximè

proſperitas

Digitized by Google

proſperitas eius verſatur, vt viros habeat continuò ſuæ priuatæ perfectionis ſtudioſos, & legum omnium ſeu exercitiorum ad Reformationis ſtabilimentum conſtitutorum inuiolabilis obſeruantiæ cupidos: qui aſſiduè vigilent & obſeruent defectus, & curent vt eis remedium ſtatim afferatur: qui clament, qui ad id vrgeant alios, maximè verò in Cœtibus & Congregationibus vbi de iſtis tractare conuenit: ſicut in Congregatione de qua agimus, quæ etiam ad eum tantum finem inſtituta eſt.

16. Secundum eſt, quod ſimilem curam ac ſtudium adhibere debent prælati Regulares ad conſeruandam Monaſticam Diſciplinã, quo vtuntur Patresfamilias & horologiorũ curatores: vt perpetuo curſu de die ac nocte ſtylo vel ſono horas indicent. Illi ædium ſuarum tecta, parietes, pauimenta, vitra & cætera omninò, quando quid vſu vel caſu aliquo conſumptum eſt vel detritum, diligenter reparari curant, ſcientes à minimis ruinas maximas initium ducere & ſemper creſcere. Iſti verò horologij pondera certis horis rotarum beneficio releuare non obmittũt, ſcientes quod aliàs currere deſineret & horas indicare cũ maximo Reipublicæ damno. Vt igitur probè norunt Cœnobiarchæ politiæ ſuæ Monaſticæ ſtatum perpetuæ viciſſitudini, alterationi & corruptioni eſſe obnoxium; eidem conſeruando perpetuò inuigilant: remedia apta quantocyùs adhibere curant, ne minimos quidem defectus negligunt, edocti à Sapiente, quod *paulatim decidit qui ſpernit modica.*

17. Tertium eſt, quod etſi nec facilè, nec frequenter mutandæ ſint leges legitimè conſtitutæ; tamen mutanda ſunt ſæpe media ad finem legis propoſitum aſſequendum. Cùm enim præuideri non poſſint ſimul & ſemel omnes circunſtantiæ actionis imperatæ vel prohibitæ; ita ſæpè fieri non poſſunt leges quæ incommodis omnibus decurſu temporis occurrentibus

aptè prouideant. Vnde neceſſe eſt vt poſtquàm certis conſtat experientiis de incommodis quæ accidunt in obſeruantia legis alicuius, media alia adhibeantur ad eius finem (ſi bonus ſit & neceſſarius) faciliùs & tutiùs aſſequendum; nec hoc nouitati, leuitati ſeu inconſtantiæ attribuendũ eſt, ſed neceſſitati adſcribi debet; vnde id ſemper fuit eſtque in vſu in omnibus Monaſticis Ordinibus, vt cuique ſatis conſtat. Id verò præcipuè exequi debet in ea de qua agimus Congregatione, ſeruatis iis quæ ad hoc neceſſaria ſunt, vt præſcriptum eſt in Conſtitutionibus.

18. Quartum eſt, quòd etſi non conueniat vt omnia exercitia quæ ſunt in vſu apud alios Ordines Religioſos etiam mendicantes, amplectamur, cùm vt rectè dicit Auguſtinus., in via Dei alius ſic, alius ſic ire conſueuerit; nuſquam tamen permittendum vt quidquam ſtatuto vel vſu inſtituatur apud nos, contra communem & vniuerſalem Religioſorum reformatè, vel ritè viuentium conſuetudinem, & eorum maximè qui ſorte & conditione æquali ſunt nobiſcum quoad inſtitutorum noſtrorum objecta & exercitia. Idque præcipuè obſeruari debet in iis quæ ſpectant praxim virtutum & exercitiorum quæ majoris ſunt ponderis, & vitæ monaſticæ magis congruunt, vt ſunt obſeruantia ſilentij, jejunij, & alia eiuſmodi. Id enim vel maximam ignorantiam, vel temeritatem & ſingularitatem apud nos redoleret, caderetque in aliorum ſcandalum & contemptum, quem juſtè incurreremus.

19. Quintum, neceſſe eſt vt omnes Congregationis iſtius Gremiales eodem animo & zelo ſtatuant obſeruare tam per ſe quàm per ſuos ſubditos, omnia & ſingula quæ ibi ordinata fuerint, licet forte aliqua contra proprium nonnullorum ſenſum decreta ſint: Et multò magis cauere debent ne factis vel verbis demonſtrent, ſe non approbare eiuſmodi decreta, vel illa de-

Digitized

206

rideant & contemnant, quaſi ſint opera quorumdam cum quibus non ita bene conueniunt. Omnes igitur vnanimiter & vniformiter ad eorum executionem ſe accingant: & ſi qui Superiores viſi fuerint in hoc delinquere, & nimis negligenter ſe gerere; inde cenſeri debent inhabiles ad officia Prælaturæ.

20. Hæ ſunt igitur agendi rationes quibus ad celebrandam eiuſmodi Congregationem Prouincialem ſtatim ab initio Reformationis vſi ſunt Prouinciæ Turonenſis Patres; vnde etiam obſeruantiæ ſuæ firmitatem & profectum conſecuti ſunt, atque de eius continuatione perſeuerantiam ſui inſtituti omninò dependere credunt. Quidni igitur ſtatuant cęteræ Prouinciæ Reformatæ exercitium Congregationis iſtius tam vtilis & neceſſariæ, apud ſe quamprimùm inſtituere, maximè cùm id expreſſè ordinatum ſit in Statutis noſtris? Id fortè nondum factum eſſe cauſantur; ſed ideò Reformationem apud ſe languere & deficere potiùs quàm proficere neceſſe eſt agnoſcāt. Expenſas forſan metuūt quibus parcere ſuadent tum communes temporum calamitates, tum ſingulorum Conuentuum facultates valde tenues; ſed præterquàm quòd ſatis modicæ ea de cauſa faciendæ ſunt expenſæ; ſicut ad corporis ſanitatem recuperandam & vitam conſeruandam nullus vnquam parcendum eſſe cenſuit expenſis: ita cùm hìc agatur de ſanitate & ſalute totius corporis noſtræ Reformationis, libenter liberaliterque faciendi ſunt ſumptus & ſuſtinendi itinerum labores, vt tantum bonum omnes conſequi valeant.

CAPVT XLI.

Quomodo gerere ſe debeant tam ij qui mittuntur in alias Prouincias, quàm qui eorum indigent opera, ſiue ad inſtituendam, ſiue ad dirigendam & promouendam Reformationem.

1. EA ſat frequens eſt Prouidentiæ Diuinæ agendi ratio, vt quando aliquis erudiendus eſt in fide diuina ad Religionem Chriſtianam amplectendum, nec per ſe Deus immediatè, nec etiam per Angelos, quod facilè præſtare poſſet, eum inſtruat; ſed ad aliquem eiuſdem Fidei & Religionis conſortem dirigat, à quo ſalutis documenta excipiat.

2. Huius verò praxis duo præ cæteris inſignia extant in ſacro Textu exempla. Primum de Saulo qui & Paulus, quem cùm ex Perſecutore Eccleſiæ Prædicatorem Euangelij & ſtrenuum Religionis Chriſtianæ Propagatorem Deus efficere voluit; poſtquàm ex equo in terram voce diuina de cœlo demiſſa proſtratus fuit, imperatum eſt ipſi vt ingrederetur Ciuitatem Damaſci, & ibi audiret quid facere deberet. Tunc etiam monitus à Deo Ananias Fide Chriſtiana imbutus, ad eum acceſſit, oculos ipſi, quia cæcus factus erat, aperuit, & de Religione Chriſtiana eum inſtruxit: vnde breui factus eſt Doctor gentium, Apoſtolus & Prædicator veritatis in vniuerſo mundo. Alterum eiuſdem rei exemplum enitet in Cornelio Centurione, quem cùm Deus pariter ad Fidem Chriſtianam vellet conuertere, monuit ipſum per Angelum vt mitteret viros qui ac-

Digitized by Google

ceſſerent Simonem cognomento Petrum, *qui ſibi*, vt ſacer Textus perhibet, *loqueretur verba in quibus ſaluus eſſet, & vniuerſa domus eius*, quod & ab vtroque fideliter peractum eſt.

3. Inter varias autem rationes huius agendi modi quas Eccleſiæ Patres ac Doctores proferunt, duæ præ cæteris mihi videntur optimæ, & propoſito noſtro apte conuenire. Vna eſt quòd cùm Fides & Religio Chriſtiana ſint quaſi vinculum, quo ſtricto nexu fideles omnes inter ſe junguntur, & in vnum quaſi corpus coaleſcunt; hoc vt aptiùs fiat, Deus ordinauit vt Catechumeni prima fidei documenta à Chriſtianis iam fide diuina imbutis haurire debeant, quó ea ratione in communem ſocietatem faciliùs deueniant, & mutua Charitatis officia in ſe inuicem exhibeant. Altera huiuſce praxis ratio petitur ex eo quòd hoc modo prouidet Deus, ne illuſioni & temeritati detur locus, dum quis ſe vel à Deo, vel ab Angelis vocatum, illuminatum & edoctum eſſe ſibi perſuadens, multa ex priuato ſenſu comminiſci poſſet, atque in varios errores & deceptiones ipſe cum aliis induci. Quod accidere non poteſt quando alicuius viri pij, prudentis & eruditi documentis & auxilio vtendum eſt, & in iis maximè in quibus apprimè verſatus eſt, quæque iam bene conſtituta ſunt, & firmis inſiſtunt fundamentis.

4. Iam verò eaſdem ob rationes ſimili modo procedendum eſſe arbitror, quando neceſſe eſt diſciplinam regularem collapſam in aliquo Ordine reſtaurare, & Reformationis ſcientiam ſeu methodum ibi ſeruandam tradere. Vt enim idem Reformationis deſiderium ac propoſitum diuerſis perſonis & in pluribus locis inſtituendæ Deus nonnunquam inſpirat; ſapientiæ propriæ eos hac in re inniti non vult, nec induſtriæ ſuæ confidere, quod periculoſum eſſet & errori obnoxium; ſed interiùs mouet vt ad eos recurrant quos primos ſeu

anteriores huius ſancti operis miniſtros elegit; & quibus proinde primitias ſpiritus & dotes requiſitas largitus eſt affatim, à quibus quid ſibi faciendum ſit, & quo modo procedendum ediſcant. Sicque in vnitatem ſpiritus, in communem vitæ ſocietatem & vniformem exercitiorum obſeruantiam, quod maximè neceſſarium eſt, deueniant.

5. Hic certè vnionis modus, & optima propagandæ Reformationis methodus fuit hactenùs prudenter obſeruata in noſtro Ordine (Deo ſit laus) non tantùm à Confratribus noſtris cæterarum Galliæ Prouinciarum, ſed & ab exterarum Regionum, Belgij, Germaniæ & Poloniæ aliis noſtris conſortibus, qui ſtatim ac audiuerunt initium datum eſſe Reformationi in Prouincia Turonenſi, tanti boni æmuli & auidi, aliquos è ſuis ad nos delegauerunt, qui & per ſe diſcerent inſtitutæ Reformationis exercitia, & nonnullos è noſtris ſecum abducerent; qui verbo & exemplo eadem cæteros apud ſe edocerent, quod Dei juuante gratiâ ſatis feliciter vbique ſucceſſit.

6. Quia igitur adhuc perſeuerat aliquibus in locis hæc mutui ſibi præſtandi auxilij praxis ad ſtabiliendam Reformationem; expediretque fortaſſe, vt diù & continuò perſeueraret ad conſeruandum vbiqne vnum & eundem obſeruantiæ ſpiritum & exercitiorum praxim vniformem; quia etiam poſthac recurrere poteſt noua neceſſitas eiuſdem opis & auxilij mutui exigendi ab aliis ad reſtaurandam fortè collapſam alicubi Reformationem, ideò expedire iudicaui pro maiori etiam operis iſtius perfectione, qua ratione his in occaſionibus vnuſquiſque ſe gerere conſueuerit, & impoſterum debeat paucis aperire, & poſteritati conſignare.

7. Primò ergo ſatis patet ex miniſterio quod implere debent qui mittuntur in alias Prouincias ad inſtituendam ſiue confirmandam Reformationem, & ex ſi-

Digitized by Google

208

ne quem ſibi proponere debent, quòd ſeligi debent à Superioribus Prouinciarum vnde euocantur, perſonæ valdè aptæ, quæ in primis maxima pietate præditæ eſſe debent; regularis obſeruantiæ zelo & perfectionis tùm in ſe excolendæ, tùm in aliis promouendæ accenſæ. Neceſſe eſt etiam vt gaudeant ſat firmo corpore & valetudine ſatis integra, itavt diſpenſari non debeant communiter ab vllo regularitatis actu tàm de die quàm de nocte, nec ab vllo ſiue miniſterij communis, ſiue auſteritatis exercitio.

8. Maxima inſuper prudentia requiritur in eis, ſolers mentis ſagacitas, ingenij induſtria, familiaris cum omnibus ſocietas, & vrbanitas, tàm in conuerſatione communi quàm priuata, vt omnes ſibi in amicitia deuincire queant, atque optimam apud omnes æſtimationem acquirere, quò faciliùs eos Chriſto lucrentur, & ad omnem ſiue morum emendationem, ſiue vitæ regularis & perfectionis obſeruantiam quæ neceſſaria fuerit, iuducere valeant.

9. Ex parte etiam eorum ad quos iuuandos mittuntur eiuſmodi Reformationis coadjutores, requiritur vt ad eundem finem verè & feruenter non verò ſimulatè & languidè conſpirent, & quæcumque ex parte ſua neceſſaria ſunt ad eum aſſequendum fideliter & generosè exequantur: maximè verò Superiores, qui authoritate ſua eos fulcire debent, nec permittere vt vllus eos moleſtet, aut ipſis contradicat, aut formet obſtacula aduerſus ea quæ inſtituere volent, quando vel in conſtitutionibus præſcripta ſunt, vel ſunt in praxi apud Reformationis Authores. Sint verò de iſtis adeò ſolliciti Reformationis Directores vt integram & perfectam Conſtitutionum pro Reformatione conditarum obſeruantiam inſtituant, iis duntaxat exceptis quæ legum municipalium locum tenent, retinendæque ſunt in vſu cõformiter ad ea quæ ſupra de iſtis diſſerui-

mus,quibus derogare non debent ſi ſpectent tantùm regimen politicũ Prouinciæ; ſecùs,ſi virtutis aut exercitij alicuius ad Reformationem pertinentis praxim prohibeant,quę non pendet niſi à voluntate & arbitrio hominum.

10. Attendant eiuſmodi Reformationis Coadjutores ſeu Directores vt vtantur methodo conſueta apud ſuos è quorum cœtu aſſumpti ſunt, quam legitimam & approbatam eſſe ſuppono, nec vias ſeu modos particulares inſtituendæ alioſque edocendæ Reformationis ſectentur: idque ritè præſtabunt, ſi quæ hoc in opere digeſta ſunt circa omnes & ſingulas materias hic tractatas perfectè calleant: quia certum eſt quòd Reformationis noſtræ eſſentia & robur in eis conſiſtit, hauſtaque ſunt omnia ex primæuis & purioribus Obſeruantiæ noſtræ fontibus,quibus per conſequens,omnes adhærere debent firmiter,nec ſui priuati ingenij genium ſequi.

11. Etſi locorum, temporum, & perſonarum ratio nonnunquam exigat, vt non ſtatim ab initio omnia & ſingula Reformationis exercitia ſimul introducantur; ſed pedetentim procedendum ſit; attamen plus ſæpè damni & difficultatis oritur ex illa procraſtinatione, quàm commoditatis ſeu melioris diſpoſitionis ad aliorum praxim inſtituendam. Inde enim naſcuntur ſemireformationes, id eſt, quæ nec integræ ſunt, nec ſolidæ; immò quæ pejores ſunt quàm totales difformationes; quia perfectam Reformationem impediunt, dùm hanc ſufficere ſibi perſuadent plerique, nouæque perpetuò ſuccedunt difficultates quominus cætera ad veram Reformationem neceſſaria ad praxim redigantur. Itaque expedit vt ſtatim ab initio quò magis feruet deuotio & Reformationis deſiderium ardet, eiuſmodi Reformationis Directores leges omnes ad eam inſtitutas curent obſeruari ad vnguem, omnemque ad id exequendum curam adhibeant.

12. Cum

Digitized by Google

12. Cùm miniſterij ipſorum pars præcipua exigat vt doceant alios quæ ſpectant vitæ reformatæ & perfectæ principia, inſtituta, & exercitia; ea ſcientiarum peritia & dicendi facultate pollere debent, vt in particulari ſermone de rebus ſpiritualibus tractare valeāt, conſilia & remedia præbere, provt cuique opus fuerit. Præterea in Cœtu communi exhortationes etiam familiares & feruentes habeant ad Religioſos, in quibus tractent de vitæ ſpiritualis & regularis exercitiis, de vitiis & virtutibus, & de iis quæ ſpectant ſtudium Religioſæ perfectionis: quæ omnia accuratè & clarè explicent: id præ cæteris frequentiùs altiuſque eis inculcando, quòd abſque fideli, accurato & continuo vitæ ſpiritualis & interioris exercitio, nec inſtitui, nec ſubſiſtere poteſt Reformatio.

13. Cùm etiam, vt optimè ſanctus Leo, *validiora ſint exempla quàm voces, & pleniùs opere doceatur quàm voce*; hoc maximè commendatum eſſe debet iſtis Reformationis Magiſtris ſeu Directoribus, vt omnibus & in omnibus aliis præluceant exemplo. Meminerint ſe factos eſſe ſpectaculum mundo & Angelis & hominibus, id eſt vniuerſis qui eorum obſeruant actiones, atque inde vel ædificationis, vel ſcandali occaſiones captant: ſicque cùm eorum vita debeat eſſe aliorum diſciplina, ita ſibi attendere debent vt omnibus & in omnibus ſe præbeant exemplar bonorum operum, à nullo quantum fieri poteſt obſeruantiæ & regularitatis actu ſe diſpenſantes.

14. Vt tamen carere non debent ſolatiis quæ interdum concedenda ſunt omnibus qui ſtrenuè laborant, portantque pondus diei & æſtus in exercitiis Religionis, ne tandem oneri ſuccumbant: puta cùm aliquando ad recreationem animi & corporis rus proficiſci conceditur, ſomno largiori indulgere, ampliori etiam & lautiori aliquantulum cibo vti, &c. Iis tamen in-

dulgentiis non niſi rarò & ſatis parcè frui debent, juſta ſemper neceſſitatis ſeruata menſura, ita vt nullus ſiue exceſſus, ſiue abuſus in eis appareat.

15. Caueant ne dum aliorum mores & viuendi conſuetudinem reformare debent, ad ſimilis illorum vitæ genus & forſan peius ſorte contraria & deploranda ſe conuertant: Siue in veſtimentorum materia, forma & vſu, ſiue in camerarum ſupellectile & apparatu, ſiue in victus delicatioris licentia & ſingularitate, ſiue in nimis frequenti abſentia ab actibus regularitatis, ſiue in nimis aſſidua conuerſatione cum perſonis externis & præſertim mulieribus, ſiue in priuatæ vitæ otioſitate, ſeu non ſatis ſeria exercitatione. Hoc enim modo non iam promotores ſed deſtructores Reformationis habendi eſſent. Attendāt ad quod dixit Chriſtus in occaſione non diſſimili *ſi ſal euanuerit in quo ſalietur.* Conſiderent quale inde Damnum Religioni adueniat; quale probis omnibus & ad Reformationem aſpirantibus offendiculum & ſcandalum: quale aduerſariis lætitiæ & exultationis argumentum: quale toti ſuo Cœtui Reformato vnde aſſumpti fuerunt, opprobrium; quale ſibi vituperium, & quantam demum Dei offenſam incurrant: ſtatuantque propterea non tantum non ita ſibi indulgendum eſſe; ſed quęcumque aſpera quæcunque ſenſibus repugnantia magno, forti & conſtanti animo ſuſcipienda eſſe & amplectenda, provt ordinata ſunt, vt miniſterium ſuum dignè impleant.

16. Si iſti Reformationis Directores aduerterint in Cœtu ſuo ſeu Prouincia reformata vnde aſſumpti ſunt, quòd non adeo exactè obſeruantur aliqui Conſtitutionum noſtrarum Articuli, aut quòd aliquorum praxis omninò obmittitur, aut quòd ab aliis non rarò diſpenſatur; caueant diligenter ne hoc indicent Neophytis quos inſtruunt in Reformatione: abſit verò multò magis vt eaſdem legum omiſſiones vel tranſgreſſiones, ſeu

diſpenſandi licentias apud eos introducant: nam præterquàm quòd miſſi non ſunt vt alios doceant imperfectiones quæ iam irrepſerunt apud Reformatos, & imitandas tradant, ſed vt quæ præſcripta ſunt in Statutis noſtris exactè & integrè obſeruari curent; expedit omninò vt in Reformationis cuiuſque primordiis, quo tempore qui eam amplecti conantur ſunt quaſi in eius Nouitiatu, leges hunc in finem conſtitutas obſeruent ad vnguem, & in iis maximè quæ ſunt magis ardua; cùm ſemper accidat vt ob naturæ humanæ fragilitatem atque inconſtantiam plerique priſtinum deponentes feruorem, ad laxiora quæque & ſuauiora declinent: ſicque datur locus relaxationi & Reformationis peruerſioni, quæ multò citiùs acciderет fieretque grauior, ſi ſtatim ad exemplum aliorum qui jamdiu leges omnes Reformationis obſeruauerunt exactè, & nunc ab aliquibus ſe diſpenſant aliquando, ad eandem licentiam inducerentur.

17. Conſiderare etiam debent miſſionarij iſti quòd hoc ipſo quò ſunt Aduenæ ſeu Coloni in Conuentibus quos habitant & conſtituti ſunt ad docendum alios emendationem morum & reformationem; grati non poſſunt eſſe, nec bene accepti pleriſque qui naturaliter aut abhorrent à nouo vitæ reformatæ genere ſuſcipiendo, aut ob deprauatam nimis viuendi licentiam nuſquam conuenire poſſunt cum ipſis: & cùm vtrique habeant pro aduerſariis ſeu etiam inimicis Reformationis zelatores, nec eos diligant omninò; nec de iis bene ſentire & loqui poſſunt, ſed quod poſſunt ſecretò ſaltem & impunè, malum eis inferre non obmittunt. Aliis etiam qui non ſunt ita deprauati nec à reformatione auerſi, cuiuſcunque ſint conditionis, ſæpiùs fiunt objectum inuidiæ & æmulationis, non quidem ſemper ex odio aut mala intentione; ſed ex quadam & quaſi innata animi diſpoſitione, qua extraneorum imperium

& dominationem non facilè patiuntur.

18. Etſi iſta tolerare debeant & diſſimulare Reformationis Directores velut naturæ humanæ infirmitates, ſperandumque ſit à Deo optimo maximo, quod ſtante quam habent recta intentione gloriæ illius promouendæ & Religioſæ diſciplinæ ad bonum & decus Ordinis propagandæ, omnia tandem feliciter ſuccedent; danda tamen eſt opera, & cuique ita ſibi attēdendum eſt, vt aliunde anſam non habeant aduerſarij odij aduerſus eos exercendi, atque ad æmulationes, querimonias & perſecutiones deueniendi, quod facilè contingere poteſt. Propterea expediret, meo judicio, vt deputati illi & miſſi in alias Prouincias ad inſtituendā ſeu dirigendam Reformationem, nulla ſaltem majora & magis inſignia officia poſſiderent, puta Prouincialis, Prioris, Definitoris: ſufficereque debet ipſis vt ea munia obeant in quibus humilitas cum charitate magis elucere debeat, atque parum honoris, multùm vero oneris reperiatur: qualia ſunt officia Supprioris, & Magiſtri Nouitiorum & Seminiſtarum, Regentium etiam tam in Theologia quam in Philoſophia.

19. Caſu tamen quo ob iuſtas cauſas neceſſe judicarent Prouinciæ illius Religioſi ad quos miſſi ſunt Reformationis apud eos inſtituendæ ſeu ſtabiliendæ Coadjutores, maioribus officiis exequendis illos applicare; caueant ne vel tantillum ſuam ad ea propenſionem demonſtrent, & multò magis abſtineant ab omni ſollicitatione ſeu negociatione etiam ſecreta quæ ad ea conducere videretur: id enim non tantùm officeret humilitati quæ Prælaturæ fundamentum eſt; ſed & prudentiæ quæ hac in re maximè debet enitere: immò tunc apparere debet quod non niſi inuitè, pro ſatisfactione aliorum & pro maiori Dei gloria tale officium acceptant: tuncque dare debent operam vt maximo cum zelo & fortitudine officium illud exequantur ſicut

211

apud Reformatos fieri ſolet, atque in eius adminiſtratione æquè reformationem introducant, ac in aliis rebus, quia vt maioris eſt momenti, ita forſan eſt valdè neceſſaria.

20. Expedire etiam mihi videtur vt Inquilini illi ad docendam Reformationem miſſi in alias Prouincias nunquam fungerentur officiis in quibus incumbit cura recipiendi & expendendi pecuniam alicuius Conuentus, qualia ſunt officia Procuratoris ſeu Scindici, & Sacriſtæ. Licet enim neceſſe ſit vt ſtatim initio Reformationis ſeligantur perſonæ ad ea officia quæ careant non tantũm vitio, ſed ſuſpicione proprietatis, credanturque adeò fideles, vt ne minimum obolum retinere, aut ad ſua priuata commoda expendere velint ſine licentia Superioris, quod fortaſſe difficile eſt reperire vbi nondùm Reformatio inſtituta eſt; præſtat tamen vt aliqui potiùs ex domeſticis ad ea aſſumantur, licet non ſine periculo, quàm extranei, quorum fidem tùm æmuli, tùm aduerſarij facilè habere poſſunt ſuſpectam, atque inde accuſationis & calumniæ eis inferendæ anſam arripere.

21. Adeò purè agere debent pro gloria Dei & Religionis maiori bono, vt nullius priuati cõmodi intuitu quicquam aggrediantur aut conſequi prętendant, puta officium, gradum aut titulum, aut aliud quod non ſit neceſſarium ad vtrumque finem, & ad quod aliorum fauore & auxilio egeant, quod emendicare debeant. Caueant verò maximè ne in iſtis vtantur opera eorùm qui ſtant à parte aduerſa Reformatorum, vel eis adhæreant & faueant vt fauorem aut quoduis beneficium eorum auxilio conſequantur. Inde enim tenerentur ad reciprocam eis referendam gratiam, & fortaſſe in præjudicium Religionis ſeu Reformationis. Id etiam redoleret maximam ambitionem & præuaricationem pudendam in viro non tantùm Reformato, ſed Refor-

formationis vel Authore, vel Promotore & Patrono, cum proborum ſcandalo, ac totius Cœtus Reformati vituperio.

22. Porrò neceſſe eſt vt omnes Reformationis operarij & miniſtri dùm muniis ſuis ritè & laudabiliter funguntur, tamdiù remaneant apud eos quibus tradiderunt exercitia Reformationis, quamdiù non aderunt ſat multæ perſonæ quæ capaces ſint & ſatis magna authoritate prædita vt inſtitutam Reformationem illibatam ſeruare poſſint, & reſiſtere aduerſariis qui ſæpè ſæpiùs inſurgunt aduerſus eam ſtatim ac eius Authores ac protectores recedunt. Quia verò conſtat experientia quòd plerique non tantùm ex antiquis qui Reformationi nomen dederunt, licet fortaſſe nec cor nec animum ad eam ritè excolendam adjecerint; ſed & ex iis qui in Reformatione profeſſionem emiſerunt, ſtatim ac adoleſcere cœperunt, videnturque ſibi ſatis capaces qui prælaturæ officiis fungantur, Prouinciam gubernent, & Reformationi inuigilent, independenter à quibuſuis externis, quamquam id temerè ſibi perſuadent; ſtatuunt nihilominùs à Pedagogorum ſuorum exterorum authoritate & diſciplina ſe ſubducere, remittendo eos ad lares proprios, quod malis plerumque artibus, velut calumniis, diffamationibus & maledicentiis exequi tentant, non ſine magna ingratitudine & iniuſtitia. Quando igitur hoc accidit, tantum abeſt vt tali inuidiæ ac nequitiæ cedere debeant; animo tunc forti & firmo ei reſiſtere debent, & perſeuerare in cura conſeruandæ Reformationis, & promouendæ; donec aliter ordinatum ſit à Superioribus maioribus, quibus totum negotium aperiendũ eſt. Interim verò caueant, vt ſi quid ſit in ſuis moribus vnde anſam arripiant alij detractandi de illis & aliorum inuidiam ſeu odium aduerſus ſe concitandi; ab iis omninò abſtineant, aut ſaltem nonniſi maxima cum æquitate &

Digitized by Google

prudentia iis vtantur, vt non habeat aduerſarius quidquam dicere de illis.

23. Caueant etiam ne ob maximam qua gaudent authoritatem in locis ad quæ miſſi ſunt; & ob nimiam qua forſan vtuntur libertatem ad omnia quæ ſibi placent, longiorem ibi moram gerere velint quàm expedit, & ſæpiùs officiis & honoribus Prouinciæ potiri: hoc enim non tantùm maiori inuidiæ aduerſùs eos locum daret; ſed prouocaret etiam alios ad indignationem & odium, quod per detractiones, calumnias, libellos diffamatorios, & alias perſecutionis vias exercent, non ſine ſcandalo & Reformationis damno. Studeant ergo potius vt inſtruant quos magis aptos viderint ad regimen Reformationis capeſſendum, & curent vt in minoribus Prælaturæ officiis ſe exerceant, quò ad adminiſtranda maiora ſe diſponant: tuncque rebus omnibus ſic bene conſtitutis, videnteſque ſuam operam non eſſe ampliùs ibi neceſſariam, cum bona venia & amicitia Religioſorum apud quos ſatis diù manſerunt, recedant.

24. Quia verò accidere poteſt vt aliquando occurrant cauſæ graues propter quas neceſſe eſt eos reuocare, ſiue quia eorū opera indiget Prouincia de qua aſſūpti ſunt, nec amplius neceſſarij ſunt vbi habitant, aut ſaltem alij æque capaces mitti poſſunt in eorum locum: ſiue etiam quia fortè non ritè funguntur muniis ad quæ deſtinati ſunt, videnturque magis nocere Reformationi prauis ſuis exemplis quàm ipſi opitulari: qua de re tenentur in conſcientia Superiores illius loci ſeriò alios monere & inſtare vt eos reuocent. Tunc verò quando id conſtat authenticè per teſtimonia Superiorum vel aliorum qui ſint fide digni; dare debent operam & quidem efficacem naturales eorum Superiores vt in ſuam Prouinciam quantocyùs redeant: qua de re monendus erit R. P. Generalis tunc exiſtens, &

& rogandus vt iuxta decretum Capituli Generalis anni 1648. id gratum habeat, ob rationes illi proponendas. Nec tunc vllus ex locis vbi manēt vel aliis id impedire audeat ſub quocumque prætextu, nec ipſi mandato ſibi de reditu facto reluctari : alioqui procedere debent contra eos Superiores Prouinciæ cuius ſunt alumni tanquam contra diſcolos, inobedientes & rebelles : atque etiam ſi pertinaces ſint, Prouinciæ ſuæ & Reformationis deſertores declarare : quo facto nullus eos retinere audeat, & multò minùs ad jura & officia in quauis Prouincia admittere, ſaltem abſque mandato R. P. Generalis, cui etiam placeat exoptamus vt pro ſua æquitate & prudentia Superiores eorum audiat ſuper hac re, antequàm quidquam decernat.

25. Quamdiù Miſſionarij illi miniſterio ſuo ritè fungentes remanent in aliis Prouinciis, tenentur reſcribere ſatis frequenter ad R. P. Prouincialem, & etiam ad R. Definitorium Prouinciæ cuius ſunt alumni, maximè verò tempore Congregationum & Capituli Prouincialis : tum vt reuerentiæ & dependentiæ quam continuò ab iis habere debent teſtimonia exhibeāt; tum vt conſilia petant vel auxilia aliquorum ad ſe ex eadem Prouincia operariorum tranſmiſſione. Caueant verò maximè vt quidquam iis inuitis exequantur; aut eorum monita deſpiciant, vel demùm quicquam aggrediantur aut faciant, quod ipſos ab eorum authoritate & dependentia eximat, abſque præuio eorum ſcitu & conſenſu. Hoc enim ingratitudinis ac infidelitatis, ne dicam perfidiæ ſignum eſſet euidentiſſimum, aliis ſcandaloſum, bono & vnioni communi, quæ debent nobis eſſe maximè commendata, perniciosiſſimum.

CAPVT

Digitized by Google

CAPVT XLII. ET VLTIMVM.

Operis concluſio ad exactam & perennem Reformationis obſeruantiam co-hortatoria.

1. HÆc ſunt igitur R. Patres ac Fratres amantiſſimi, præcipua vitæ Regularis exercitia quæ ab initio inſtituta ſunt in Reformationis noſtræ Cœtu: Hæ ſpeciales agendi rationes quas ad eorum praxim Patres noſtri & Authores adhibuerunt, quibus deinceps vti conuenit eos qui ritè vt decet & reformatè viuere volunt. Et ſi mihi vti liceat verbis dilecti Apoſtoli & Euangeliſtæ, quod non niſi debita cum humilitate & reuerentia præſtare intendo, libenter veréque profiteor quod *quæ de his audiuimus, quæ vidimus oculis noſtris, quæ perſpeximus; & manus noſtræ contrectauerunt*, vobis hic tradimus. Quod denique per longam experientiam manifeſtatum eſt nobis de primitiuo obſeruantiæ noſtræ genio; *Hoc teſtamur & annunciamus vobis; vt & vos ſocietatem habeatis nobiſcum, & ſocietas veſtra ſit cum Patre & Filio*, atque cum omnibus Ordinis noſtri Sanctis, qui his & ſimilibus virtutum exercitiis ad perfectionem Religioſam, atque adeò ad ſanctitatis culmen peruenerunt.

2. Igitur, vt his aliis D. Pauli verbis & cohortationibus vtar pariter: *Rogamus vos & obſecramus in Domino Ieſu, vt quemadmodum accepiſtis quomodo oporteat vos ambulare & placere Deo*, iuxta ſanctum Ordinis noſtri ac Reformationis inſtitutum: *Sic & ambuletis, & abundetis magis.* Et iterùm cum eodem Apoſtolo, *Rogamus vos Fratres per aduentum Domini noſtri Ieſu Chriſti, & noſtræ*

Congregationis in ipſum, vt non citò moueamini à veſtro ſenſu. Obſeruate eos qui ita ambulant ſicut habetis formam noſtram. Idem ſapiamus omnes & in eadem permaneamus regula.

3. Primigenium Reformationis noſtræ ſpiritum qua potui arte vobis depingere & repræſentare ſtudui; characteres eius atque nobiliora exhibui idiomata, vt eum ab omni alio ſiue mundano, ſiue humano & extraneo ſpiritu diſcernere poſſitis, atque perennem eius præſentiam & virtutē in vobis experiri valeatis· ſed aduertendum eſt quòd ille corporis noſtri myſticus ſpiritus vetuſtati cuidam, torpori ſeu langori, debilitati, & puſillanimitati, aliiſque tandem infirmitatibus ita obnoxius eſt ob aſſiduum commercium quod exercet cum corpore noſtro fragili & mortali, vt corrumpi poſſit omninò & extingui. Probate ergo iam & tentate quo in gradu ſpiritus iſtius viuitis, quo paſſu ambulatis. Si veſtrum eundem ſpiritū vetuſtatis cuiuſdam notam contraxiſſe aduertitis, hoc eſt ad veteres & prauos Irreformatorum mores rediiſſe; audite Apoſtolum ſic ad vos ſicut quondam ad Epheſios loquentem: *Deponite vos ſecundum priſtinam conuerſationem veterem hominem qui corrumpitur ſecundum deſideria erroris: renouamini autem ſpiritu mentis veſtræ, & induite nouum hominem*, ſupple ritè reformatum, *qui ſecundum Deum creatus eſt in iuſtitia & ſanctitate veritatis.*

4. Torporem pariter & ignauiam ſpiritum contrahere docet ſacer textus, exemplo ſumpto à ſomnolento & pigro, qui vt rectè notat Sapiens, *ſicut oſtium vertitur in cardine ſuo, ita piger in lectulo ſuo: vult & non vult, proptereaque à deſideriis ſuis occiditur.* Vnde idem Sapiens eum his vocibus excitare contendit. *Vſquequò piger dormies quando conſurges à ſomno tuo?* Si igitur ad ſimilem ſomnolentiam deuenerint Reformati aliqui, dum in prauorum ſuorum habituum torpore

verſantur, audiant & Apoſtolum clamantem, *hora eſt iam vos de ſomno ſurgere*, atque ad tot veritatis radios qui in hoc opere emicant, oculos aperiant, & expergiſcantur, vt defectus ſuos & errores clarè aduertentes & emendantes priſtinum vitæ reformatæ feruorem reaſſumant.

5. Præterea infirmitatem ſeu debilitatem ſpiritui animæ noſtræ nonnunquam etiam aduenire, atque per puſillanimitatem ac debilitatem ſpiritus & corporis humani optimè repræſentari conſtat ex hoc Sapientis monito ſeu conſilio: *Noli eſſe puſillanimis in animo tuo*: vnde etiam prauam illam qualitatem in ſe aduertens Pſalmiſta Regius, & cupiens ab ea liberari, dicebat: *Expectabam eum qui ſaluum me fecit à puſillanimitate Spiritus*. Quare ſi qui ſint inter Reformatos qui in hoc ſtatu verſentur, audiant Prophetam ſic ad ſe loquentem: *Dicite puſillanimis, confortamini & nolite timere: confortate manus diſſolutas, & genua debilia roborate*, vt quo pede cœpiſtis, ambuletis. *Dirigite viam Domini, rectas facite in ſolitudine ſemitas eius*, vt non ampliùs aberretis. Sic ſtate in Domino chariſſimi.

6. Porrò, ſi, quod abſit, illuc vſque progreſſa eſſet Reformationis iſtius deprauatio, vt quo viuere debet ſpiritus aliquibus in locis & apud aliquas perſonas extinctus eſſet & emortuus; adhuc reſurgendi ſpes remanet, & reuocandi ad vitam corpora illa mortua, nempè ſi id in ſe adimpleant ad quod D. Paulus hortatur Timotheum his verbis: *Admoneo te vt reſuſcites gratiam in te*, ſicque dent operam vt gratia vocationis Religioſæ & ſtudij perfectionis acquirendæ in noſtro Ordine, quam acceperunt à Deo, & quam quaſi emori ſiuerunt, rurſus ad vitam reuocetur, ac priſtinos ſibique congenitos actus exerceat. Id quidem difficile eſt, ſed potentiæ Diuinæ nec impoſſibile nec inſuetum: Id enim Ezechieli Prophetæ myſtico quondam repræſentatum

fuiſſe arbitror, ſub figura campi cuiuſdam pleni oſſibus ſiccis corporis humani; in quæ promiſit Dominus ſe intromiſſurum ſpiritum, & advitam reuocaturum illam oſſium nudorum compaginem. *Dabo*, inquit, *ſuper vos neruos, & ſuccreſcere faciam ſuper vos carnem, & ſuperextendam in vobis cutem, & dabo vobis ſpiritum & viuetis.*

7. Nolim certè credere vllum Reformationis Cœtum in quauis Prouincia ad ſimilem deprauationis & corruptionis moralis ſtatum iam deueniſſe; ſed heu! verendum eſt ne aliqui ad eum proximè accedant, ita vt quod pridem Saluianus aſſeruit de Fide & Religione Chriſtianorum ſui temporis, idem verè dici poſſit de pleriſque noſtræ ætatis noſtrique inſtituti Cœnobitis, nempè quod nonniſi cadauerosam Religionem ſeu Reformationem habent, taleſque ſunt quales quondam Scribæ & Phariſæi, quos Chriſtus aiebat *ſimiles eſſe ſepulchris dealbatis, quæ aforis patent hominibus ſpecioſa, intus verò plena ſunt oſſibus mortuorum & omni ſpurcitia.* Si qui ergo ſint qui verſentur in hoc peſſimo ſtatu, quod abſit; non propterea vt verbis eiuſdem Prophetæ vti pergam: *Periit ſpes eorum, nec abſciſſi ſunt*; *audiant vocem Domini* ſibi verbis noſtris & ſermonibus hoc in opere deductis, aliiſque ſiue internis ſiue externis cohortationibus ſic loquentem, *& viuent*: modò etiam quod addit Propheta executioni demandent, *Ecce commotio, & acceſſerunt oſſa ad oſſa*; qua in re deſignatur conſenſus animorum & vnio voluntatum vt decet ad reformationis reformationem, vt ita loquar, aſpirantium, *vnumquodque ad iuncturam ſuam*, id eſt ad exequenda munia ſibi per leges ſuas conſtituta. *Et ecce ſuper ea nerui & carnes aſcenderunt*, id eſt vires & media ad id neceſſaria, *& extenta eſt deſuper cutis*, id eſt Reformationis reſtaurata forma, *& introgreſſus eſt in ea ſpiritus & vixerunt, ſteteruntque ſuper pedes ſuos*, id eſt

accedente denuò & reuertente ſpiritu primitiuo noſtræ Reformationis, reuiuiſcet, vires priſtinas, immò & fortiores reaſſumet, & quo pede cœperat pergere conſpicietur.

8. Equidem jamdiù percrebuit vbique nominis eorum fama, qui tam ſancto & neceſſario Reformationis operi initium dederunt: Audiuit vnuſquiſque cum maximo gaudio atque animi conſolatione quo feruore & ardore exarſerint primi illi Reformationis Authores ad inſtituendas Obſeruantiæ ſuæ Regulas; quas ad eas ritè exequendas adhibuerunt induſtrias; quos labores ſuſtinuerunt; quæ inuicta animi fortitudine & conſtantia ſuperauerunt obſtacula quæ ſeſe offerebant. vnde vniuerſi pene tùm Galliæ, tum exterarum nationum Ordinis noſtri commilitones eorũ inducti exemplo quaſi per inuidiam quam parit diuinus Spiritus, & ſacram æmulationem, eiuſdem Reformationis exercitationes apud ſe inſtituere ſatagerunt, quas magno zelo & feruore obſeruandas ſuſceperunt: ſed reſtat vt ſi vero ſpiritu Reformationis adhuc imbuti ſunt; eodem viuant & ambulent, in cœpto vitæ reformatæ genere ritè perſeuerent & non retrocedant.

9. Timendum eſt verò ne quod olim Angelo Eccleſiæ Epheſi, id eſt Paſtori & Antiſtiti eius loci, dilectum & extaticum Apoſtolum ſcripſiſſe conſtat, id diuerſarum Prouinciarum & quidem reformatarum nõ Superioribus tantùm, ſed & cæteris earum alumnis aptè conueniat. *Scio*, inquit, *opera tua & labores & patientiam tuam; & quia non potes ſuſtinere malos? ſed habeo aduerſum te quod Charitatem tuam reliquiſti. Memor eſto itaque vnde excideris & age pænitentiam, & prima opera fac: ſin autem venio tibi & mouebo candelabrum tuum de loco ſuo.* Certè nullus eſt vt opinor qui non clarè aduertat quòd ea omnia perfectè quadrant in eos qui à priſtino Reformationis feruore per relaxa-

tionem declinant : & vt credere debent vltionis diuinæ minas hic deſignatas contra ſe pariter intentari ; illos pariter mores ſuos emendare oportet atque ad priſtinam vitæ reformatæ obſeruantiam citò & ſeriò redire , alioqui diuinæ vltionis pœnas citò ſentient , amotione candelabri de loco ſuo, quando qui aliis prælucebant verbo & exemplo in promouenda Reformatione , jam præ nimia deprauatione & alienatione ab inſtitutis ſtrictæ obſeruantiæ , quaſi proprio lumine deſtituti , jacebunt in tenebris & in cœno vitiorum maximo cum opprobrio, contemptu & vituperio.

10. Agite ergo vniuerſi Carmelitanæ Reformationi commilitones; cùm relaxationem illam tam in vobiſmetipſis, quàm in vniuerſo cœtu noſtro jamjam verſari ſatis appareat ; date veniam vt eadem quæ aliàs D. Paulus ſcripſit ad Galatas ad vos dirigam : *Currebatis bene, quis vos impediuit veritati non obedire ?* hoc eſt non vti veris & aptis mediis quæ ad profeſſiónis veſtræ ſcopum attingendum in legibus & exercitiis veſtræ obſeruantiæ conſtituta ſunt. *Perſuaſio hæc non eſt ex eo qui vocat vos*, hoc eſt, tantùm abeſt vt vocationi diuinæ hoc modo fideliter obſecundetis; eam potiùs peruertitis & deſeritis. Videte ergo *vt dignè ambuletis vocatione qua vocati eſtis.* Quod de Chriſtianis quondam dicebat Hieronymus, de Religioſis aptè ſentiendum eſt , nempe quod non tam requiruntur initia quàm fines in via virtutis & perfectionis. Multi bene incipiunt, pauciores in cœpto virtutis tramite perſeuerant, vix vlli optatum finem aſſequuntur ; vnde & Chriſtus optimè monet quòd *qui perſeuerauerit vſque in finem hic ſaluus erit.*

11. Sed ad vos præcipuè Vaſconicæ Prouinciæ R. Patres aut Fratres amantiſſimi ſermonem conuerto ; vt quibus nunc ex officio ſeruire debeo , & Patris erga fi-

Digitized by Google

lios officia exhibere; liceat mihi proinde his Apoſtoli verbis vos affari & compellare. *Os noſtrum patet ad vos, cor noſtrum dilatatum eſt: non anguſtiamini in vobis, anguſtiamini autem in viſceribus veſtris: eandem autem habentes retributionem tanquam filiis dico, dilatamini & vos*, vt magno corde & animo volenti quæcumque ad veram inter nos Reformationẽ ordinata ſunt, amplectamini,& executioni demandare curetis. *Si quaritis quarite*: ſi reformatè viuere deſideratis, vt tenemini, Reformationis leges integrè & perfectè obſeruate: *concordet vita veſtra cum nomine* viri Reformati quo gaudetis, *profeſſioque veſtra cenſeatur in opere*.

12. Communi ſicut & cæteri omnes Carmelitæ iure & lege aſtringimini ad proſequendam ſpiritus veſtri Ordinis perfectionem, quæ certè nonniſi mediantibus Reformationis exercitiis aſſequi poteſt: ſed ſpeciali inſuper titulo & ſtrictiori iure ad ſtudium illud incumbere debetis, nempè quia *Sanctorum filij eſtis & hæredes* in hacce veſtra Prouincia. Etenim ſingulari Prouidentiæ diuinæ beneficio factum eſt, vt duorum ex illuſtribus Sanctis quos Ordo noſter colit, cohabitatione atque conuerſatione Prouincia veſtra honorata ſit; immò vnius quidem ortu & cunis, alterius verò ſepulchro & ſacris exuuiis ſit illuſtrata.

13. Hic Simon eſt Anglicus cognomine Stoxus, Ordinis noſtri Generalis, inter Latinos ordine ſextus, inſignis totius Ordinis Protector, & erga ſanctiſſimam Deiparam ſingularem Patronam noſtram adeò Deuotus ipſique acceptus, vt in ſignum & quaſi inſtrumentum protectionis & eximiæ beneuolentiæ qua Ordinem proſequitur, Scapulare ſit ei elargita: vnde etiam cultu ſingulari & deuotione vbique & ab omnibus inſtituti noſtri Alumnis colitur. Alter eſt beatus Petrus Thomas ex Vaſconia oriundus, in territorio Condomienſi, atque in Conuentu noſtro Vrbis eiuſ-

dem nominis & Metropolitanæ ædificato admiſſus & profeſſus, quipoſtquam ob ſua præclara merita Procuratoris Generalis officio in Ordine noſtro dignè perfunctus fuit, & tribus Epiſcopatibus ſucceſſiuè potitus; tandem Conſtantinopolitanus Patriarcha creatus fuit, & Sanctæ Sedis in Oriente Legatus à latere, quo tempore Chriſtiani pro recuperanda terra ſancta acrius depugnabant: qua in expeditione magnis pro Religione Catholica ſuſceptis laboribus, tandem Martyr occubuit, multis ante & poſt mortem miraculis clarus.

14. Hæc certè Prouinciæ veſtræ prærogatiua tanta eſt, vt non ſolùm Gallia noſtra non gaudeat ſimili, ſed nec vlla ſit in toto Ordine quæ tanto honore decoretur. Verè iſti duo Sancti adeò inſignes duo ſunt Aſtra quibus Prouincia veſtra mirum in modum illuſtratur: & ſicut eos quondam habuit Patres, ita modò eos habet protectores & perfectionis ſuæ prototypos. Videte ergo ne tantillum recedatis à conditione quæ decet filios tam inſignium ſanctorumque Patrum: Pudeat vos aliis inferiores eſſe in exercitiis virtutis & Reformationis, qui illis ſuperiores eſtis in eximia horum illuſtriorum parentum proſapia. Pudeat hæreditatem eorum poſſidere, & tanto patrimonio indignos illud nedum non conſeruare, ſed & diſſipare. Cauete ne de vobis dicatur quod apud Prophetam Iſayam: *in terra Sanctorum iniqua geſſit.*

15. Demùm omnes & ſingulos inſtituti Carmelitici Commilitones, præcipuè verò eos qui in Reformationis ſocietatem & congregationem deuenerunt, iterùm compello, & hortor quantùm poſſum, vt ad ſe attendant, & videant nùm digni ſint iſta Ieremiæ Prophetæ obiurgatione: *Introduxi vos in terram Carmeli, vt comederetis fructum eius & optima illius, & ingreſſi contaminaſtis terram meam, & hæreditatem meam poſuiſtis in abominationem.*

Digitized by Google

abominationem. Conſiderent quod vocatione Dei ſpeciali introducti ſunt in terram Carmeli, hoc eſt in Ordinem à Carmelo nomen & originem ſortitum, qui, ſicut terra Carmeli inter cæteras terræ promiſſionis partes illuſtris erat; ita inter cæteros Religioſorum Ordines præcipuum gradum obtinet, tùm ob inſtitutionis ſuæ antiquitatem & primatum; tùm ob Authorum ſuorum, ſcilicet Prophetarum Eliæ & Eliſæi eximiam ſanctitatem; tùm & maximè ob ſacratum titulum Fratrum Ordinis B. V. Mariæ Deiparæ quam in patronam ſingularem agnoſcit.

16. Conſiderent præterea quanta inſuper acceperunt beneficia à Deo ad vocationem ſuam digniùs excolendam, quàm abundanti fructuum ſpiritualium copia fruuntur, quot à Superioribus ſacra documenta excipiunt, quot bonis exemplis ad virtutem concitantantur, quot optimæ leges & ordinationes ſibi ſunt conſtitutæ, quot media, quot conſilia, quot auxilia ſibi continuò traduntur, vt reformatè viuant; quibus prædeceſſores noſtri caruerunt. Aduertant præterea quod ſicut qui plura recipit à Deo beneficia, maiora tenetur ei officia retribuere; certè non ad mediocrem vitæ perfectionem aſpirare; ſed ad maximam quamque Ordinis noſtri ac Reformationis ſpiritus exigit, contendere tenentur.

17. Attendant inſuper quòd Ordo noſter Carmeliticus donatus eſt à Deo decore quodam tam inſigni, vt inde pulchritudinis magis illuſtris exemplum aſſumptum ſit à Spiritu Sancto, vt patet in hiſce Iſayæ verbis: *Datus eſt ei decor Carmeli &c.* Qui quidem Carmeli decor ampliùs deſignatus eſt in candido veſtimento quod etiam ex inſtinctu ſpeciali Spiritus Sancti apud nos poſitum eſt in vſu, & inſtitutum ad deſignandum quod Carmelitis maximè incumbit vt decorem tanquam ſingularem & præcipuum profeſſionis ſeu perfectionis ſuæ caracterem in mentis ac corporis cando-

re & ſanctimonia deferant & conſeruent. Cogitent conſequenter quòd ſicut vel minimus næuus in pulchra facie valde apparet & eam deturpat, ſordes minimæ veſtimentum album facile inficiunt & contaminant; ita defectus etiam leues decori Carmeli plurimùm nocent, & de eius candore multùm detrahunt. Abſit ergo vt quidquam inquinamenti à vitiis & criminibus atrocibus vnquam reperiatur in vllo ex Alumnis Carmeli: hoc enim verè adduceret Ordinē noſtrum ſeu Cœtum in abominationem coram Deo: abſit vt leuiores etiam maculas hoc eſt defectus toleremus aut abſtergere negligamus: quia ſicut optimè dicit Bernardus, *Nugæ in ore ſecularium ſunt nugæ, ſed in ore Sacerdotum ſunt blaſphemiæ*, ita parui defectus inter Religioſos non reformatos leues quidem reputantur; ſed inter eos qui reformati ſunt, adeò ſæpè magni ſunt, vt paulatim Reformatorum Cœtum & Congregationem vniuerſam in abominationem coram Deo adducere valeant, dum non ſatis citò & efficaciter de opportunis remediis contra eos prouidetur.

18. Supereſt igitur vt ad hæc omnia cautè & diligenter attendant vniuerſi qui reformatè viuere volunt & tenentur iuxta inſtitutæ apud nos obſeruantiæ genium ſeu ſpiritum, & traditis hîc documentis fideliter vtantur: quod facilè fiet, modò tria accedant. Primum, vt morum & modi agendi emendatione ſe indigere agnoſcant plerique. Secundum, vt vtrique ſeriò incumbere bono animo firmiterque ſtatuant. Tertium, vt traditis ad Reformationē regulis & exercitiis prout explicauimus, integrè & vniformiter cum aliis adhæreant: quæ tria neceſſaria eſſe & certiſſima ſatis ſuperque probatum manet ex dictis. Proptereaque opto cum Apoſtolo, *vt Deus det omnibus idem ſapere, vt vnanimes vno ore, eodemque opere honorificent Deum*. Fiat, fiat.

FINIS.

Digitized by Google

Digitized by Google

INDEX

CAPITVM HVIVS OPERIS.

CAPVT I. *Operis aditus, atque proſpectus.* pagina 1.

CAP. II. *Quid hîc nomine Genij.* pag. 8

CAP. III. *Operis iſtius motiua, & emolumenta.* p. 13

CAP. IV. *Primum ſuſceptæ Reformationis conſilium, vetera præſertim Ordinis exercitia renouare, & iuxta antiquum eius ſpiritum reſtituere.* pag. 20

CAP. V. *Veræ ac internæ Reformationis, nec tantùm apparentis & vmbratilis formatum propoſitum.* pag. 27

CAP. VI. *Grauiſſima quæ ſeſe oblata ſunt incommoda, & Reformationi inſtituendæ æque ac fouendæ obſtacula, qua ratione declinanda fuere.* pag. 32

CAP. VII. *Vicarij Prouincialis inſtitutio aptiſſimum tuendæ, ac promouendæ Reformationis medium; quamdiù regimen Prouinciæ non fuerit permanenter penes Reformatos.* pag. 39

CAP. VIII. *Quibus mediis datum ſit initium Reformationi.* pag. 43

CAP. IX. *Qua ratione Reformati ſe gerere conſueuerint cum antiquis non Reformatis.* pag. 51

Digitized by Google

CAP. X. *Quo paſſu, & quo ordine per Conuentus antiquos introducenda Reformatio.* pag. 59

CAP. XI. *Inſtituendus vnus aut alter Nouitiatus in ſingulis Prouinciis, vnde cæteri Conuentus Religioſis in Reformatione profeßis ſunt muniendi.* pag. 65

CAP. XII. *Magiſtri Nouitiorum partes.* pag. 71

CAP. XIII. *Quid ſingulariter obſeruandum in receptione, & eruditione Nouitiorum.* pag. 77

CAP. XIV. *Qua ratione nouiter profeſſi in ſeminariis ſunt exercēdi, ac in virtute corroborandi.* p. 85

CAP. XV. *Orationis mentalis exercitationibus omnibus & ſingulis præcipuè incumbendum.* pag. 92

CAP. XVI. *Zelus Diuini Officij ab omnibus, ſingulis in Conuentibus ſimul in Choro recitandi, cum cantu figurato & cæremoniis in ordine conſuetis; ad Reformationis noſtræ inſtitutionem, ac ſplendorem viſus maximè neceßarius.* pag. 102

CAP. XVII. *Quo pacto ſtrictiſſimam ſanctæ paupertatis obſeruantiam vigere apud nos prouiſum fuit & ordinatum.* pag. 113

CAP. XVIII. *Speciales circa rerum temporalium adminiſtrationem, & œconomiam ritè intra nos exercendam obſeruationes.* pag. 125

CAP. XIX. *Burſæ ſeu pecuniæ communis conſtitutio, grauioribus quorumlibet Prouinciæ Conuentuum neceſſitatibus applicanda, efficacißimum ſanctæ paupertatis ſtabilimentum, ac Reformationis vbique confirmandæ inſtrumentum.* pag. 134

Cap. XX. *Quo ſpiritu, & quo gradu auſteritates corporis à noſtris aſſumendæ.* pag. 143

Cap. XXI. *Quo in pretio ſcientiæ ſunt apud nos.* p. 153

Cap. XXII. *Qua ratione ſtudiis piè ac Religioſè vacare contendimus.* pag. 162

Cap. XXIII. *Qua via, & quo ordine in ſtudiorum curſu noſtros progredi curamus.* pag. 170

Cap. XXIV. *Problematicè agitatur, an conueniat promouere Reformatos ad gradus Theologicos: & primò partis affirmatiuæ præſidia proponũtur.* pag. 179

Cap. XXV. *Quæ militant pro parte negatiua rationes examinantur.* pag. 189

Cap. XXVI. *Quid hac in re tandem ſentiendum, & aptiùs faciendum.* pag. 203

Cap. XXVII. *Quid maximè noceat iuuenibus Religioſis, ne virtutem fideliter conſectentur; quidque ad eos in vera profeſſionis ſuæ obſeruantia continendos magis conducat.* pag. 214

Cap. XXVIII. *Nimia intra, vel extra proprium Conuentum diuagatio cohibenda.* pag. 224

Cap. XXIX. *Occupatio aſsidua intra clauſtra ſingulis ſtudioſè præbenda, aliud optimum, ac neceſſarium profectui ſpirituali promouendo remedium.* pag. 239.

Cap. XXX. *Qua ratione in ſtatuendis prælaturæ muneribus procedendum, vt Religio optimè adminiſtretur,* pag. 253

Cap. XXXI. *Quid in Superioribus noſtris & in*

eorum Regimine maximè deſideratur. pag. 266

CAP. XXXII. *Reformationis iſtius ſubditi, fortiter, æque ac ſuauiter à Superioribus gubernandi.* p. 278

CAP. XXXIII. *Qua ratione ſubditi gerere ſe debeant erga perſonas, & mandata ſuorum Superiorū.* p. 290

CAP. XXXIV. *Ad quid præcipuè attendere debent, qui minoribus officiis, & functionibus externis vacant.* pag. 308

CAP. XXXV. *Generales quædam obſeruantiæ pro exteriori forma Religionis, quaſi ſpeciales Reformationis noſtræ characteres ſtudioſè conſeruãdæ.* p. 324

CAP. XXXVI. *Exactiſſima, integra, & continua Conſtitutionum ſtrictæ Obſeruantiæ vbique praxis, neceſſarium prorsùs & efficaciſſimum ad inſtituendam, fouendamque Reformationem medium.* pag. 342.

CAP. XXXVII. *Iuuat quoque plurimùm ad fouendam Reformationem, quod vnuſquiſque benè ſentiat de Regulis, in ſtatutis noſtris contentis, & quotidiano vitæ Regularis Ordini aſſiduè incumbat.* pag. 359.

CAP. XXXVIII. *Paci communi & concordiæ ſingulis in Prouinciis ſtudioſè conſulendam, vt Reformatio firma conſiſtat & perfectior euadat.* pag. 372

CAP. XXXIX. *Eò cautiùs fouendæ Reformationi ſemel inſtitutæ incumbendum, quo vix poſſibile eſt eam ſi collapſa fuerit, reſtaurare.* pag. 388

CAP. XL. *Congregatio facienda in medio cuiuſlibet*
Digitized by Google

Prouincialatus ab omnibus, & ſolis Superioribus Reformatis cum ſociis, prorſùs neceſſaria ad ſupradicta ritè exequenda, & efficaciſſimum ad promouendam Reformationem medium. pag. 402

CAP. *XLI. Quomodo gerere ſe debeant tam ij qui mittuntur in alias Prouincias, quam qui eorum indigent opera, ſiue ad inſtituendam, ſiue ad dirigendam, & promouendam Reformationem.* pag. 414

CAP. XLII. & Vltimum. *Operis concluſio ad exactam & perennem Reformationis obſeruantiam cohortatoria.* pag. 427.

APPROBATIO R. P. GENERALIS Ordinis Carmelitarum.

FRater Hieronymus Ari, ſacræ Theologiæ Magiſter, ac humilis Prior Generalis Ordinis Fr. B. M. de Monte Carmelo: Dilecto nobis in Chriſto, Reuerendo admodum Patri Mathiæ à Sancto Ioanne, Exprouinciali Prouinciæ noſtræ Turoniæ, ſalutem in Domino.

Cum nobis expoſueris te iam aliquot voluminà in lucem dediſſe, & alia apparare, tum quæ ſpectant illuſtrationem rerum noſtri Ordinis, tum quæ tangunt alias materias prælo iam-jam committenda, modò noſtra ad id neceſſaria facultas accedat; Nos, quibus maximè cordi eſt Doctorum hominum, ac de Religione bene meritorum elucubrationes, quibus poſſumus mediis iuuare, & promouere; tibi præfato P. Mathiæ à Sancto Ioanne, cuius virtus, Religionis Zelus ac erudita doctrina multis argumentis iam probata manet, authoritate noſtra, harum ſerie licentiam impertimur typis mandandi opera omnia à te facta, & componenda, ſeruatis aliàs quæ ſiue ex iure communi, ſiue ex particulari ſeruari conuenit. In quorum fidem &c. Datum Romæ die 28. Maij anno 1660.

F. HIERONYMVS ARI Generalis Carmelitarum.
F. ALBERTVS LASCARIS Proſecretarius Ordinis.

APPROBATIO DOCTORVM & Profeſſorum Theologiæ.

NOS infra ſcripti Prouinciæ Vaſconiæ Ordinis Carmelitarum Exprouinciales, & in Alma Facultate Theologica Accademiæ Burdigalenſis Doctores, fidem facimus Opus, quod *Genius Carmelitanæ Reformationis &c.* prænotatur, à R. admodùm P. Mathia à Sancto Ioanne, Turoniæ nuper, nunc verò Vaſconiæ Prouinciali elucubratum attentè legiſſe, nihilque in eo reperiſſe quòd fidem rectam non ſapiat, pietatem non aſtruat, & Obſeruantiam Regularem promouere non valeat, ac proinde quorumcunque Religioſorum, maximè verò Carmelitarum votis plenè ſatisfacere non debeat. Datum Burdigalæ die 3. Ianuarij An. 1666.

F. NICOLAVS IOSSE' Exprouincialis & Cuſtos Vaſconiæ.
F. ANDREAS TOVTON Exprouincialis & Doctor Regens.

NOS infra ſcripti Ordinis Carmelitarum in Prouincia Vaſconiæ Lectores in Theologia, Librum cui titulus eſt, *Genius Carmelitanæ Reformationis &c.* Compoſitum à R. admodùm P. Mathia à S. Ioanne, Turoniæ nuper, nunc verò Vaſconiæ Prouinciali, diligenter euoluimus, nihilque in eo reperimus bonis moribus, vel orthodoxæ Doctrinæ contrarium: quin immò Carmelitis noſtris, cæteriſque perfectionis Euangelicæ & Monaſticæ ſtudioſis perutilem fore cenſemus. Datum die 18. Decembris. An. 1665.

F. LVCAS A S. IOANNE, Profeſſor Theologiæ & Prior Lectoræ.
F. PAVLINVS A S. FRANCISCO, Profeſſor Theologiæ & Prior Caſtillionis.

Digitized by Google

LECTORI.

DE duobus te monitum volo. Vnum eſt, quòd cùm pro more ſtatuiſſem indicare ad marginem ſingularum paginarum iſtius Operis, loca ſcripturæ ſacræ & Authorum vnde eruta ſunt teſtimonia quæ ex eorum libris paſſim profero & ſeparatim ab eorum verbis, ad ſubleuandũ Lectoris faſtidium, atque ex inaduertentia id obmiſſum fuiſſet in prioribus quaternionibus: viſum eſt etiam id non exequi in ſubſequentibus, tùm ad euitandam deformitatem quæ ex iſta diuerſitate orta eſſet in Opere: tùm quia cùm agatur tantùm de rebus piis, nec in controuerſiam vocatis, ſed apud omnes receptis & approbatis, id neceſſarium non eſſe iudicaui, ſperauique defectum iſtum facilè ſupplendum eſſe à cuiuſuis æquitate & beneuolentia, ſi fidem adhibeat, vt opto, proteſtationi quam facio, quòd ea omnia fideliter adducta ſunt vel ex propriis verbis authorum, vel ex eorum ſenſu & ingenio: vt ſatis etiam apparere debet iis omnibus qui in Scripturæ ſacræ & operum Sanctorum Patrum lectione tantiſper verſati ſunt.

Alterum eſt, quòd ſi ſtylus minùs politus & eruditus appareat, vt id imperitiæ meæ aſcribendum eſſe non inficior, & ſupportari exopto; aliunde etiam velim conſideres quod materiæ iſti quæ tota verſatur in rebus moralibus, monaſticis & practicis, adaptandus fuit orationis modus, nec proinde tam ſtudendum elegantię ſermonis, quàm ſimplici & clarę doctrinæ hic traditæ explanationi, cuius beneficio valeant omnes ad eorum quæ hic tractantur obſeruantiam facilius induci. Si quid tamen ſiue à me, ſiue à Typographo grauiùs peccatum ſit; benignè condones velim, & ſuppleas plures defectus minores qui ſiue ex additione aut obmiſſione vel præpoſitionis vel coniunctionis; ſiue ex tranſpoſitione aut inuerſione litterarum orti ſunt: vixque aliter, nonobſtante vigilantia & attentione correctorum, fieri poſſe tibi perſuadeas.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

V. CICCARELLI
RESTAURO LIBRI
ROMA-TEL. 385.585

20 DIC. 1975

Digitized by Google

Digitized by Google